(Cap. XIV.) 1) Frumentorum armorumque receptacula, Proviant- und Zeug-Häuser. 2) cum re non otiose coniunctum, ein merkwürdiger Umstand. 3) ne quid falleret memoriam, damit ich nicht etwas vergessen möchte. 4) tabulis responsa mandare, die Antworten aufschreiben. 5) impatientius ferre moram; über einen Verzug ungedultig werden. 6) vt -- falli, ich möchte vor den Spionen des Königs nicht lang können verborgen bleiben. 7) totam vrbem excutere, die ganze Stadt auskundschaften. 8) venti

in conspectus nostros venit. Recta sese conuertebat ad nos. Narbalem allocutus: Regi, inquit, modo nunciatum est a praefecto quodam illarum nauium, quae ex Aegypto remearunt, peregrinum, qui ex Cypro esse vulgo crederetur, tua aduenisse naui. Hunc ipsum in custodiam iubet tradi, atque cuias sit, omnino explorari. Tu vero eum 9) capitis tui periculo praesentabis. Forte tum 10) alio paulisper diuerteram, vt ex fabrica haud ita pridem confecti nauigii, quo ordine singulas eius partes Tyrii concinnassent, cernerem. Quippe affirmabant, ob accuratam et ad artis nauticae praecepta exactam partium inter se compositionem omnibus eam praeferri, quae vmquam intrassent portum. Ego itaque 11) rationem totius operis ab homine, qui fecerat, exigebam.

At Narbal multo pauore, et vix compos mentis, 12) specieque iam accingentis se mandato, respondit, illum ex Cypro peregrinum strenue quaesitum iri. Ceterum ex oculis digresso seruo, citato ad me gradu et periculi, in quo versarer, nuncius: nae, ego istud, succlamat, dulcis Telemache, praeuidi, et 13) praeuidi amplius quam quod maxime! occidimus, eheu! Rex, 14) nocturna diurnaque diuexatus diffidentia, alium te, quam Cyprium suspicatur. Tu iuberis intercipi; et ego, nisi tradidero te, mori.

aduersantur abituris, die Winde sind contrair zur Abfahrt. 9) capitis sui periculo aliquem praesentare, einen / bey Gefahr sein eigenes Leben zu verlieren / stellen sollen. 10) alio paulisper diuertere, ein wenig beyseit / anderswohin gehen. 11) rationem totius operis exigere ab aliquo, einen um alles fragen / wie das ganze Werk verfertiget worden seye. 12) specie iam accingentis se mandato, sich stellend / als wann er sich schon rüstete / den Befehl zu vollziehen. 13) praeuidi amplius quam quod maxime, ich hab es nur zu wohl voraus gesehen. 14) nocturna diurnaque diuexatus diffidentia, der Tag und Nacht von beständigem Mistrauen

ri. Quid consilii? 15) Docete, dii, euadendi filum! in regiam ducendus es, Telemache, et a me quidem. Tu ergo 16) omni asseueratione asseuerabis, Cyprium esse te, 17) Amathonte oriundum, et artificis, qui Venerem sculpsisser, filium. Ego vero comminiscar, me quondam patris tui habuisse notitiam. Ita fieri potest, vt rex percontari, 18) tu facta discedendi copia periclitari desinas. 19) Aut haec, aut nulla salutis nostrae via.

CAPVT XV.

Sine, Narbal (aiebam ego) sine, infelix pereat, 1) quem fata nolunt saluum. Didici mori. Tene autem ego in meam vna abripiam perniciem tam et toties de me bene meritum? Cyprius non sum, neç fiet, vt affirmem esse. Vident, 2) quam procul a me fallere, dii. His volentibus saluus ero. Ceterum 3) non committam Telemachus, vt mendacio vitam hanc debeam. At enim istud genus mendacii, Narbal subiungit, 4) quis damnet criminis! dii ipsi permittunt. Innoxium est, et ne innoxii duo opprimantur, cauet. 5) Imponit regi, scilicet ne infandum id committat scelus. Tu vero 6) amplio-

elendiglich geplaget wird. 15) docere euadendi filum, einen Weg zeigen / zu entrinnen. 16) omni asseueratione asseuerare, vest und theuer bey seiner Aussage bleiben / behaupten. 17) Amathonte oriundus, von der Stadt Amathon gebürtig. 18) tu - - desinas, du ziehen dörfest / und also aus der Gefahr kommest. 19) aut haec - - via, wo dieser Weg nicht angehet / so weis ich nicht anderst zu helfen.

(Cap. XV.) 1) Quem fata nolunt saluum, welchen die Schicksale nicht wollen leben lassen. 2) quam procul a me fallere, wie ich so gar nicht betrügen kan. 3) non committam, vt mendacio hanc vitam debeam, durch eine Lügen will ich mein Leben nicht retten. 4) quis hoc damnet criminis, das kan niemand schelten. 5) imponit regi, etc. der König wird dadurch zu keinem andern End betrogen / als daß er nicht rc. 6) ampliores aequo terminos amori

pliores aequo terminos amori virtutis assignas; 7) nec formido, qua religioni caues, inanis a superstitione est.

Satis est, inquiebam ego, mendacium numquam, ideoque nec homini conuenire. Homo praesentes, dum loquitur, habet deos; vnde a vero recedere numquam sine noxa potest. Mendax et deos laedit et se, quippe 8) propriae suae refractarius conscientiae. Desine, Narbal, suadere, quod 9) vtrumque facit reum. Norunt dii nos liberandi, liberare si velint, modum. 10) Caesi, iis volentibus, erimus veritatis victimae, et mortalibus magnum exemplum integritatis virtutis, vitae diuturnae praeferendae. Et mea quidem ob calamitates iam diuturna nimis est. Tu vero, dulcis Narbal, 11) tu vnum es argumentum mei doloris. Ergone amicitia, 12) alienam miseriam qua foues, te reddet miserum?

CAPVT XVI.

Huic de veritate 1) certamini cum immoramur diutius: ecce tibi! 2) homo praecipitans ad nos eo impetu cursum, vt ageretur in anhelitus. Et ipse ex regia seruus erat, missus ab 3) Astarbaea, quae 4) formam diuinae proximam ingenii dotibus

virtutis assignare, die Liebe zur Wahrheit zu weit extendiren / zu hoch treiben. 7) nec formido - - est, die Furcht / das Gewissen zu verletzen / ist mit einigem Aberglauben vermischt. 8) propriae suae refractarius conscientiae, der wider sein eigen Gewissen was spricht. 9) vtrumque, sc. me et te. 10) caesi iis volentibus, sollen wir nach ihrem Willen sterben. 11) tu vnum es argumentum doloris mei, dich allein bedaure ich. 12) alienam miseriam fouere, sich eines andern Elend annehmen.

(Cap. XVI.) 1) Certamini immorari diutius, einen langen Wort-Wechsel führen wegen etwas. 2) homo - - anhelitus. kam ein Mensch eilends gegen uns herbey / der sich ganz aus dem Athem geloffen. 3) Astarbaea, eine Maitresse des Königs. 4) formam - - aequare, von gleich göttlicher

tibus ex aequo augebat. 5) Multi leporis, blanda, animosque hominum facillime capiens; ceterum 6) captiose elegans Sirenum ex more. Lenocinabatur aspectu, at 7) saeuiebat mente barbara malignaque. Sed (quod pestiferum) ipsius 8) animi sceleratos impetus et consilia miro quodam occultabat artificio. Praeterea et oris pulcritudine, et lepore ingenii, et muliebri vocis illecebra, mollissimoque lyrae cantu ita nouerat mouere ferreum alioqui Pygmalionis animum, vt 9) abreptus violento aestu libidinis, 10) e tori societate eiecta coniuge, quam Topham appellauere, 11) in vna Astarbaea deperiuerit, totoque animo de explendis ambitiosae huius mulieris cupiditatibus 12) sibi putauerit cogitandum; aeque miser alienos amores consectando, atque 13) alienas opes sordidissime sitiendo. Quamquam enim 14) penitus sese in amores eius effuderat, ipsi tamen amasiae 15) vilis erat, et perenni fastidio. Atqui et istud tam intolerabili simulatione texit muliebris fallacia, vt vel tum eius vnius gratia vitam se amare fingeret, cum maxime odisset. Erat Tyri ex Lydia iuuenis, Malachon[illegible] nomen: 16) forma ad miracu-

Gestalt sowohl als Verstand seyn. 5) multi leporis, lustig, scherzhaft. 6) captiose elegans, wuste mit ihrer äuserlichen Annehmlichkeit meisterlich zu betrügen. 7) saeuire mente barbara malignaque, ein grausam und boshaftes Gemüth haben. 8) animi - - - artificio, sie wuste ihr boshaftes Beginnen künstlich zu verbergen. 9) abreptus violento aestu libidinis, aus heftigem Trieb seiner unreinen Lust. e tori societate eiicere coniugem, seine Gemahlin verstossen. 11) deperire in aliqua, (et aliquam,) in eine sterblich verliebt seyn. 12) toto pectore sibi cogitandum putare de re, alle seine Gedanken auf etwas richten. 13) alienas opes sordidissime sitire, auf eine schändliche Weise nach fremden Gütern streben. 14) penitus se in amores alicuius effundere, gänzlich in eine verliebt seyn. 15) vilis ei est et perenni fastidio, sie hält ihn verächtlich, und hat einen Eckel vor ihm. 16) forma ad miraculum speciosa, wunder-

miraculum ſpecioſa. 17) Indoles tamen ipſa declinans ad muliebrem mollitiem, nec potens etiam immodicae libidinis. Plane ſingularis et omnis cogitatio eius fuit 18) conſulere oris teneritudini, * fluentis comae cincinnos, auri colorem referentes, et in humeros molliſſime deſcendentes, componere; 19) vnguentis ſeſe perfricare, 20) lepidiſſime disponere ac inſtruere ſinus veſtium, denique 21) perſonante lyra amores ſuos recitare. Videt Aſtarbaea hominem: amat, et 22) perdite quidem. Ille negligit. Videlicet 23) prenſabat aliam, et periculum erat, tyranno riualem eſſe. Ergo femina, ſatis certa, ſe contemni, ab amore ruit in vlciſcendi conſilium. In deſperatione 24) furentem ſubit, effici a ſe poſſe, vt Malachon habeatur pro illo aduena, in quem inquiri rex iubebat, et qui cum Narbale veniſſe dicebatur. Et vero, rem ita eſſe, perſuaſit regi; 25) aere corruptis, quicumque fraudem potuiſſent detegere. Nimirum bonos et oderat et ignorabat rex; igitur latus eius cingebat 26) vna rei ſuae ſemper ſtudioſa calliditas, 27) quae, quorum inceſſerat animis, eos etiam iniqua et crudelia imperanti ſtrenuos miniſtros ſubminiſtrabat. Atqui iidem, Aſtarbaeae auctori-

ſchön. 17) indoles - - - libidinis, er war zur weibiſchen Weichlichkeit geneigt/ und denen unmäſſigen Lüſten ergeben. 18) conſulere oris teneritudini, die zarte Haut ſeines Angeſichts unverſehrt zu behalten. * fluentis - - - componere, ſeine goldgelbe Haare/ die ihm bis über die Schultern herabgiengen/ zierlich aufzukräuſeln. 19) vnguentis ſe perfricare, ſich mit wohlriechenden Salben ſchminken. 20) lepidiſſime - - veſtium, die Kleider recht in die Falten zu legen/ daß ſie ſchön anliegen. 21) perſonante - - recitare, auf der Leyer verliebte Lieder ſpielen. 22) perdite amare, unſinnig lieben. 23) prenſare aliam, ſich in eine andere verlieben. 24) furentem ſubit, kommt ſie auf den unſinnigen Gedanken. 25) aere corrumpere, mit Geld beſtechen. 26) vna - - calliditas, lauter Leute/ die nur auf ihr Intereſſe abgerichtet waren. 27) quae, quorum - - ſubminiſtrabat, die nach dieſer ihrer boshaften Gemüths-Verfaſſung

auctoritatem potentiamque metuentes, fallacia eius et 28) errorem domini adiuuabant, ne inuisi redderentur adeo feroci dominae, cui is plane confidebat. Itaque Malachon, quamquam omnibus perspectum erat ex Creta aduenisse, 29) iubebatur haberi pro aduena, quem ex Aegypto Narbal aduexisset. Traditur itaque in custodiam.

CAPVT XVII.

Astarbaea multum sollicita, ne accideret, vt 1) illatus aulae Narbal, 2) inito cum rege sermone, indicaret fraudulentiam: seruo, de quo ante dixeram, festinanter misso, significabat, etiam atque etiam velle se, peregrinum, quem adduxisset ipse, regi ne proderet. Vnum ab eo silentium postulari. Facturam se, vt nihil detrimenti patiatur taciturnitas. Iuuenem autem, ab Aegyptiis cum ipso profectum, quanto posset ocyus, cum Cypriis imponeret naui, vt 3) in vrbanorum conspectu esse desineret. Quis 4) oblata et suae et meae salutis occasione Narbale laetior? Silentium cumulatissime pollicetur. Quo impetrato seruus reuertitur, expositurus Astarbaeae, quae egisset.

Mirabamur deorum clementiam, qui hanc 5) candori

sich zu allen auch höchst-unbilligen und grausamen Befehlen gebrauchen liessen. 28) errorem alicuius adiuuare, einen helfen betrügen/ in seinem Irrthum stärken. 29) iubebatur haberi pro aduena, mußte vor den Fremdling gehalten werden.

(Cap. XVII.) 1) Inferri aulae, nach Hof gebracht werden. 2) inito cum rege sermone, wann er mit dem König zu sprechen käme. 3) in vrbanorum conspectu esse desinere, nicht mehr in der Stadt gesehen werden. 4) oblata et suae et meae salutis occasione, über der Gelegenheit/ sich selbst und mich wieder in Sicherheit zu setzen. 5) candori mercedem - - impendere curam, die Redlichkeit belohnen/ und vor die/ die der Tugend zu lieb alles wagen/

dori mercedem, manifestamque pro virtute tentantibus vltima impenderent curam. Contra detestabamur regem, qui nihil praeter opes spectaret, sordidaeque voluptatis illecebras. Vnde nos haec inuicem: Qui 6) metuit iusto diligentius, ne decipiatur, dignus est decipi, ac plerumque decipitur improbius. A bonis timet sibi, credit malis. Vnus omnium, quae aguntur, ignarus est; et proh pudor! ludibrio habetur a prostibulo. Interim malorum fallacia saepenumero instrumentum fit, quo coelum bonos liberat, qui malunt non viuere, quam fallere.

Inter hos sermones mutabantur 7) venti, obsecundantes nauigaturis Cyprum. Quo animaduerso, ecce deos! Narbal exclamat, securitatem offerunt, Telemache. Fuge crudeles; fuge infelices terras. Felicem me, te si ad oras extremas sequi, si viuere et mori tecum possem! sed eheu! 8) deuouit me miserabili, quam hic vides, patriae triste fatum. Cum ista me oportet pati, et nescio, an non eius quondam ruinis tegi. 9) Quoquo autem modo res ceciderint: satis mihi, si modo 10) veri rectique semper tenax sim. Tibi vero, Telemache, dii, precor, quorum manifesto ductu videris gubernari, diuinum munus verae perfectaeque virtutis haud velint vmquam subtrahere. Vale! Ithacam repete, solatium affer Penelopae, et libertatem a procorum molestia. Vtinam 11) illud celebre per orbem oraculum, Vlyssem,

augenscheinliche Sorge tragen. 6) iusto diligentius metuere, gar zu sorglich förchten. 7) venti obsecundantes nauigaturis Cyprum, Winde, die zur Schiffahrt nach Cypern günstig sind. 8) deuouit me huic terrae triste fatum, das leidige Schicksal hat es über mich verhänget, daß ich in diesem Land harren muß. 9) quoquo modo res ceciderint, es mag endlich gehen, wie es will. 10) veri rectique semper tenax, der immer vest ob der Wahrheit und Gerechtigkeit hält. 11) illud celebre per orbem oraculum, dessen

sem, oculi tui aspiciant, amplectantur manus! vtinam et ille in te accipiat 12) a sapientia sua non degenerem filium! at 13) secundis rebus affluens, caue obliuiscaris mei, nec amare felix miserum desine.

Huic postremae salutationi non verbis, sed lacrimis respondi, quas 14) vale dicenti affundebam. 15) Voce enim prohibebar graui gemitu. Itaque 16) a silentibus in vltimos amplexus itum, processumque ad portum, vbi subsistentem eum deserui. Sublatis anchoris, 17) quam diu oculi ferebant, mutuo inter nos aspectui est indultum.

Finis Libri Tertii.

FA-

Weisheit in der ganzen Welt bekannt ist. 12) a sapientia sua non degenerem filium accipere, an einem einen Sohn bekommen / der einem in der Weisheit nachartet. 13) secundis rebus affluens, wann es dir einst recht wohl geht. 14) valedicenti alicui lacrimas affundere, bey eines Abschied Thränen vergiessen. 15) voce prohibeor graui gemitu, ich kan vor vielem Seufzen nicht reden. 16) a silentibus in vltimos amplexus itum, wir schwiegen still / und umarmten einander zu guter Letze. 17) quam diu - - - indultum, so lang wir konnten / haben wir uns nach einander umgesehen.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Calypſo 1) eodem adhuc veſtigio Telemachum audierat, mirabili rerum euentu mirifice delectata. Tunc ſermonem eius interpellans, 2) vt non nihil otii daret: Tempus eſt, inquit, vt tot tantasque moleſtias et labores dulci ſomno permutes. 3) Securus eſto huius loci, et patriam crede. Totum te trade laetitiae. Fruere quiete, et omni bonorum, quibus dii te cumulabunt, copia. 4) Vbi primum orientem aurorae ſignabit purpura, et Phoebus illuſtrem, ſed 5) fatalem aſtris, diem

(Cap. I.) 1) Eodem adhuc veſtigio, unbeweglich. 2) non nihil otii alicui dare, einen ein wenig ausruhen laſſen. 3) ſecurus eſto loci huius, ſeye wegen dieſem Ort ohne Sorgen. 4) vbi - - - vehet, morgen früh/ wann es wieder Tag ſeyn wird. 5) fatalem aſtris, weil nemlich dieſe als-

vehet, 6) referemus nos ad multiplicis fortunae tuae casus. Sapientiae profecto et fortitudinis 7) exempla ipse tibi debet, 8) cui tu vitam. 9) Qui strauit Hectorem, 10) qui ex inferis aperuit viam, et 11) ipse adeo monstrorum domitor, auxerint virtutem suam ex tua. 12) Nox commoda mitiget tibi caliginis moram. At quam erit incommoda, quam spatiosa mihi! 13) quam non tolerabili conflictabor desiderio tui, audiendi te, 14) reuocandi sermonem ad cognita, quaerendi incognita. Agedum! Cum Mentore, a diis quem recepisti, in hanc antri mei partem succede. Abstracta haec a reliquis est, et 15) diligenter praeparata dormituris. 16) Morpheum precor, 17) velit somniculosis palpebris vestris omnem dulcedinum suarum apparatum inducere, diuinis vaporibus irrigare in lassitudinem datos artus. 18) Faciat in animos vestros ea per somnum visa incidere, quibus oberrantibus iucundissimae species soporatos sensus titillent in iustae quietis subsidium.

Ceterum ipsa Telemachum deduxit ad cubile. Pars erat haec antri ab ea, quam incolebat numen, diuersa situ, non amoenitate 19) ob eamdem amabilem

dann untergeben. 6) referemus - - casus, wollen wir die Geschichte von deinen so mannigfaltigen Schicksalen wieder vor uns nehmen. 7) exempla ipse tibi debet, er kan ein Exempel an dir nehmen; du übertriffst ihn noch. 8) cui tu vitam debes, dein Vater. 9) der Achilles. 10) der Theseus. 11) der Hercules. 12) nox - - vmbra, ich wünsche dir eine vergnügte Nacht; wohl zu ruhen. 13) quam non - - tui, wie wird mir das Verlangen nach dir fast unerträglich werden; ich werde es fast nicht erwarten können / bis 2c. 14) reuocare sermonem ad cognita, das was einem schon bekannt / sich wieder erzehlen lassen. 15) diligenter praeparata dormituris, euch mit Fleis zubereitet / daß ihr da wohl schlafen möget. 16) Morpheus, Gott der Träume. 17) velit - - artus, wolle eure Augenliede sanft zudrucken / und eure müde Glieder süsiglich erquicken. 18) faciat - - subsidium, er lasse euch was erfreuliches träumen / zu desto angenehmerer Ruhe. 19) ob eamdem - - -

:m naturae simplicitatem. Ex angulo 20) saliens
mul dulce murmur, simul 21) blanda soporis le-
ocinia adferebat auribus. Duobus locis Nymphae
iolles herbas congesserant, duabus item pellibus,
ltera leonis, cui Telemachus, altera vrsi, cui Men-
or incubaret, stratas.

CAPVT II.

At iste prius, quam 1) oculos daret in somnum,
his verbis castigauit Telemachum. Secutus es
impetum ea, quae tibi accidere, narrandi,
lmauit te dea, quod discrimina, ex quibus vigore
olertiaque animi tui es 2) eluctatus, commemora-
li. At sic 3) alimentum adiecisti flammis, quibus
rri coepit, et 4) robur eheu! tibi futuris vinculis.
Quomodo speraueris, dimissum te iri ex insula nu-
ninis, quod vel sola casuum tuorum audita initia
fascinarunt. Cupido gloriolae 5) orationem tuam
egum effecit securam, quas praescribit ratio. 6) Spo-
pondit illa, docere te, quae tum alias, tum Vlyssi
maxime accidissent. 7) Inde ipsi filum copiosissimi
sermonis, verum ab eo, quem promiserat, omnino
alieni. Atqui effecit sic tamen, vt eorum, quae
scire auebat, nihil ex te ignorauerit. Ecce tibi! 8)

simplicitatem, wegen gleich angenehmer, und schlechthin der Natur gemässen Beschaffenheit des Orts. 20) saliens dulce murmur, ein angenehm springendes Wasser. 21) blanda -- auribus, machte mit seinem Geräusch, daß man sanft dabey schliefe.

(Cap. II.) 1) Oculos dare in somnum, einschlafen. 2) eluctari ex discriminibus, die Gefahren überwinden. 3) alimentum adiicere flammis, das Liebes-Feuer vermehren. 4) robur adiicere vinculis, die Bande stärker machen, womit du wirst gefesselt werden. 5) orationem -- securam, hat gemacht, daß du bey deiner Rede diejenige Gesetze nicht in acht genommen. 6) spopondit illa, docere te, sie hat versprochen, dich zu belehren. 7) inde ipsi filum, etc. dardurch hat sie Materie bekommen zu einem weitläuftigen Discurs. 8) hoc ipsum --- astutiae, das sind die

11) impotentius incumbere, quam vt laudum tuarum 12) amplificationes, etiam non diſſimulanter fictas, retundere aut valeas, aut velis.

Tum proceſſere ad locum, vbi exſpectabantur a dea Venientibus in conſpectum leniter arriſit, 13) premens laetantis ſpecie metum curamque incerti animi. Praeuidebat enim, Telemachum perinde elapſurum ſibi Mentoris ductu, ac Vlyſſem ingenio ſuo. Tum, eia! 14) matura, inquit, Telemache, dare pabulum, quo ſatietur in me nouorum auiditas. 15) Tota nocte videbaris mihi proficiſci a Phoenicibus, et noua in Cypro fata 16) aucupari. 17) Cedo igitur nobis rationem huius itineris. 18) Caue vel tantillum morae. Mox conſeſſum eſt, herbeſcente ſolo, operto violis, et 19) ex humiliori pone ſiluula vmbroſo.

Ceterum Calypſo 20) nequidquam imperauit oculis, ne continui eſſent in molliori iuuenis aſpectu. Vnde haud aliud quidquam illi erat moleſtius, quam 21) ita obſeruari a Mentore, vt nec oculum fas eſſet

tiri, ſie hat ſelbſt nicht geglaubt, daß es dem ſo ſey. 11) impotentius incumbere ad laudes, ſich in ſeiner Begierde nach Lob noch nicht ſo mäſſigen können. 12) amplificationes laudum non diſſimulanter fictae, offenbar falſche Lobs-Erhebungen. 13) premens - - - animi, ſuchte unter Verſtellung eines frölichen Angeſichts die Furcht ihres unruhigen Herzens zu verbergen. 14) matura - - - auiditas, eile meine Begierde nach deinen Neuigkeiten zu ſättigen. 15) tota nocte mihi videbaris, es war mir die ganze Nacht, als ſähe ich dich. 16) aucupari noua fata, ſein neues Schickſal ſuchen. 17) cedo rationem huius itineris, ſage, wie iſt dieſe Reiſe abgeloffen. 18) caue vel tantillum morae, mache nicht den geringſten Aufſchub. 19) locus ex humiliore pone ſiluula vmbroſus, ein Ort, der wegen einem niedern Buſchwerk, ſo hinter einem iſt, ſchattigt iſt. 20) nequidquam - - - aſpectu, konnte ſich nicht enthalten, ihre zärtliche Blicke beſtändig auf den Jüngling zu werfen. 21) ita obſeruari a Mentore, daß der Mentor ſo genau

:t 22) ſine nota mouere. At Nymphae 23) integer-
mo ſilentio, admotaque ad ſermonem aure per-
:uerabant, 24) in orbem affuſae, cuius pars alte-
ı vacabat, vt et commodius audire, et intueri lo-
uentem poſſent. Itaque oculi ex omni coetu in
'elemachum defixi et immobiles. Ille deorſum
ſpiciens, et 25) perquam decenter ſubeunte rubore,
ridie coeptum ſermonem hunc in modum 26) per-
exuit.

CAPVT IV.

) Explicatis carbaſis interceptae aurae nos e Phoeniciae conſpectu celeriter prouexerant. Vnus ego peregrinus eram, nec vectorum ıihi perſpecti mores. Itaque decreui ſilentio, et mnium, quae fierent, 2) obſeruatione vti, omit-ereque, ne inter eos haberer ignobilis, 3) quid-uid modeſtiae regulis cauetur. Ceterum conticeentem de induſtria, 4) irrigare dulcis grauiſque ɔpor vincere me coepit. 5) Torpebant hebetati enſus: 6) commodiſſime erat animo: veriſſima pe-tus voluptas ſoluerat. Cum ecce! 7) ſiue vera ea ſpe-

uf ſie acht hatte. 22) ſine nota, ohne daß er es merkte. 3) integerrimo - - perſeuerabant, hatten mit einer gänzli-ɟen Stille ihre Ohren beſtändig auf ſeine Rede gerichtet. 4) in orbem - - vacabat, ſaſen herum in der Form eines albeu Cirkels. 25) perquam decenter ſubeunte rubore, ıit einer geziemenden ſchamhaften Röthe. 26) ſermonem ertexere, die Rede fortſetzen.
Cap. IV.) 1) Explicatis - - prouexerant, weil wir guten Wind hatten/ verlohren wir Phönicien bald aus dem Ge-ɟht. 2) omnium obſeruatione vti, alles wol bemerken.) quidquid regulis modeſtiae cauetur, was wider die Re-el der Beſcheidenheit ſtreitet. 4) irrigare - - coepit, über-el mich ein ſüſſer Schlaf. 5) torpebant hebetati ſenſus, lle meine Sinne waren in ihrer Ruh. 6) commodiſſime - ſoluerat, es war mir recht wohl/ und mein Gemüth npfand eine ſüſſe Zufriedenheit. 7) ſiue - - - ludibrium, ɟ mag entweder ein wahrhaftes Geſicht / oder nur ein

auctoritatem potentiamque metuentes, fallacia eius et 28) errorem domini adiuuabant, ne inuisi redderentur adeo feroci dominae, cui is plane confidebat. Itaque Malachon, quamquam omnibus perspectum erat ex Creta aduenisse, 29) iubebatur haberi pro aduena, quem ex Aegypto Narbal aduexisset. Traditur itaque in custodiam.

CAPVT XVII.

Astarbaea multum sollicita, ne accideret, vt 1) illatus aulae Narbal, 2) inito cum rege sermone, indicaret fraudulentiam: seruo, de quo ante dixeram, festinanter misso, significabat, etiam atque etiam velle se, peregrinum, quem adduxisset ipse, regi ne proderet. Vnum ab eo silentium postulari. Facturam se, vt nihil detrimenti patiatur taciturnitas. Iuuenem autem, ab Aegyptiis cum ipso profectum, quanto posset ocyus, cum Cypriis imponeret naui, vt 3) in vrbanorum conspectu esse desineret. Quis 4) oblata et suae et meae salutis occasione Narbale laetior? Silentium cumulatissime pollicetur. Quo impetrato seruus reuertitur, expositurus Astarbaeae, quae egisset.

Mirabamur deorum clementiam, qui hanc 5) candori

sich zu allen auch höchst-unbilligen und grausamen Befehlen gebrauchen liessen. 28) errorem alicuius adiuuare, einen helfen betrügen/ in seinem Irrthum stärken. 29) iubebatur haberi pro aduena, mußte vor den Fremdling gehalten werden.

(Cap. XVII.) 1) Inferri aulae, nach Hof gebracht werden. 2) inito cum rege sermone, wann er mit dem König zu sprechen käme. 3) in vrbanorum conspectu esse desinere, nicht mehr in der Stadt gesehen werden. 4) oblata et suae et meae salutis occasione, über der Gelegenheit/ sich selbst und mich wieder in Sicherheit zu setzen. 5) candori mercedem - - impendere curam, die Redlichkeit belohnen/ und vor die/ die der Tugend zu lieb alles wagen/

ri mercedem, manifestamque pro virtute tentan-
ius vltima impenderent curam. Contra detestaba-
ır regem, qui nihil praeter opes spectaret, for-
laeque voluptatis illecebras. Vnde nos haec in-
:em: Qui 6) metuit iusto diligentius, ne decipi-
ır, dignus est decipi, ac plerumque decipitur
probius. A bonis timet sibi, credit malis. Vnus
ınium, quae aguntur, ignarus est; et proh pu-
r! ludibrio habetur a prostibulo. Interim malo-
m fallacia saepenumero instrumentum fit, quo coe-
n bonos liberat, qui malunt non viuere, quam
lere.

Inter hos sermones mutabantur 7) venti, obse-
ndantes nauigaturis Cyprum. Quo animaduerso,
ce deos! Narbal exclamat, securitatem offerunt,
:lemache. Fuge crudeles; fuge infelices terras.
licem me, te si ad oras extremas sequi, si viuere
mori tecum possem! sed eheu! 8) deuouit me mi-
abili, quam hic vides, patriae triste fatum. Cum
a me oportet pati, et nescio, an non eius quondam
inis tegi. 9) Quoquo autem modo res ceciderint:
is mihi, si modo 10) veri rectique semper tenax
ı. Tibi vero, Telemache, dii, precor, quorum
ınifesto ductu videris gubernari, diuinum munus
rae perfectaeque virtutis haud velint vmquam sub-
ıhere. Vale! Ithacam repete, solatium affer Pe-
:lopae, et libertatem a procorum molestia. Vti-
.m 11) illud celebre per orbem oraculum, Vlys-

G sem,

genscheinliche Sorge tragen. 6) iusto diligentius metu-
:, gar zu sorglich förchten. 7) venti obsecundantes na-
gaturis Cyprum, Winde / die zur Schiffahrt nach Cypern
ınstig sind. 8) deuouit me huic terrae triste fatum, das
ıdige Schicksal hat es über mich verhänget / daß ich in
:sem Land harren muß. 9) quoquo modo res ceciderint:
mag endlich gehen / wie es will. 10) veri rectique sem-
r tenax, der immer vest ob der Wahrheit und Gerech-
gkeit hält. 11) illud celebre per orbem oraculum, dessen

ſem, oculi tui aſpiciant, ampleſtantur manus! vtinam et ille in te accipiat 12) a ſapientia ſua non degenerem filium! at 13) ſecundis rebus affluens, caue obliuiſcaris mei, nec amare felix miſerum deſine.

Huic poſtremae ſalutationi non verbis, ſed lacrimis reſpondi, quas 14) vale dicenti affundebam. 15) Voce enim prohibebar graui gemitu. Itaque 16) a ſilentibus in vltimos amplexus itum, proceſſumque ad portum, vbi ſubſiſtentem eum deſerui. Sublatis anchoris, 17) quam diu oculi ferebant, mutuo inter nos aſpeſtui eſt indultum.

Finis Libri Tertii.

FA-

Weisheit in der ganzen Welt bekannt iſt. 12) a ſapientia ſua non degenerem filium accipere, an einem einen Sohn bekommen / der einem in der Weisheit nachartet. 13) ſecundis rebus affluens, wann es dir einſt recht wohl geht. 14) valedicenti alicui lacrimas affundere, bey eines Abſchied Thränen vergieſſen. 15) voce prohibeor graui gemitu, ich kan vor vielem Seufzen nicht reden. 16) a ſilentibus in vltimos amplexus itum, wir ſchwiegen ſtill / und umarmten einander zu guter Letze. 17) quam diu - - - indultum, ſo lang wir konnten / haben wir uns nach einander umgeſehen.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Calypſo 1) eodem adhuc veſtigio Telemachum audierat, mirabili rerum euentu mirifice delectata. Tunc ſermonem eius interpellans, 2) vt non nihil otii daret: Tempus eſt, inquit, ʼt tot tantasque moleſtias et labores dulci ſomno ɪermutes. 3) Securus eſto huius loci, et patriam rede. Totum te trade laetitiae. Fruere quiete, t omni bonorum, quibus dii te cumulabunt, copia. .) Vbi primum orientem aurorae ſignabit purpura, :t Phoebus illuſtrem, ſed 5) fatalem aſtris, diem

 vehet,

Cap. I.) 1) Eodem adhuc veſtigio, unbeweglich. 2) non ihil otii alicui dare, einen ein wenig ausruhen laſſen. 3) :curus eſto loci huius, ſeye wegen dieſem Ort ohne Sorɛn. 4) vbi - - - vehet, morgen früh / wann es wieder ag ſeyn wird. 5) fatalem aſtris, weil nemlich dieſe als-

vehet, 6) referemus nos ad multiplicis fortunae tuae casus. Sapientiae profecto et fortitudinis 7) exempla ipse tibi debet, 8) cui tu vitam. 9) Qui strauit Hectorem, 10) qui ex inferis aperuit viam, et 11) ipse adeo monstrorum domitor, auxerint virtutem suam ex tua. 12) Nox commoda mitiget tibi caliginis moram. At quam erit incommoda, quam spatiosa mihi! 13) quam non tolerabili conflictabor desiderio tui, audiendi te, 14) reuocandi sermonem ad cognita, quaerendi incognita. Agedum! Cum Mentore, a diis quem recepisti, in hanc antri mei partem succede. Abstracta haec a reliquis est, et 15) diligenter praeparata dormituris. 16) Morpheum precor, 17) velit somniculosis palpebris vestris omnem dulcedinum suarum apparatum inducere, diuinis vaporibus irrigare in lassitudinem datos artus. 18) Faciat in animos vestros ea per somnum visa incidere, quibus oberrantibus iucundissimae species soporatos sensus titillent in iustae quietis subsidium.

Ceterum ipsa Telemachum deduxit ad cubile. Pars erat haec antri ab ea, quam incolebat numen, diuersa situ, non amoenitate 19) ob eamdem amabilem

darin untergeben. 6) referemus - - casus, wollen wir die Geschichte von deinen so mannigfaltigen Schicksalen wieder vor uns nehmen. 7) exempla ipse tibi debet, er kan ein Exempel an dir nehmen; du übertrifst ihn noch. 8) cui tu vitam debes, dein Vater. 9) der Achilles. 10) der Theseus. 11) der Hercules. 12) nox - - vmbra, ich wünsche dir eine vergnügte Nacht; wohl zu ruhen. 13) quam non - - tui, wie wird mir das Verlangen nach dir fast unerträglich werden; ich werde es fast nicht erwarten können / bis rc. 14) reuocare sermonem ad cognita, das was einem schon bekannt / sich wieder erzehlen lassen. 15) diligenter praeparata dormituris, euch mit Fleis zubereitet / daß ihr da wohl schlafen möget. 16) Morpheus, Gott der Träume. 17) velit - - artus, wolle eure Augenliede sanft zudrucken / und eure müde Glieder süßiglich erquicken. 18) faciat - - subsidium, er lasse euch was erfreuliches träumen / zu desto angenehmerer Ruhe. 19) ob eamdem - - -

:m naturae simplicitatem. Ex angulo 20) saliens mul dulce murmur, simul 21) blanda soporis leocinia adferebat auribus. Duobus locis Nymphae iolles herbas congesserant, duabus item pellibus, tera leonis, cui Telemachus, altera vrsi, cui Menor incubaret, stratas.

CAPVT II.

At iste prius, quam 1) oculos daret in somnum, his verbis castigauit Telemachum. Secutus es impetum ea, quae tibi accidere, narrandi, imauit te dea, quod discrimina, ex quibus vigore olertiaque animi tui es 2) eluctatus, commemorati. At sic 3) alimentum adiecisti flammis, quibus ri coepit, et 4) robur eheu! tibi futuris vinculis. Quomodo speraueris, dimissum te iri ex insula nuninis, quod vel sola casuum tuorum audita initia ascinarunt. Cupido gloriolae 5) orationem tuam egum effecit securam, quas praescribit ratio. 6) Spoondit illa, docere te, quae tum alias, tum Vlyssi naxime accidissent. 7) Inde ipsi filum copiosissimi ermonis, verum ab eo, quem promiserat, omnino lieni. Atqui effecit sic tamen, vt eorum, quae cire auebat, nihil ex te ignorauerit. Ecce tibi! 8)

 hoc

implicitatem, wegen gleich angenehmer / und schlechthin der Natur gemässen Beschaffenheit des Orts. 20) saliens lulce murmur, ein angenehm springendes Wasser. 21) landa -- auribus, machte mit seinem Geräusch / daß man anft dabey schliefe.

Cap. II.) 1) Oculos dare in somnum, einschlafen. 2) luctari ex discriminibus, die Gefahren überwinden. 3) alimentum adiicere flammis, das Liebes-Feuer vermehren. 4) robur adiicere vinculis, die Bande stärker machen / womit du wirst gefesselt werden 5) orationem - - securam, hat gemacht / daß du bey deiner Rede diejenige Gesetze nicht in acht genommen. 6) spopondit illa, docere te, sie hat versprochen / dich zu belehren. 7) inde ipsi filum, etc. dardurch hat sie Materie bekommen zu einem weitläuftigen Discurs. 8) hoc ipsum - - - astutiae, das sind die

hoc ipſum telum muliebris cupiditatis, dum indulget blandienti aſtutiae. Ah quando ita tua matureſcet prudentia, Telemache, vt nihil dicas per oſtentationem, vt taceas cum emolumento tuo, quae vtiliter non proferuntur. Admirantur alii ſapere te ea aetate, 9) cui abeſſe a ſapientia permittitur. Ego vero nihil permittam tibi. Vnus ego, cui manifeſtus et ita carus es, vt committere haud poſſim, quin 10) notentur a me, quae agis perperam. Ah! quod 11) multis adhuc te paraſangis poſt ſe videt genitoris ſapientia!

Potuine, Telemachus reſpondebat, nolle diuam 12) de ſorte mea erudire? haud ſane, Mentor affirmat. 13) id magnopere oportebat; at oportebat aliter, ita videlicet, vt nihil praeter miſerabilia commemorares. 14) Scire licuiſſet, iter longiusculum tibi et varium fuiſſe; aliquamdiu apud Siculos et deinde Aegyptios te detentum in vinculis. Haec poterant ſufficere. Quae addidiſti porro, ad augendam peſtem duntaxat faciebant, quae iam alias cor diuae 15) depaſcitur; velintque dii, ne depaſcatur tuum!

Quid ergo ſuades a me fieri, modeſtus diſcendique ſtudioſus iuuenis rogat? negabat Mentor amplius celari deam poſſe, quae etiamnum ex fatis eius ignoraret. Iamque tantum, inquit, ex iſtis prodidiſti, vt eam 16) reliquorum notitia fraudare haud queas. In-

Waffen begieriger/ verliebter Weiber/ deren ſie ſich bey ihrer Liſt und Schmeicheley pflegen zu bedienen. 9) cui abeſſe a ſapientia permittitur, darinn man noch ſo keine groſſe Weisheit einem zumuthet. 10) notare, beſtrafen. 11) multis - ſapientia, du biſt noch ſehr weit entfernet von der Weisheit deines Vaters. 12) erudire de ſorte ſua aliquem, einem Nachricht geben von ſeinem Schickſal. 13) id magnopere oportebat, das war in allweg billig. 14) ſcire licuiſſet, du hätteſt ſie mögen wiſſen laſſen. 15) peſtis eum iam depaſcitur, er iſt ſchon mit dieſer Peſt angeſteckt. 16) reliquorum notitia fraudare, das übrige vorenthalten/

ıdignationem moueret, 17) a femineis auribus si uid rerum tuarum excluderes. Crastina igitur lue, quidquid adhuc nosti a diis in te beneficii, ex-ıones. Ceterum disce in posterum cautior esse et ıarcior illis in rebus, 18) quae quoquo modo ostenationis quid praeferunt. Consilio blande accepto, nitus ab vtroque somnus.

CAPVT III.

1) Simul terris primum diem Phoebus dispensauerat, simul 2) voce Calypsus Nymphae exactae in nemus. Quo audito, Mentor inclamans uueni; heus! inquit, somnum, 3) somnum soluere empus monet. Age! reuertere ad diuam; sed cauior deinceps ad 4) mella, quae loquetur tibi. 5) Reconde ab ea semper, quae sunt in animo tuo. Time, si laudet, blandientem viperam. Heri 6) prae genitore tuo ipsi sapiens, prae Achille inuictus fuisti; Thesei fama 7) concessit tuae; 8) semi deorum album occupare debueras expuncto Hercule. 9) Numquid laudauit intra modum? Numquid iis, quae argutabatur, habuisti fidem? ipsa hercle 10) credidit se mentiri. Laudat tamen, quia videris ad laudes

11) im-

zurück halten. 17) a femineis auribus si quid excluderes, wann du ihr etwas verschwiegest. 18) quae quoquo modo ostentationis quid praeferunt, was irgend ein Anzeigen einiger Ruhmredigkeit geben kan.

(Cap. III.) 1) Simul - - - dispensauerat, so bald der Tag angebrochen. 2) voce - - in nemus, rufte die Calypso ihre Nymphen zusammen in den Wald. 3) somnum soluere, aufwachen. 4) mella, süsse Worte / Schmeicheleyen. 5) reconde - - tuo, offenbare ihr niemal dein ganzes Herz. 6) prae genitore sapiens, weiser als dein Vater. 7) concessit tuae, mußte dem deinen weit nachgeben. 8) semideorum - - Hercule, du musteſt in die Zahl der Helden gesezt werden / und Hercules heraus; Hercules war nichts gegen dir. 9) numquid - - modum? ist sie wohl mit ihrem Lob in den Schranken geblieben? 10) credidit se men

11) impotentius incumbere, quam vt laudum tuarum 12) amplificationes, etiam non dissimulanter fictas, retundere aut valeas, aut velis.

Tum processere ad locum, vbi exspectabantur a dea Venientibus in conspectum leniter arrisit, 13) premens laetantis specie metum curamque incerti animi. Praeuidebat enim, Telemachum perinde elapsurum sibi Mentoris ductu, ac Vlyssem ingenio suo. Tum, eia! 14) matura, inquit, Telemache, dare pabulum, quo satietur in me nouorum auiditas. 15) Tota nocte videbaris mihi proficisci a Phoenicibus, et noua in Cypro fata 16) aucupari. 17) Cedo igitur nobis rationem huius itineris. 18) Caue vel tantillum morae. Mox consessum est, herbescente solo, operto violis, et 19) ex humiliori pone siluula vmbroso.

Ceterum Calypso 20) nequidquam imperauit oculis, ne continui essent in molliori iuuenis aspectu. Vnde haud aliud quidquam illi erat molestius, quam 21) ita obseruari a Mentore, vt nec oculum fas esset

tiri, sie hat selbst nicht geglaubt/ daß es dem so sey. 11) impotentius incumbere ad laudes, sich in seiner Begierde nach Lob noch nicht so mässigen können. 12) amplificationes laudum non dissimulanter fictae, offenbar falsche Lobs-Erhebungen. 13) premens - - - animi, suchte unter Verstellung eines frölichen Angesichts die Furcht ihres unruhigen Herzens zu verbergen. 14) matura - - - auiditas, eile meine Begierde nach deinen Neuigkeiten zu sättigen. 15) tota nocte mihi videbaris, es war mir die ganze Nacht/ als sähe ich dich. 16) aucupari noua fata, sein neues Schicksal suchen. 17) cedo rationem huius itineris, sage/ wie ist diese Reise abgeloffen. 18) caue vel tantillum morae, mache nicht den geringsten Aufschub. 19) locus ex humiliore pone siluula vmbrosus, ein Ort/ der wegen einem niedern Buschwerk/ so hinter einem ist/ schattigt ist. 20) nequidquam - - - aspectu, konnte sich nicht enthalten/ ihre zärtliche Blicke beständig auf den Jüngling zu werfen. 21) ita obseruari a Mentore, daß der Mentor so genau

:t 22) fine nota mouere. At Nymphae 23) integer-
mo filentio, admotaque ad fermonem aure per-
:uerabant, 24) in orbem affufae, cuius pars alte-
a vacabat, vt et commodius audire, et intueri lo-
uentem poffent. Itaque oculi ex omni coetu in
'elemachum defixi et immobiles. Ille deorfum
fpiciens, et 25) perquam decenter fubeunte rubore,
ridie coeptum fermonem hunc in modum 26) per-
exuit.

CAPVT IV.

) Explicatis carbafis interceptae aurae nos e Phoeniciae confpectu celeriter prouexerant. Vnus ego peregrinus eram, nec vectorum nihi perfpecti mores. Itaque decreui filentio, et omnium, quae fierent, 2) obferuatione vti, omittereque, ne inter eos haberer ignobilis, 3) quidquid modeftiae regulis cauetur. Ceterum conticecentem de induftria, 4) irrigare dulcis grauifque opor vincere me coepit. 5) Torpebant hebetati enfus: 6) commodiffime erat animo: veriffima pectus voluptas foluerat. Cum ecce! 7) fiue vera ea

 fpe-

uf fie acht hatte. 22) fine nota, ohne daß er es merkte. 23) integerrimo - - perfeuerabant, hatten mit einer gänzlichen Stille ihre Ohren beständig auf seine Rede gerichtet. 24) in orbem - - vacabat, saßen herum in der Form eines halben Cirkels. 25) perquam decenter fubeunte rubore, mit einer geziemenden schamhaften Röthe. 26) fermonem pertexere, die Rede fortsetzen.

(Cap. IV.) 1) Explicatis - - prouexerant, weil wir guten Wind hatten, verlohren wir Phönicien bald aus dem Gesicht. 2) omnium obferuatione vti, alles wol bemerken. 3) quidquid regulis modeftiae cauetur, was wider die Regel der Bescheidenheit streitet. 4) irrigare -- coepit, überfiel mich ein süsser Schlaf. 5) torpebant hebetati fenfus, alle meine Sinne waren in ihrer Ruh. 6) commodiffime - - foluerat, es war mir recht wohl, und mein Gemüth empfand eine süsse Zufriedenheit. 7) fiue - - - ludibrium, es mag entweder ein wahrhaftes Gesicht, oder nur ein

species fuit, siue nocturnum ludibrium, diuisis nubibus 8) velox currus trahentes columbas sequitur. Venus in eo eminebat. Illa ab vnguiculo ad summum capillum speciei venustas, ille iuuenilium membrorum vigor, et 9) ciendis illecebris mollitudo erat, quibuscum prodiens ex 10) spuma oceani ipsum aeternumque Iouem perstrinxit. 11) Allapsa ad me praecipiti curru, manumque leniter imponens humero, leui cum risu: heus! paulo post, inquit, regnum meum intrabis, 12) Graecule; 13) id quippe nominis praemiserat sermoni. In illam venies insulam, qua dulcedo, securitas, ludorumque ioci 14) subnascuntur meis vestigiis. Hic locorum 15) aras meas odorum deliciis coles. Hic 16) te circum torrens voluptatum fluet. 17) Pande animum tam dulci spei, et caue resistas dearum principi. Sic per me felix, sic beatus eris.

Sub haec puerum aspicio. Cupido erat. Motis subinde pennis, iisque non magnis, 18) vagabatur circum matrem lenissimo volatu. Erat 19) os molliculum, eiusque amoena festiuitas, 20) quali anni primae pueritiae lasciuiunt. 21) Oculorum argutissima

leeres Bild eines Traums gewesen seyn. 8) velox --- sequitur, es kam schnell ein Wagen von Tauben gezogen. 9) ciendis illecebris mollitudo, eine so reitzende Zärtlichkeit. 10) spuma Oceani, die Wellen des Meers. 11) allapsa -- curru, sie kam schnell mit dem Wagen zu mir herbey. 12) Graecule, du junger Grieche. 13) id nominis praemiserat sermoni, mit diesem Nahmen redete sie mich zuerst an. 14) wo ich gehe und stehe/ findet sich nichts als Annehmlichkeit/ ꝛc. 15) aras odorum deliciis colere, angenehmes Rauchwerk auf den Altären opfern. 16) te circum --- fluet, du solt mit Wollust überströmet werden. 17) pande --- spei, breite dein Herz nur weit aus/ einer so angenehmen Hoffnung theilhaftig zu werden. 18) vagabatur -- volatu, flog um die Mutter herum. 19) os molliculum, ein sehr zärtliches Gesicht. 20) quali -- lasciuiunt, dergleichen man bey Kindern in den ersten Jahren erblicket. 21) oculorum -- alebat, seine scharfe Augen hat-

ſima acies, formidinis, neſcio quid, alebat. Aſpiciebat cum riſu, ſed maligne, contemtim, atrociter. Educebat ex aurea pharetra, qua cingebatur, ſagittam, inter omnes aptiſſimam vulneri. 22) Parabat arcum adductis neruulis. Iamque 23) ordiebatur in me iactum: cum adeſt Minerua, 24) obiecta Aegide improuiſum auxilium. Forma illi non mollis, non 25) ad amores liqueſcens 26) (quacum Venus habitum oris et corporis ſui offerebat) ſed ſimplex, non anxia, et quam ſine libidinis illecebra pudicus aſpiceret. Nihil in ea 27) remiſſum, fractum, humile, ſed vigor in omnibus, 28) auguſtaque dignitas. Ceterum 29) praeualente Aegide, ſagitta Cupidinis decidebat ſine noxa. Tum ille 30) ſtomachari, quati acerbo gemitu, rubore natare ob ereptam palmam. Aufer te hinc, puer improbe, Minerua exclamat, apage! 31) animos anguſtos fordidosque pete, 32) quibus ſapientia, virtus, gloria in libidinum tuarum turpitudine euiluit. 33) Lauros tuas ex his ſolis leges. In hos ſarcaſmos fremens 34) amaſium numen 35) ſe alis proripuit. Venus

ten zugleich was an ſich/ das mich in Furcht ſezte. 22) parare arcum adductis neruulis, den Bogen ſpannen. 23) iam ordiebatur in me iactum, er wolte eben auf mich ſchieſſen. 24) obiecta --- auxilium, und mir mit Verhaltung ihres Schilds unvermuthet zu Hülf kommt. 25) ad amores liqueſcens forma, eine verliebte Geſtalt. 26) quacum -- offerebat, dergleichen man an der Venus in ihrem Geſicht und ganzen Leib wahrnahm. 27) remiſſum, fractum, humile, verzagtes/ ſchwaches/ niederträchtiges. 28) auguſta dignitas, ein majeſtätiſches Anſehen. 29) praeualente Aegide, wegen vorgehaltenem Schild. 30) ſtomachari -- natare, zürnte/ ſeufzete ſchmerzlich/ und wurde ganz ſchamroth. 31) animi anguſti, ſordidi, verzagte/ liederliche Gemüther. 32) quibus -- euiluit, welche die Weisheit gegen deinen ſchandlichen Lüſten vor was geringes/ verächtliches halten. 33) lauros --- leges, dieſe allein muſt du ſuchen zu beſiegen. 34) amaſium Numen, der Liebes-Gott. 35) ſe alis proripere, darvon fliegen.

nus quoque tollebatur in Olympum, et curru iugatisque auibus in illustri et caerulea nube 36) diu mihi conspicuis subducebatur. Minerua, cum a fugitiuis numinibus 37) versus terram referrem oculos, discesserat.

CAPVT V.

Videbar mihi in loco versari, 1) qui Elysaeos hortos laudaturo suggereret idoneas species. Et ecce! ibi Mentor se mihi. Heu fuge, inquit, crudeles terras, fuge littus ex voluptate, quam colit vnam, pestiferum! hic trepidandum etiam constantissimae virtuti, fugiendumque, perire si nolit. Ego, simul atque Mentorem aspexi, parabam in eum inuolare, eumque amplecti. Sed 2) torpebat (ita dormienti visum) pes, lababat genu, et 3) manus, amicum contentius adnixa stringere, inanem 4) complexusque non capacem vmbram captabat. Atqui 5) haec ipsa contentio somnum rupit, sensique 6) oblatam in quiete speciem, quam tot variassent mysteria, deorum monitum esse. Deprehendi me ad voluptates mollitiemque Cypriam 7) heroem, fui 8) diffidentia, ne temere faceret, abunde instructum. 9) Aegritudo tamen non aberat animo. Credebam

36) diu mihi conspicuis, die ich lang sehen konnte. 37) versus terram referre oculos, wieder auf die Erde sehen. (Cap. V.) 1) Qui - - species, der eine schöne Abbildung gäbe von den Elisäischen Feldern. 2) torpebat pes, der Fus war entschlafen / wolte nicht fort. 3) manus amicum contentius adnixa stringere, die Hand / welche den Freund vest umfassen wolte. 4) vmbra non capax complexus, ein Schatten / der sich nicht halten läßt. 5) haec - - - rupit, eben diese Bemühung hat gemacht / daß ich aufgewache bin. 6) oblatam - - - mysteria, der so Geheimnis volle Traum. 7) deprehendi me heroem ad etc. ich habe bey mir einen Heldenmuth verspürt gegen rc. 8) sui diffidentia abunde instructum esse, mit einem Mistrauen von sich selbst genug gewaffnet seyn. 9) aegritudo non aberat animo.

debam Mentorem 10) expulſum e viuis, ſuperata ſtyge iam transiiſſe ad iuſtorum manes.

Hanc igitur cogitationem ingens vis lacrimarum ſubſecuta eſt. Cauſam rogantibus: lacrimas aiebam plane decere infelicem alienigenam, qui iactaretur extra natale ſolum praeter ſpem eius videndi. Inter haec 11) impotenti laetitia tota nauis inſaniit. Nautae velut iuſſis feriis 12) non remos, ſed ſuper remis rhonchos ducebant: floribus gubernator cingebat caput, dimiſſoque 13) clauo, grandem manu ſuſtinebat ſitulam, pene euacuatam, et vna cum ceteris 14) inſolentior temulenta veſania, Veneri Cupidinique 15) pangebat, imo vociferabatur honeſtati prorſus intolerabilia auditu.

Dum 16) vacatur ineptae laetitiae, dum 17) in cyathis ſepelitur malorum ex pelago memoria: ecce 18) velut de inſidiis imminens 19) tempeſtas coelum omne vndasque foedauit. 20) Effundebantur immitiſſimae procellae, quae immani impetu irruentes carbaſis, longe quam in Aeoli antris remugiebant atrocius. 21) Decumanis fluctibus diuerberabantur latera nauigii, inter violentos vndarum aſſultus 22) ingemiſcentia. Terribili viciſſitudine 23) iam

ich war dabey nicht ohne Bekümmerniß. 10) expulſum - - manes, nicht mehr bey Leben / ſondern ins Reich der Todten übergegangen seyn. 11) impotenti laetitia inſanire, vor übermäſſiger Freude ganz unſinnig thun. 12) non remos - - ducebant, bekümmern ſich nicht um ihre Ruder / ſondern legen ſich auf ihre Schiffe ſchlafen. 13) clauus, das Steuer-Ruder. 14) inſolentior temulenta veſania, in seiner berauſchten Tollheit. 15) pangere, hier / beſingen. 16) ineptae laetitiae vacare, der unſinnigen Freude nachhängen. 17) in cyathis ſepelitur memoria, unter dem Trinken vergißt man. 18) velut de inſidiis imminens, plözlich. 19) tempeſtas foedauit, iſt ein Ungewitter entſtanden. 20) effundebantur immitiſſimae procellae, es erhuben ſich sehr heftige Sturmwinde. 21) decumanis - - - nauigii, die gröſeſte Wellen ſchlugen an das Schiff. 22) ingemiſcere, hier: krachen. 23) iam efferebantur - - in

iam efferebamur minaci tumore assurgentis pelagi, iam velut nudato profundo videbamur ruituri in abyssum. Augebant terrorem in proximo scopuli, ad quos 24) efferata vndarum volumina incredibili cum horrore adlidebantur.

CAPVT VI.

Enimuero tum didici vsu, quod frequenter ex ore Mentoris, 1) voluptatem, cum periclitatur, animis euanescere. Torpebant scilicet Cyprii, 2) ploratibus muliebriter squallentes, in vtramque hanc aurem lugubri vlulatu, et miserabili planctu infuso: 3) carendum iam vita, et delicatae vitae illecebris. 4) Obruturos se victimis superos (nam etiam 5) in vota inania scilicet a temulentis itum) si licuerit saluis venire in portum. Adeo animos fregerat improuisum malum, vt nemo vel dirigendis vel occupandis nautarum officiis par esset. Ergo ratus ego, a me vno et meam et salutem reliquorum pendere; 6) ambabus manibus in gubernaculum inuolo; quippe 7) nauigii dicam, an Baccharum rector, 8) ne par quidem erat cognoscendo discrimini. 9) Confirmatur nauta: laxantur iussu meo antennae: remis strenue incumbitur. Per medios scopulos euecti eua-

abyssum, bald wurden wir von dem aufschwellenden Meer in die Höhe gehoben / bald wieder gleich als in den tiefesten Abgrund versenket. 24) efferata vndarum volumina, die wilde Wellen.

(Cap. VI.) 1) Voluptas animis euanescit, die Lust vergeht. 2) ploratibus muliebriter squallere, heulen wie die Weiber. 3) carendum iam vita, es wäre jezt um ihr Leben geschehen. 4) obruere victimis superos, denen Göttern ganze Haufen Opfer bringen. 5) in vota - - itum, auch die berauschte unterstunden sich diese leere Gelübde zu thun. 6) ambabus - - inuolo, ergreiffe ich mit beyden Händen eilends das Ruder. 7) nauigii - - rector, der tolle Steuermann. 8) ne par - - - discrimini, war nicht einmal im Stand / die Gefahr einzusehen. 9) confirmatur nauta, die

euadimus praesentissimum, nec iam oculis nostris occultum exitium.

Somnio res similis videbatur vniuersis, qui suam mihi debebant salutem, stabantque cum stupore respectantes me. Appellimur Cypro. Mensis tum erat, quem ex vernis temporibus sacrauerunt Veneri. Atque 10) haec quidem aiunt prae ceteris amorum matri deberi, quippe quae 11) naturae velut animam reuocarent, voluptates vna cum florum spectaculo gignerent. Expositus e naui, sentiebam 12) lenissimum aerem regioni incumbere, 13) qui corporibus ingereret ignauiam, festiuum et leuitati pronum habitum afflaret. Aduerti glebam, cuius alioquin foecunda erat natura et 14) redundans in delicias, 15) fere cultum desiderare, incolis abominantibus laborem, qui manu peragitur. 16) Videre passim erat matres virginesque, 17) vel ipso iam profanatas ornatu corporis, quae inter hymnos Veneris procedebant, eius altaribus initiandae. Pulcritudo, amoenitas, gaudium, voluptas 18) apparebant collecta in vultus, sed ipsa 19) amoenitas multo accita studio. 20) Aberat illa generosa oris simplicitas, decensque compositio, quae pulcritudini summam gratiam conciliat. Gestus molliculi, 21) vultus ex arte formosior, ornatuum vanitas, 22) remissior

Schiffleute bekommen Muth. 10) haec, sc. tempora. 11) naturae velut animam reuocare, die ganze Natur gleichsam wieder beleben. 12) lenissimus aër regioni incumbit, es ist eine sehr gelinde Luft in dieser Gegend. 13) aër corporibus - - afflat, die Luft macht den Leib träg, und zur Wollust geneigt. 14) redundans in delicias, sehr angenehm. 15) cultum desiderare, ungebaut seyn. 16) videre est, man kan sehen. 17) vel ipso - - corporis, deren unzüchtigen Sinn man an ihrer Kleidung abnehmen konnte. 18) apparebant - - vultus, sahe man beysammen in ihrem Gesicht. 19) amoenitas multo accita studio, eine affectirte Schönheit. 20) aberat - - compositio, es war da keine natürliche ungezwungene Zierlichkeit. 21) vultus ex arte formosior, geschminktes Gesicht. 22) remissior incess-

missior incessus, oculi aspicere et aspici quasi ambientes, mutua aemulatio ad concitandum ardorem immoderatae cupidinis; et quidquid denique in his deprehenderam feminis, 23) sordebat mihi, adeo, vt augerent in me sui fastidium, quantam operam mihi placendi cumulabant.

CAPVT VII.

Ducor in templum deae. Pluribus locis colitur. Quippe Cytherei, Idalii, Paphiique 1) aedem ipsi curauere. Ego illam Cythereorum intraui. Structa est ex marmore, et inter eas, 2) quas ab ambientibus columnis peristylia nuncupamus, absoluta numeris suis. Insigni mole columnae et solito altiores 3) diuinae sedis speciem oppido augustam faciunt. 4) Epistylion trabem maximam appellant, quae columnis supposita fere sustinet aedificium: 5) volutae serpunt cincinni vel spirae modo per caput, quod secundum epistylion prominet. Vtrinque impendent latiores quidam balthei aut fasciae imaginibus, 6) non solida specie exstantibus, 7) admonentes eorum, quae iucundissima diuae contigerunt. In templi foribus perpetua populorum frequentia sacri faciendi caussa. 8) Intra sacra-

rii

sus, wollüstiger Gang. 23) hoc sordet mihi, das ist mir verächtlich/ zuwider.

(Cap. VII.) 1) Aedem Veneri curare, der Venus Tempel stiften. 2) Peristylium, heißt ein mit Säulen rings herum umgebener Platz. 3) diuinae - - facere, dem Tempel ein sehr herrliches Ansehen machen. 4) epistylium, der Durchzug/ oder Balk/ worauf die Säule ruht. 5) volutae - - prominet, die Schnecken-Linien (Schnirkel) gehen in die Runde hinauf an dem Kopf/ der nächst an dem unter-Balken hervor raget. 6) non solida specie exstans imago, ein Bild/ von nicht ganz/ halb-erhabener Arbeit. 7) admonentes - - - contigerunt, welche die angenehmste Begebenheiten der Göttin anzeigten/ in sich hielten. 8) intra sacrarii ambitum, in dem umfang des Götzen-

rii ambitum nec victimas caedere licet, nec pro consuetudine ceterarum gentium igni tradere victimarum 9) adipes, nec eorum sanguinem patitur diuinum domicilium. 10) Aris duntaxat exhibent animalia, futura in hostias. Iuniora numen accipit, candidaque: repellit effoeta, et quae 11) aut labe, aut aliqua sui parte sunt insignia. Teguntur purpureis fasciolis, quas distinguunt auro. Idem inducunt cornibus, 12) sertaque circumponunt, odore placitura. Altari exhibita remittuntur in semotum locum, in ferias deae mactanda a sacerdotibus.

Inter munera etiam aquae sunt, vinaque nectare dulciora. Sacerdotes albas tunicas, quibus induuntur, aurea zona adstringunt. Tunicis subnexae fimbriae sunt ex auro, talos pedum tangentes. Incensi odores, quorum flos ex oriente petitur, non interdiu in aris, non noctu cessant; vaporibus illorum imitantibus 13) nubem, quae sursum euoluitur. Columnarum decus ficta poma, 14) florumque cingula, quae sculptores appendere. 15) Praeter aurea vasa non adhibentur diuinae rei. Nemus, quod aedem ambit, myrtis consitum et factum est. Lectissimi lectissimaeque esse debent iuuenum, a quibus hostiae sacerdoti traduntur, et 16) ignem foci accipiunt. Ceterum ex impudentia et dissoluta vita tanti 17) maiestas templi euilescit.

Tempels. 9) adipes victimarum, das Fett von den Opfern. 10) aris exhibere animalia futura in hostias, die Opfer-Thiere vor die Altäre darstellen. 11) aut labe, aut aliqua sui parte insigne esse, einen Fehl oder Mackel haben. 12) serta odore placitura, wohlriechende Kränze. 13) nubes sursum euoluitur, die Wolke steigt in die Höhe. 14) florum cingula, Blumen-Kränze. 15) praeter aurea vasa non adhibentur rei diuinae, man braucht keine andere als guldene Gefässe zum Gottesdienst. 16) ignem foci accipiunt, das Feuer wird auf den Altären angemacht. 17) maiestas tanti templi euilescit, der so prächtige Tempel wird entunehret.

CAPVT VIII.

Horrori mihi erat initio, tam peruerſe agentes aſpicere. Sed et ipſi paulatim ex videndi conſuetudine minus diſplicuerunt. Miteſcebat mihi flagitii nomen. 1) Temperantiae freni, quoties cum ea gente congrediebar, remittebantur largius, quam vt capere potuerim. Ridebatur mea innocentia: quia modeſtus, quia pudicus, exponebar ludibrio: 2) nec omiſſum, quidquid cupiditates ſoluere poterat, et mentem ſenſu perſtringere illicitae voluptatis. 3) Hebeſcebat (quod ſenſi) in dies robur animi. Et 4) indolem quidem meam induſtria magiſtrorum finxerat ad praecepta omnino ſalubria. Sed illa nunc 5) pudori vix ſatis conſulebant: 6) aberant ab effectu etiam vehementiſſime deſtinata. 7) Omni ex parte inuolabant in me flagitia potentiore impetu, quam vt iis retundendis me ſentirem ſufficere. Quid? quod ipſam adeo virtutem mihi ducebam dedecori. Fingite vobis hominem, in flumine profundo et incitatiore. Contendit 8) aquis aduerſando progredi. At ſi 9) negent ripae praecipites

et

(Cap. VIII.) 1) Temperantiae freni remittebantur largius, quam vt capere potuerim, ich geriethe nach und nach in eine heftigere Begierde, welche ich nicht mehr genug mäſſigen konnte. 2) nec omiſſum - - voluptatis, und es wurde nichts unterlaſſen, was die Begierden reitzen, und eine unerlaubte Luſt in mir erwecken konnte. 3) robur animi hebeſcit, die Gemüths-Stärke nimmt ab. 4) indolem quidem - - - ſalubria, ich hatte zwar von meinen Lehrern lauter heilſamen Unterricht zu allem Guten bekommen. 5) praecepta pudori vix ſatis conſulebant, der Unterricht war kaum vermögend, mich in den Schranken der Zucht genugſam zu erhalten. 6) aberant - - deſtinata, auch der beſte Vorſatz kam nicht zu ſeiner Kraft. 7) omni ex - - - ſufficere, die Laſter ſtürmeten auf allen Seiten ſo heftig auf mich los, daß ich mich nicht im Stand fand, ſelbigen zu widerſtehen. 8) aquis aduerſando progredi, wider den Strom watten. 9) ſi negent - - copiam, wann er wegen

et abruptae in margine interfistendi copiam: fatigatur scilicet; vigor expellitur; torpent exhausti labore artus; 10) secundum flumen cogitur sequi. Ita mecum tunc actum. Obscurabantur oculi: languebant praecordia: nihil erat, quod me aut rationis admoneret, aut paternae virtutis. Vltima pestis somnium fuit, quod Mentorem in Elysios campos fingebat transiisse. Haec cogitantem 11) omnis plane virtus destituit. Accessit occulta quaedam et tacita desidia. Iamque placebat blandum virus, idque 12) in alias atque alias diffusum venas, 13) interiora ossium tentauit. Nihilo tamen minus 14) audiisses etiamdum a me graues gemitus. 15) Miserabili fletu, et horrendo fremitu ardorem vesanae cupiditatis interpolabam: Eheu, iuuentus misera! 16) humanae sortis nimis ah! acerbi arbitri dii! 17) vt quid indulgetis iuuentuti, quae aut insaniunt, aut ardent, tempora? cur nondum hoc caput incanuit? cur nondum 18) aetas segnior telluri inclinat hos artus, aut etiam tumulo, nec 19) Laërti aequalem me nepotem facit! aut vita, aut, qua conflictor, turpi molestia Telemachum liberate!

dem allzugähen und hohen Ufer niegends sich halten/ ruhen kan. 10) secundum - - sequi, er wird vom Strom hingerissen. 11) omnis plane virtus destituit, ist vollends alle Liebe zur Tugend bey mir verschwunden. 12) virus in alias - - - venas, das Gift/ welches sich von einer Ader in die andere ergossen. 13) interiora ossium tentare, in die innerste Gebeine eindringen. 14) audiisses, konnte man noch je und je bey mir hören. 15) miserabili - - interpolabam, unter der heftigen Empfindung der tollen Lust weinte und klagte ich jämmerlich. 16) humanae - - dii, O ihr Götter! welch harte Schicksale verhänget ihr über die Menschen. 17) vt quid - - tempora, warum ist doch die Jugend-Zeit also beschaffen/ daß wir darinnen entweder Thorheiten begehen/ oder vor Hitze brennen. 18) aetas segnior telluri inclinat hos artus, ich gehe schon gebückt zur Erde und dem Grabe zu. 19) Laertes, war des Ulyssis Vater/ König in Ithaca.

CAPVT IX.

Haec vociferabar. Subito 1) laxari triſtitia coepit, et 2) pudorem fere vltimum animo excutere veſana cupiditas. At rurſus inde 3) cruenti in diſcruciata conſcientia ſtimuli. Ita incertus conſilii, nec potens mei, incertis pariter et 4) incitatioribus veſtigiis per ſacrati nemoris receſſus ferebar. 5) Dixiſſes me feram, quae 6) excepto iaculo per denſas ſiluarum concitata latebras vulneri lenimen quaerit; dum 7) haerens lateri letalis arundo vbique fruſtratur ſilueſtrem medicinam. Ita et ego inutili fatigabar curſu. Exiſtimabam fieri poſſe, vt oblitus mei vulnus ſanarem: ſed nihil erat, quod dolorem animi leuaret.

Forte tum, in denſa nemoris umbra ſpeciem Mentoris aſpexi. Procul erat, et vultus triſti pallore ita ſuffuſus, 8) ſimilisque caſtigaturo eſt viſus, vt 9) futuram ex aſpectu eius laetitiam occuparet. Tene, amice ah! ſpes mea, fiducia mea, tene aſpicio? quid? tute ipſe? aut 10) ludis ficta ſpecie? Tune Mentor, an 11) manes tui, mea quos 12) huc euocauit calamitas? 13) nondumne ergo ille felix animarum ordo te tenet, cui a virtute ſua largum praemium

(Cap. IX.) 1) Laxari triſtitia coepit, die Traurigkeit lies nach. 2) pudorem fere vltimum excutere animo, faſt alle Schamhaftigkeit einem aus ſeinem Gemüthe benehmen. 3) cruenti - - ſtimuli, heftige Gewiſſens-Angſt. 4) incitatioribus veſtigiis ferri, mit ſchnellen Schritten lauffen. 5) dixiſſes me feram, gleich einem Wild. 6) excepto iaculo, wann ſie mit dem Wurfſpies getroffen. 7) haerens - - medicinam, es iſt kein Mittel in dem Wald vorhanden, ihm von dem ſteckenden Pfeil zu helfen. 8) ſimilis caſtigaturo vultus, ein ernſthaft Geſicht. 9) futuram - - - occuparet, daß es mir alle Freude, die ich über ſeinem Anblick haben ſolte, benahm. 10) ludis ficta ſpecie? betrügſt du mich mit einer verſtellten Geſtalt? 11) manes tui, dein Geiſt. 12) huc euocauit, hieher getrieben, genöthiget hat. 13) nondumne ergo ille felix animarum or-

mium, et innoxias voluptates inter aeternae pacis otia in Elyſiis ſedibus impertiuntur dii? agedum, loquere! viuisne? ten'ah! tene fruor, an amici vmbram video? 14) contendebam ſub haec verba ad ipſum, impos animi et praeceps curſu adeo, 15) vt reſpirare deſinerem. Ille operiebatur me eodem veſtigio. Vos, vos, dii! noſtis, 16) cum ipſum eſſe palpans demonſtraret manus, quam ſolidum gauiſus ſim gaudium. Non vmbra, non vmbra eſt; 17) ipſum manus, ipſum amplexus ſtringunt, Mentorem meum, cor, animam meam! hae tum voces meae cum impetu. Ingens vis lacrimarum cadebat in amici vultum, et 18) impedita a ſermone lingua ex collo eius diu ſilens pependi. Ille me aſpicere 19) oculis, quos moderabatur tenerrima pietas.

CAPVT X.

Tandem ego cum gemitu: vnde? ah! vnde tu mihi? eheu! in quantis ego te abſente periculis! et quid nunc te ſine Telemachus? At ille 1) aliud regerens, et voce ad terrorem inclinata: fuge, exclamat, et quam potes cito fuge. Venenum eſt, quidquid gignit haec regio. 2) Coelum, quod hic hauris, peſtiferum eſt; 3) hoc infecti incolae ſe-

 ctantur

do te tenet, biſt du noch nicht unter der Reyhe/ Zahl/ der beglückten Seelen. 14) contendere ad aliquem, auf einen zulauffen. 15) vt reſpirare deſinerem, daß ich nicht mehr ſchnauffen kunnte. 16) cum ipſum -- manus, als ich aus dem ſanften Berühren ſeiner Hand überzeuget ward/ daß er es ſeye. 17) ipſum -- ſtringunt, ich betaſte/ ich umfaſſe ihn ſelbſt. 18) impedita a ſermone lingua, da ich nicht ein Wort reden kunnte. 19) oculi, quos moderatur tenerrima pietas, Augen voll zärtlicher Neigung/ Liebe.

(Cap. X.) 1) Aliud regerens, gab mir eine ganz andere Antwort. 2) coelum, quod hauris, die Luft/ die du hier ſchöpfeſt. 3) hoc infecti -- communicent, die Einwohner/ die von dieſem Gift angeſteckt ſind/ ſuchen mit ihrem Diſcurs nichts anders/ als daß ſie hierdurch auch andern

ſtantur colloquia, non vt verba, ſed qua exuruntur ipſi, luem ſe cum inuicem communicent. Voluptas abiecta et turpis, 4) qua maius Pandorae pyxis non effudit malum, expellit robur animis, virtutem iſtis ſedibus. Fuge, quid haeres? imo nec digneris, quod fugis, reſpicere, memoriam peſtiferi huius loci in te penitus exſtingue.

5) Haec ſeuerius contendente Mentore, videbatur ſpiſſa quaedam 6) nebula ex oculis meis ſolui, deinde ita diſſipari, vt lux ſine nube incideret. 7) Reddebat ſe animo vigor conſtantiae, et dulce gaudium, 8) oppido abhorrens ab effeminata illa ineptaque laetitia, quae 9) ſenſibus meis faſcini in modum ſeſe adhuc afflauerat. Haec quippe ſtolida et turbulenta eſt, veſanoque cupiditatum aeſtui ac conſcientiae obnoxia furiis; illud vero 10) ſanum, 11) a turbarum incommodis liberum, et coeli munus eſt; quippe liquidum et immutabile, vberrimum, ex guſtu ſemper dulcius; animum denique 12) tam violenter quam non iniucunde trahens. Ipſum hoc gaudium tum mihi afferebat lacrimas, ſenſique nihil dulcius eſſe hoc genere lacrimarum. Felices, dicebam cum ſuſpirio, felices, quibus nihil, quod virtutem adornat, abſconditur! poteſtne haec aſpici, et non amari? amari, et non beare?

CA-

gleiches Gift beybringen. 4) qua maius - - malum, das allerſchädlichſte Uebel. 5) haec - - Mentore, als Mentor ſo ernſtlich ſprach. 6) nebula ſoluitur ex oculis meis, ein dicker Nebel zertheilt ſich vor meinen Augen. 7) reddit ſe animo vigor conſtantiae, das Gemüth bekommt wieder ſeine lebhafte Standhaftigkeit. 8) oppido abhorrens, welche weit unterſchieden war. 9) ſenſibus faſcini in modum ſeſe afflare, die Sinnen bezaubern. 10) ſanum gaudium, eine vernünftige Freude. 11) a turbarum incommodis liber, das von keiner Beunruhigung nichts weiß. 12) tam violenter, quam non iniucunde, mit einer ſüſen / angenehmen Gewalt.

CAPVT XI.

Tum Mentor: 1) destituendus es mihi, inquit, et momento. Mora non licet. Ego vero: 2) quid, destitui a Mentore? quo ergo te via? 3) scilicet datur in orbe ab humano cultu tam inanis locus, in quem penetrabis sine Telemacho? Haud hercule effugies. 4) Mens prius a corpore, quam ego a Mentore. Te sequar: Simul virum 5) stringebam firmissimo amplexu. At ille: frustra es. Non retinebis, quod speras. Ad Aethiopes Arabesue 6) pretio me transtulit Metophis auara crudelitas. Ceterum his Damascum Syriae 7) negotiatum profectis venum ibam ob spem, ingentem pecuniam posse ex me redimi ab Hazaele quodam. Is quippe graeci moris et disciplinae auidus, ex Graecia emturus erat mancipium. Et sane magni ab Hazaele emebar. Quae ex institutis nostris aperui, 8) tanto illum nouitatis studio accenderunt, vt ad discendas 9) Minois leges Cretam proficisci statuerit. 10) Insistentem huic itineri nauem repugnantes a prora venti compulere in hunc portum. 11) Ob rem diuinam, 12) dum idoneam mutationem subiret aura, tem-

 plum

(Cap. XI.) 1) Destituendus es mihi, ich muß dich verlassen. 2) quid, destitui? was / ich soll verlassen werden? 3) scilicet - - locus, solte es auch einen so entlegenen und wüsten Ort in der Welt geben. 4) Mens - - Mentore, ich will ehe sterben / als den Mentor lassen. 5) stringere firmissimo amplexu, so vest als möglich umfassen. 6) pretio me transtulit, hat mich verkauft. 7) negotiatum proficisci, um des Gewerbs / Commercirens willen wohin reisen. 8) magno aliquem nouitatis studio accendere, einen sehr begierig machen nach Neuigkeiten. 9) Minos, ein sehr scharfer König in Creta. 10) insistentem - - portum, als wir auf der Schiffahrt dahin begriffen waren / wurden wir durch widrige Winde an diesen Hafen getrieben. 11) ob rem diuinam, um seinen Gottesdienst zu verrichten. 12) dum idoneam mutationem subiret aura, bis wir bessern

plum intrauit. Et ecce! 13) redit. 14) Coelum inuitat, secundo impetu illapsum velis. Vale, Telemache! cum fide sequi dominum pii mancipii est. Iuris mei vt sim, porro nolunt dii. Id si voluissent, essem 15) (consciis ipsis loquor) tuus. Vale, et noli, quae passus genitor, quid quantumque fleat genitrix, noli deos iustos obliuisci. O, qui semper innocentiam curatis, superi! o qua in prouincia mihi eripitis Telemachum!

Falleris, dilecte Mentor, falleris: aiebam. His in terris tibi, quamquam volenti, non eripietur Telemachus. Sine me (ita viuam) non abibis. 16) Ferreusne ergo Syrus ille et alumnus tigridum? hisce brachiis euellet te? 17) aut vmbris me tradet aut tibi. Fugam suades, et 18) fugam meam non excipis? Ecce! Hazaelem adeo. 19) Hos annos, has lacrimas respiciet. Quid dubito? 20) fieri nequit, vt, quem inuestigandae sapientiae amor rapit per tanta itinera, careat misericordia. Supplicabo: stringam genua: nec dimittam 21) nisi voti particeps, et futurus socius. Tecum, amice, mancipium, et si velit, ipsius ero. Quodsi nolit, 22) perii. 23) Haec dextera aperiet ad manes viam.

CA-

Wind bekämen. 13) redit, sc. mutatio aurae. 14) coelum - - velis, die günstige Winde blasen schon in die Segel/ und machen/ daß wir abreisen werden. 14) conscio Deo loquor, GOtt weis es. 16) ferreusne - - - tigridum, er wird ja nicht so gar hart und grausam seyn. 17) aut vmbris - - tibi, er mus mich entweder tödten/ oder mir deine Gemeinschaft wieder schenken. 18) fugam meam non excipis? wilt du nicht/ daß ich mit dir fliehen darf? 19) hos annos, meine Jugend. 20) fieri nequit - - misericordia, es ist nicht möglich/ daß einer/ der der Weisheit zulieb so beschwerliche Reisen unternimmt/ nicht solte Mitleiden finden. 21) nisi - - socius, ich werde dann meines Wunsches gewährt/ und darf mit euch ziehen. 22) perii, so ists gethan um mich. 23) haec dextera aperiet ad manes viam, ich nehme mir selbst das Leben.

CAPVT XII.

Et 1) forte tum Mentorem vocabat Hazael. Aduoluor pedibus. Ille percellitur demiſſione ignoti hominis: quid velim, rogat. Vitam, reſpondeo. Moriar, per te niſi liceat Mentorem ſequi. Vlyſſes me genuit; Vlyſſes, cuius ſapientiam ex Troianae et vrbis et gloriae vaſtatoribus aequauit nemo. Genus meum non iacto, ſed vt miſerearis fati mei, refero. Scrutatus maria, vt patrem inuenirem, hunc hominem pro comite, imo patrem habui. Priuatus illo ſum, 2) ne qua mihi ſors maligna parceret. Seruit nunc tibi; ſeruiam (ita precor) et ego. 3) Seruantem aequi ſi recte te credimus, ſi ad Cretenſes te Minois diſciplina trahit, hos gemitus, has lacrimas ne ſpernas. Summo loco et rege patre natum ad pedes tuos vides, et 4) abiectum eo, vt a ſeruitute ſalutem petere cogatur. Olim apud Siculos, ne ſeruirem, ſtatuebam mori. Atqui 5) ex illis malorum meorum initiis leuiſſima duntaxat argumenta futurorum apparebant. Nunc vereor, ne ſeruire non liceat. Vos ab aſtris numina, ad miſerum hoc caput deſpicite! Te vero, Hazael, per Minois, quam admiraris, ſapientiam, perque eius apud inferos aequiſſimum, quod nos ambos manet, iudicium oro atque obteſtor.

Hazael 6) facillima fronte, porrectaque manu alleuans ſupplicem: nec ſapientiam, inquit, nec virtutem Vlyſſis ignoro. Quantam ille gloriam domi ſuae acquiſiuerit, ego frequenter ex Mentore, 7) ex velocitate famae totus oriens didicit. Adesdum

H 5 magnum

(Cap. XII.) 1) Forte dum, indem/ eben da. 2) ne qua - - - parceret, daß ja vollends alles unglück über mich käme. 3) ſeruans aequi, gerecht. 4) abiectum eo, der in ſolche elende umſtände verſetzet iſt. 5) ex illis - - apparebant, jenes war nur ein geringes Vorſpiel meines Elendes / das mir hernach begegnen ſollte. 6) facillima fronte, mit ſehr gütigem Angeſicht. 7) ex velocitate famae totus Oriens

magnum ex Vlysse genus! patrem in me, dum genitorem recipias, habe. Hoc si neque Vlyssis gloriae, neque aduersae eius tuaeque sorti, at certe 8) amicitiae Mentoris dare iubeor. Is 9) ex emtione mancipium, ex fide 10) necessarius meus est. Nundinabar pretio; comparaui amicum, vnice dilectum, 11) aestimatione aeris superiorem. Ille est, in quo inueni, qua nihil pretiosius, sapientiam; ille hunc animum virtutis amore impleuit vnus. Et ecce nunc eum liberum pronuncio, et te seruitute absoluo. 12) Amicos volo, non seruos.

Enimuero 13) tum exturbari, quidquid amaro animum sensu oppleuerat; succedere 14) gaudium, quantum mortale pectus capit. Nam et 15) perfunctus eram formidolosissimis discriminibus, et 16) admouebar dulci patriae. Aperiebat sese, qua redirem ad meos, via. 17) Adde ipsum ex Hazaele solatium. Eius quippe non iam societate, sed etiam caritate fruebar, nata ex non ficto virtutis studio. Paucis: recuperato Mentore sine metu amittendi eius, recuperaui omnia.

CA-

didicit, durch das schnell sich ausbreitende Gerücht hat es der ganze Orient erfahren. 8) amicitiae Mentoris dare hoc iubeor, ich muß dieses der Freundschaft des Mentors zu Gefallen thun. 9) ex emtione, nach dem Kauf. 10) necessarius meus, mein sehr vertrauter Freund. 11) aestimatione aeris superior, den ich höher schätze als alles Geld; der mit Geld nicht zu bezahlen. 12) amicos volo non seruos, ihr sollt meine Freunde seyn, keine Knechte. 13) tum exturbari - - - oppleuerat, da verschwand bey mir alle schmerzliche Empfindung. 14) gaudium, quantum mortale pectus capit, die größte Freude, so irgend ein Mensch empfinden kan. 15) perfungi discriminibus, die Gefahren überstehen. 16) admoueri dulci patriae, näher zu seinem lieben Vaterland kommen. 17) adde ipsum solatium, hierzu kam das Vergnügen selbst über 2c.

CAPVT XIII.

Festinabat Hazael ad maris crepidinem. Sequimur; conscendimus nauem. 1) Tranquillo freto remus, lenis Zephyrorum flatus velis accipitur; inde nauis, quasi animata leni, ac sedato motu cieri. Extra conspectum insulae strenue processimus. Hazaelem 2) trahebat mirabilis exspectatio pernoscendi animum meum. Itaque 3) quid mihi de Cypriorum moribus et disciplina videretur, interrogat. Ego, quibus periculis flos aetatis meae fuerit expositus, atque ipsas adeo pugnas interiores animi mei enunciabam simpliciter. Ille vero audiens, 4) horrori fastidioque mihi fuisse, quae vidissem turpia; 5) haud paulo vehementiore cum motu animi; quantum tu cum filio tuo, inquit, possis, o Venus! scio. Ambos thure colui. At 6) erubescendam mollitiem, qua liquescit vestra insula, deinde 7) alienas ab homine libidines, quibus 8) celebritates vestrae inquinantur, finite, quaeso, 9) transcribam diris.

Postea sermonem instituit cum Mentore de summa illa primaque potentia, quae coelum terrasque condiderit; de immensa illa, immutabilique luce, quae quamquam omnibus impertita, ipsa tamen non dispertiatur sese: de illa suprema veritate et vniuersali, quae omnes animas, perinde atque hunc spectabilem

(Cap. XIII.) 1) Tranquillo - - accipitur, wir segelten bey stillem Meer ab, und ein sanfter Westwind blies in die Segel. 2) trahit eum mirabilis exspectatio, er ist sehr begierig; hat ein ungemeines Verlangen. 3) quid tibi videtur de hac re, was hältst du hievon. 4) id mihi horrori fastidioque est, ich hab einen Eckel und Abscheuen darvor. 5) haud paulo vehementiore motu, mit einer zimlichen Bewegung. 6) erubescenda mollitie liquescere, einer schändlichen Weichlichkeit ergeben seyn. 7) alienae ab homine libidines, unmenschliche Lüsten. 8) celebritates, Feste. 9) transscribere diris, verfluchen. (finite - - diris, möchte ich

ſtabilem mundum 10) Phoebus, mirabili radio illuſtret. Et hanc quidem lucem, ille ſubiungens inquit, qui aſpexit numquam, 11) primigenia quadam caecitate laborat. Equidem 12) viuit is, at noctis concubiae occultatus tenebris; 13) veluti quibusdam nationibus frequentior annus ex abſentia ſolis caligat. 14) Maturum ſe iudicat fundendis oraculis, et inſanit. 15) Lynces prouocat, et caecutit cum talpis. Clauduntur morienti oculi, quos numquam vtiliter aperuit. Aut certe praeter obſcuras fictasque ſpecies, praeter inanes vmbras, et 16) exerrantis phantaſiae excrementa haud intuetur quidquam. Hanc caecitatem caecutiunt, hanc inſaniunt inſaniam, qui illecebris ſenſuum, et captioſis aberrationibus animi 17) tamquam incantamentis abripiuntur. 18) Simulacrum hominis eſt, hanc aeternam mentem qui non conſulit, non amat, non ſectatur. Quae cogitamus bona, inſpirat; mala impune cogitare non ſinit. Ratio noſtra, vita noſtra illius donum eſt. Animi noſtri velut riuuli; illa mare quoddam luminis: ex quo progreſſi in idem ſeſe denuo, vt abſorbeantur, recipiunt.

Ego ſapientiam huius ſermonis 19) aſſequebar minus. Ceterum, cum proferretur, ſentiebam exquiſitum quid eſſe, et 20) a communi vſu remotum; 21) ne-

verfluchen.) 10) Phoebus, die Sonne. 11) primigenia quadam caecitate laborare, gleichſam blind gebohren ſeyn. 12) viuit - - - tenebris, er tappet im Finſtern. 13) veluti - - caligat, wie bey einigen Völkern / wegen weiter Entfernung der Sonnen / der gröſte Theil des Jahrs Nacht iſt. 14) maturum - - oraculis, er meynt / er ſey göttlich weiſe. 15) lynces - - talpis, er meynt / er ſehe weit mehr als alle andere / und iſt ſtockblind. 16) exerrantis phantaſiae excrementa, Misgeburten einer betrüglichen Phantaſie. 17) tamquam incantamentis abripi, ſich bezaubern laſſen. 18) ſimulacrum hominis eſt, der hat nichts als den bloſen Schein eines Menſchen. 19) minus aſſequi, nicht vollkommen begreiffen. 20) a communi vſu remotum, etwas

21) neque ei enuntiando par ſum. Ardebam dictis 22) eorum, talia inuicem diſputantium; et, quot verba, tot argumenta veri credebam me non audire, ſed intueri. 23) Dicendo progreſſi de origine deorum mutauere verba. Ab his ad heroes poetasque 24) ſermone translato auream aetatem largius delibarunt. 25) Perſtricta etiam vniuerſi orbis inundatio, mixtaque hiſtoria primorum temporum. Ventum praeterea ad aquas obliuionis, quibus immerſae animae 26) memoriam praeteritorum abſtergunt. Poenas item ſuppliciaque memorabant, quae tartarus parat ſemper cruciando ſceleri. Ab hoc loco infelicitatis ad felicem tranquillitatem deflexerunt, quam bonis Elyſii campi nullo metu amittendae eius ſeruant.

CAPVT XIV.

Ceterum his ſermonibus iucundum interuenit ſpectaculum. 1) Delphini ſubibant, eminentes ex aquis. Aureae illis ſquammae, et 2) quem in ſudo coelo videmus, color. Alludentes mutuo, 3) placidam intemperiem induxerunt mari, motis fluctibus et liberaliter emicante ſpuma. 4) Tritones ſecuti, 5) conchis ingenti tortis flexu tubarum clangorem

ungemeines/ auſerordentliches. 21) neque - - - ſum, ich bin nicht im Stand es auszuſprechen. 22) eorum, ſc. Hazaelis et Mentoris. 23) dicendo - - - verba, ſie redeten noch weiter auch von dem urſprung der Götter. 24) ſermone - - - delibarunt, ſind ſie im Diſcurs auf die Helden und Poeten gekommen/ und haben viel ſchönes von den guldenen Zeiten geredet. 25) perſtricta, ſie haben auch kürzlich berührt. 26) memoriam praeteritorum abſtergere, das Vergangene vergeſſen.

(Cap. XIV.) 1) Delphini - - aquis, wir wurden einiger See-Fiſche gewahr/ die aus den Waſſern hervor kamen. 2) quem - - color, Himmel-blaue Farb. 3) placidam - - ſpuma, ſie machten eine angenehme Bewegung des Meers/ mit Wellen und häufigem Schaum. 4) Tritones, die Meer-Trompeter/ ungeheure See-Thiere. 5) conchis - -

gorem imitabantur. Circa 6) Amphitrites currum erant, quem equi marini trahebant, magnum ornamentum spectaculi. Illi candore niues, illi 7) notos velocitate superabant adeo, vt 8) ruentes per altum, alueum largiori spatio deducerent. Accedebant flammae oculorum, et ora fumantia, 9) iugalium ingens decus. 10) Concha praestabat diuae currum mirabili specie. 11) Candebat prae ebore; rotae ex auro. Volare eum credidisses per stagnantes vndas, 12) supremae etiam aquae salua tranquillitate. Nymphae proximae frequentes natabant, sertisque adornatae, 13) caesariem humeris descendentem aspirantis coeli flatibus permittebant. Amphitrite imperabat fluctibus aureo sceptro, quod manu altera tenebat. Altera paruulum filium eumque deum Palaemonem stringebat 14) commode exceptum sinu, et trahentem alimenta suae infantiae. Frons diuae parentis serena, maiestas facilis, ceterum ventis tempestatibusque infensa, quorum 15) seditionem horroremque excludebat mari. Equis Tritones 16) moderabantur; aureae item habenae, quas 17) ad-


imitabantur, machten mit ihren gekrümmten Muscheln einen Schall gleich den Trompeten. 6) Amphitrite, die Gemahlin des Neptuni, worunter die Poeten das Meer selbst vorgebildet. 7) notos velocitate superabant, sie waren behender als die Winde. 8) ruentes - - deducerent, daß, indem sie das Meer durchschwommen, sie einen breiten Strom machten. 9) iugales, die Meer-Pferde. 10) concha praestabat currum, der Wagen bestund in einer Muschel. 11) candere prae ebore, weisser, glänzender seyn als Helfenbein. 12) supremae - - - tranquillitate, so daß auch das äusserste des Wassers sich nicht bewegte. 13) caesariem humeris descendentem aspirantis coeli flatibus permittere, die über die Schultern herabhängende Haare fliegen lassen nachdem der Wind gehet. 14) commode - - infantiae, den sie in ihrer Schoos hatte, und der an ihrer Brust hienge. 15) seditionem horroremque ventorum excludere mari, das Stürmen der Winde auf dem Meer vertreiben. 16) equis moderari, die Pferde regieren.

17) admouebant. Purpureum velum et 18) capax multae aurae tegebat currum, 19) fluitante per aerem modico sinu. Quippe 20) partem eius duntaxat impleuerant numerosi Zephyri, 21) ambitiosum aspirando promerendae diuae famulitium. Medio aere 22) se Aeolus suspenderat, 23) quem laboriosa cura, aestuans sollicitudo, et acriter agendi feruor fatigabat. 24) Facies ex rugis difficilior: vox acerba ad terrorem vsque: 25) supercilia denso tractu temere incurrentia in palpebras: 26) immitius quam luculentius ardentes oculi, 27) quibus turbulentum murmur aquilonum, nubiumque decedebant minae. Immensae moles, delphini, 28) quaeque orta mari ob inusitatam speciem monstra dicimus, attractis, deinde refusis per spiramenta narium aquis 29) aestum faciebant pelago, et celeritate, 30) quam vix credebam capere posse tantam magnitudinem, 31) e cauernis suis, imo impressis fundo, eluctata deam suam mirabantur.

Finis Libri Quarti.

FA-

17) habenas aureas admouere equis, den Pferden guldene Zäume anlegen. 18) capax multae aurae velum, ein groses/ breites Segeltuch. 19) fluitare per aerem modico sinu, sachte in der Luft hin und her fliegen. 20) partem Zephyri, die häufige Westwinde bliesen nur in den halben Theil derselben. 21) ambitiosum - - - famulitium, als welche miteinander gleichsam in die Wett stritten/ sich mit ihrem Dienst um die Göttin wohl verdient zu machen. 22) se suspendere, schweben. 23) quem - - fatigabat, der sehr beschäftigt / besorgt und eifrig war. 24) facies difficilior, ein unfreundlich Gesicht. 25) supercilia -'- palpebras, die dichte Augbraunen diengen ihm herab. 26) immitius - - oculi, die mehr dunkel- als hell-brennende Augen. 27) quibus - - minae, womit er das Brausen der Winde und das Gewölk vertrieb. 28) quaeque - - dicimus, und was es sonst vor Ungeheure in dem Meer giebt. 29) aestum faciebant pelago, machten eine Ebb und Fluth. 30) quam - - magnitudinem, die man nicht glauben sollte/ daß möglich wäre/ wegen ihrer Grose. 31) e cauernis - - - eluctata, kamen aus ihren Hölen zu unterst in dem Wasser herauf.



FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.



Hoc 1) ſpectaculo ſuſpenſis nobis Cretae iuga procul ſe offerebant. 2) Laborabat adhuc incertus oculus, vt a nubibus pelagoque ea dignoſceret. 3) Paululum prouectis apices ſuos non citra reliquorum inuidiam mons Ida nudauit; quos, 4) vel-

(Cap. I.) 1) Hoc -- offerebant, indem wir uns über dieſes Schauſpiel verwunderten / ſo zeigten ſich uns von ferne die Gebürge ꝛc. 2) laborabat -- dignoſceret, wir konnten ſie noch nicht recht mit unſern Augen von den Wolken und Meer unterſcheiden. 3) paululum -- nudauit, da wir

4) velut iuſtae aetatis ceruus ramoſis cornibus inſigniter armatus, hinnulorum qui ſequuntur ſeriem, altitudine ſuperat. Senſim deinde ſe nobis inſulae ora 5) amphitheatri ſpecie repraeſentauit 6) iam certioribus, quae paterent videnda. Cyprus 7) inculta et expers humanae induſtriae videbatur; Creta autem fertili ſolo, diuerſorum praeterea fructuum copia 8) ſolliciti cultus oſtentabat argumenta.

Pagi firmiter exſtructi, 9) vici oppidorum ſpecie, vrbes magnificentia ſingulari; omnium magna frequentia. 10) Agri aratoris manu diligenter ſignati: ſulci non leuiter impreſſi. 11) Fruticum et veprium impedimenta, herbasque inutiles felix gleba ignorat.

Quam volupe nobis erat aſpicere valles profundas, boum mugitibus reſonantes, qui pingui gramine 12) ſecundum aquarum manantium crepidines veſcebantur! aſpicere veruecum greges, ex 13) adductis multa decliuitate collibus pabuli cauſſa 14) pendentes! 15) fluctuabant immenſa agrorum aequora flauentibus ariſtis, 16) quas velut opimum munus iamiam meſſorum falcibus ingerebat frugum

I parens,

ein wenig weiter fortgeſchifft/ zeigten ſich uns vorzüglich vor den übrigen die Spitzen des Berges Ida. 4) velut - - armatus, wie ein alter Hirſch mit ſeinem ſtarken Geweih. 5) amphitheatrum, ein oval-rund groſer Schauplatz. 6) iam - - videnda, da wir nun gewiſſer waren/ was wir ſähen. 7) inculta et expers humanae induſtriae regio, ein wüſtes und ungebautes Land. 8) ſolliciti - - - argumenta, zeigte/ daß man es fleiſig bauete. 9) vici oppidorum ſpecie, Flecken/ die den Städten gleicheten. 10) agri - - impreſſi, man ſahe überall den Aeckern an/ daß ſie mit Fleis gebauet/ und die Furchen tief gezogen waren. 11) fruticum - - ignorat, man ſieht da kein Geſträuch von Dornen/ kein Unkraut. 12) ſecundum crepidines, an dem Rand/ Ufer. 13) adducti multa decliuitate colles, herabhangende Hügel. 14) pendere ex collibus, an den Hügeln herum klettern. 15) fluctuabant - - ariſtis, die Früchte der weiten Felder waren ſchon reif. 16) quas - - parens, welche die

parens. 17) Colliculos pampini tegebant racemique, primo liuore non fine iucunditate mitescentes. Erat hoc dulcissimum et a 18) Libero patre, paratum collecturis donum, atque 19) humanas curas aegritudinesque sopiens medicamentum.

CAPVT II.

Se alias in Creta fuisse, Mentor dicebat, nihil celans eorum, quae de ipsa vel auditu hauserat, vel experientia. Haec insula, inquit, 1) exterarum gentium admiratione et centum, quibus occupatur, vrbibus celebris, numquam alimentis incolarum, quamquam paene innumerabilium, 2) laborat. Scilicet 3) numquam terra fraudat colentium industriam, neque illius 4) senescit fecunditas: augetur, quantum multitudo hominum, tantum abundantia rerum, 5) modo non nullius laboris illi sint; et 6) sine causa se aut aemulationibus insectantur, aut inuidia. Benigna mater tellus est, cuius liberalitatem numquam superat liberorum frequentia, nisi egere mereantur ob desidiam. Ambitio auaritiaque vna scatebra est et origo 7) malorum, quae mortalibus

Schnitter schon einsammleten. 17) colliculos - - - mitescentes, die Weinberge waren voll von Trauben / die sich schon anfiengen zu färben. 18) Liber pater, der Bacchus. 19) vinum est dulcissimum humanas curas aegritudinesque sopiens medicamentum, der Wein ist die angenehmste Arzney / so den Menschen ihre Sorgen und Kummer versüset.

(Cap. II.) 1) Exterarum gentium admiratione celebris insula, eine Insul / die von allen auswärtigen Völkern bewundert wird. 2) numquam alimentis incolarum laborare, niemal Mangel haben an Lebens-Mitteln vor die Einwohner. 3) numquam - - industriam, der Fleis der Ackerleute / die das Feld bauen / schlägt niemalen fehl. 4) senescere, abnehmen. 5) modo non nullius laboris sint, wann sie nur ein wenig schaffen mögen. 6) sine - - inuidia, sie haben nie ursach / über einander neidig zu seyn. 7) mala, quae mortalibus incumbunt, das uebel / so die Menschen

talibus incumbunt. 8) Nihil est, ad quod non excurrat humana cupiditas: 9) aucupatur superflua, atque ita necessariis quoque exuitur; quae si nihil requireret praeter 10) simplex vitae genus, eaque, quibus in vita carere haud licet, vbique beata rerum copia, liquidissimo gaudio, suauissimae concordiae pacisque fiducia redundaret.

Id Minoëm; 11) vt erat prudentia et bonitate summa, haud fefellit. Legum, quas condidit, fructus est, quidquid oculos vestros subibit admiratione dignum. Liberos educandi ratio, quam itidem ab eo Cretenses accepere, sanitatem corporibus roburque tribuit. A teneris assuefiunt simplici sobriaeque vitae: 12) amouentur ab otio: cumque ex voluptatibus credatur certa corporis ruina animique proficisci, 13) non commendantur oblectationes, nisi quae virtutem acuant, robur subministrent inuictum, gloriaeque subsidium. Neque soli laudem fortitudinis capiunt, qui obire non timent per belli discrimina, sed et illi celebrantur, qui opes nimias spernunt, et voluptates calcant. Ingratus, fictus, et auarus animus 14) (ter nefandum monstrum et alias per orbem ob impunitatem licentius grassatum) his gentibus abominationi et numquam sine supplicio est.

druckt. 8) nihil --- cupiditas, die menschliche Begierde will bald diß, bald jenes (alles) haben. 9) aucupatur -- exuitur, sie strebt nach dem Ueberfluß, und verliert darüber das Nothwendige. 10) simplex -- licet, eine schlechte, gemäsigte Lebens-Art, und das, was man zur Nothdurft haben muß. 11) vt erat prudentia summa, nach seiner grosen Klugheit. 12) amoueri ab otio, vom Müßiggang abgehalten werden. 13) non commendantur -- subsidium, man hält keine andere Ergötzungen vor genehm, als die den Fleis der Tugend schärfen, das Gemüth darinn unüberwindlich machen, und den Ruhm befördern. 14) ter -- grassatum, die drey so schändliche Laster, die sonst in der Welt so gemein sind, und ungestraft hingehen.

CAPVT III.

Ad luxum quod attinet mollitiemque: ignota haec ſunt Cretenſibus flagitia, ideoque 1) cenſorum haud fatigant operam. 2) A labore tam vacui non ſunt, quam a diteſcendi voluntate alieni, creduntque, ſatis largum eſſe laborum ſuorum praemium, poſſe vitam modeſte et naturae conuenienter exigere, cum nihil ſit, quo ita tranquille commodeque viuentes carere non queant. Non ibi permittitur lauta ſupellex, non ornatus veſtium ſplendidior, non delicate opipareque adornata conuiuia. 3) Auro illinere aedium interiora nefas. Veſtiuntur molli lana, decenter, quamquam 4) non varie, non acu picta. Moderate ſobrieque conuiuantur. 5) Ferculorum caput eſt panis cibarius; 6) miſſus praecipuos arborum foetus conſtituunt, ad hoc velut ſponte ab ipſis oblati. Additur lac, quod greges miniſtrant. 7) Qui largiſſime indulgent genio, obſoniis vtuntur craſſis durioribusque, et ita apparatis, vt 8) non blandiantur gulae. Aliud frugalis parſimoniae argumentum eſt, quod magnopere cauent, ne, quibus abundant 9) armentorum optima cum agriculturae amplificandae detrimento menſae abſumant. Aedes non ornatae, ſed nitidae, commodae, amoenae; neque id, quaſi 10) artem, quae pompas iuuat ſtruendo

(Cap. III.) 1) Cenſorum haud fatigant operam, man hat nicht viel Müh/ ſie zu beſtrafen. 2) a labore - - - alieni, ſie geben nicht müſſig/ doch iſt es ihnen nicht ſo ſonderlich darum zu thun/ daß ſie reich werden. 3) auro - - - nefas. es wird ihnen nicht erlaubt/ die Häuſer inwendig mit vielem Gold zu ſchmücken. 4) non - - - picta, nichts buntes/ nichts geſticktes. 5) ferculorum caput, die vornehmſte Speiſe. 6) miſſus - - oblati, die vornehmſte Richten ſind ihre Baum-Früchte/ die von ſelbſten wachſen. 7) qui - - genio, die recht köſtlich leben. 8) hoc non blanditur gulae, das iſt nicht ſo gar appetitlich/ delicat. 9) armentorum optima menſae abſumunt, das beſte von dem Rindvieh wird zum verſpeiſen geſchlachtet. 10) ars, quae pompas

endo magnifica, ignorent (habent enim machinatores suos architectosque) sed quod 11) solis deorum immortalium templis reseruetur. Quippe arbitrantur sine deorum iniuria domos haberi non posse, 12) quibus recipere deos sine rubore queant. Sanitas, robur, fortitudo, pax, concordia propinquorum, communis libertas, copia eorum, quibus indigent, et eorum, quibus carere possunt, contemtus, bona Cretensium sunt, quibus maxime delectantur. Accedit praeter assuetudinem laboris horroremque otii studium virtutis, et erga leges iustissimosque deos reuerentia.

CAPVT IV.

Porro fundamentum auctoritatis et potentiae (quae regibus tribuuntur) me cupientem edoceri Mentor docuit: regem quidem 1) summo cum imperio praeesse populis, legibus tamen penitus subesse. Penes ipsum est (inquit) benefaciendi summum arbitrium, malefaciendi nullum. Solent peregrinae curae mandari pignora; at horum pretiosissima sunt populi, quos dum 2) regi committit legum conditio, simul ad patris officium exhibendum eum adstringit, quo leuare subditum sibi eum oportet. Vt homo vnicus 3) adiumento sapientiae sobrioque potestatis regiae vsu instrumentum sit, quo 4) nihil non optabile consequantur tot hominum, quibus prae-

iuuat struendo magnifica, die Kunst / prächtig zu bauen. 11) solis --- reseruetur, sc. ista ars, weil sie diese Kunst nur zu Erbauung der Götzen-Tempel anwenden. 12) quibus -- queant, deren sich die Götter nicht schämen dörften/ die den prächtigen Tempeln gleich wären.

(Cap. IV.) 1) Summo cum imperio praeesse, eine absolute Gewalt haben / ein souuerainer Herr seyn. 2) populos regi committit legum conditio; die Gesetze vertrauen ihm als König die Völker. 3) adiumento esse sapientiae, die Weisheit helfen in Aufnahm zu bringen. 4) nihil non optabile.

est, millia, leges iubent; 5) tantum abest, vt velint miseria tot gentium 6) seruiendique vilitate, ad quam abiiciuntur, 7) ad palpandum vnius hominis fastum mollitiemque abuti. Regalis dignitas communi hominum sorte potior haud est, praeterquam in iis, quae vel ad leuanda eius onera, vel ad excitandam conseruandamque eius, vtpote 8) vindicis legum, reuerentiam 9) oppido requiruntur. Ad regem denique pertinet, intemperantiam, mollitiem, arrogantiamque, et 10) quidquid ab insolentia elationeque diuersum non est, vehementius, quam reliquum hominum genus aspernari. Non opum affluentia, non 11) artificiis relaxandi sese, 12) praestare suis debet, sed vbertate sapientiae, virtutis, gloriae. Foris defendet patriam, praeerit copiis; domi 13) aequitatis exercitio populis probitatem, sapientiam cum felicitate conferet. Regnum a diis immortalibus 14) non sua ipsius gratia, sed populi, cui dominatur, accepit. Subditis sibi tempus, curam, amorem debet; 15) quantum sui obliuiscitur, bono reipublicae, tantum, nec plus dignitatis suae meretur vsurpare. Certe Minos (gentis quam stirpis suae amantior) noluit successorem ex iis, quos genuit, nisi qui praeceptis suis conformem in imperio modum teneret. Atque hac sapientia adeo potentes,

alles was man sich nur wünschen kan. 5) tantum abest vt velint, mit nichten aber wollen sie und die Gesetze / daß einer ꝛc. 6) seruiendi vilitas, die schnöde Dienstbarkeit / der sie unterworfen sind. 7) ad palpandum - - mollitiemque, zum Kützel des Hochmuths und der Wollust eines einigen Menschen. 8) vindex legum, ein Handhaber der Gesetze. 9) oppido requiri, sonderlich erfordert werden. 10) quidquid - - non est, was dem Hochmuth gleich kommt. 11) artificium relaxandi se, Kunst / sich allerhand Plaisirs zu machen. 12) praestare suis, einen Vorzug vor den Seinigen haben. 13) aequitatis - - - conferre, durch Ausübung der Gerechtigkeit die Völker fromm / weise und glücklich machen. 14) non sua ipsius gratia, nicht um seinetwillen. 15) quantum - - reipublicae, so viel er sein eigenes Interesse

tentes, adeo felices Cretenses reddidit. Hac modestia continentiaque 16) induxit caliginem luculentissimae victorum gloriae, incrementum magnitudinis seu vanitatis suae ex popularibus seruitiis captantium. Et ne multa: dii Minois iustitiam 17) supremo in inferorum vrnam arbitrio compensarunt.

CAPVT V.

Haec loquente Mentore ad insulam appulsum fuit, itumque ad labyrinthum 1) inuitante fama. Daedalei ingenii opus est, labyrinthi, in Aegypto a nobis visi, 2) aemulum. Quod dum ob rariora monumenta perlustramus diligentius, populum in maritima ora diffusum aspeximus, in propinquum crepidini locum turmatim concurrentem. Causam sollicitae festinationis percontantibus Nausicrates quidam, et ipse Cretensis, haec narrauit.

Idomeneus, Deucalionis filius, et ex Minoe nepos, 3) ceteris Graeciae principibus adiunctus, ad vindicandum Helenae raptum regno suo excesserat. 4) Exscissis Pergamis rediturus ad suos nauem conscendit. At 5) eam vis tempestatis tanta perculit, vt et qui moderabatur nauigium, et qui alias rerum maritimarum non ignari vehebantur vna, haud dubitarent de naufragio futuro. 6) Vnus omnium oculis obuersabatur interitus. 7) Patebant immensae

 pelagi

zum Besten des gemeinen Wesens vergißt, hindan setzet. 16) induxit - - gloriae, hat er den Ruhm anderer Sieger verdunkelt, andere an Ruhm weit übertroffen. 17) supremum - - arbitrium, die Ober-Herrschaft über die Todten, im Todten-Reich.

(Cap. V.) 1) Inuitante fama, aus Veranlassung der Bekannten sage von derselben. 2) aemulum, eine Nachahmung. 3) ceteris - - - adiunctus, in Gesellschaft der etc. 4) exscindere Pergama, Troja zerstören. 5) nauem tanta vis tempestatis perculit, das Schiff mußte einen so harten Sturm ausstehen. 6) vnus - - - interitus, sie sahen alle nichts anders als den Tod vor sich. 7) patebant - - sepul-

pelagi voragines, paratum intuentibus ſepulcrum. 8) Deflebatur communi planctu ad ſingulos pertinens calamitas, ne ſpe quidem relicta amariſſimae quietis, qua 9) exhibito ſepulcri honore 10) per Stygem euecti manes perfruuntur. Tantum et commune periculum miſeratus Idomeneus, ſublatis oculis manibusque, Neptuni opem inclamans deprecabatur: o diue 11) cuius imperium reueretur pelagus, 12) audi ad numen tuum ſuſpirantem miſeriam! ſi mihi conceſſeris, vt Cretam iſto ex periculo ſaluus aſpiciam, primum, quod in ea caput aſpexero, 13) hac dextera mactatum accipies.

Interea 14) puer, quem in ſpem regni Idomeneus genuerat, 15) vrgente ſalutandi patris deſiderio, 16) in occurſum eius amplexusque feſtinat, miſerabiliter ignorans, ſe, quot ad vitae ſuae auctorem, tot ad mortem paſſibus contendere. Idomeneus portum incolumis intrat, 17) praeſtitum ad vouentis gemitus auxilium Neptuno copioſiſſime gratulatur. At protinus, 18) quam fatalia promiſiſſet, ſentire coepit. 19) Mouebat diuinatio animi malum praeſagientis vehementem temere ſuſcepti voti poenitentiam

crum, das Meer eröfnete ihnen ſeinen tiefen Abgrund, worein ſie ohnfehlbar würden begraben werden. 8) deflebatur -- calamitas, es beweinete einer des andern Elend. 9) exhibito ſepulcri honore, wann man begraben wird. 10) per Stygem euecti manes, die über den Styx überſchiffte Seelen. 11) cuius -- pelagus, der du über das Meer zu gebieten haſt. 12) audi --- miſeriam, höre die Elenden, die deine Gottheit anflehen. 13) hac -- accipies, ſolle dir von mir geopfert werden. 14) puer -- genuerat, ſein Erb-Prinz. 15) vrgente --- deſiderio, aus heftigem Verlangen, ſeinen Vater zu grüſen. 16) in occurſum amplexumque alicuius feſtinare, eilen einen zu umfangen. 17) praeſtitum --- gratulatur, danket dem Neptuno über der nach ſeinem Wunſch und Seufzen geleiſteten Hülfe. 18) quam fatalia promiſiſſet, was vor ein unglückliches Gelübd er gethan hätte. 19) mouebat -- poenitentiam, es ahnete ihm das Unglück, das ihm bevor ſtund, und das erweckte

tiam. 20) Horrebat peruenire ad ſuos, verebaturque rurſus aſpicere, quod ipſi in orbe cariſſimum. Verum truculenta 21) Nemeſis, cuius inexorabile numen tum in mortalium, tum maxime 22) in regii tumoris ſupplicia acerrime vigilat, ſingulari arcanoque impetu regem protruſit ad littus. Appellitur: 23) aegre ad proſpectum rex amolitur palpebras: filium aſpicit: retrahit pedem attonitus; aliud caput requirunt palpitantes oculi, quod minus carum, quod in victimam ſit. At errorem 24) inutiliter quaerit. Inuolat in collum filius, 25) ſtupetque plane alienum ab ignibus animi ſui patrem; quippe videbat eum lacrimis diffluere.

CAPVT VI.

Vnde triſtitia, dilecte genitor! exclamat; poſt diuturnam adeo abſentiam 1) cum dulciſſimo nati tui ſolatio huc piget reuerti? quid commiſi? oculos auertis? itane aſpicere times, quem lumen vocabas tuum? Tacuit 2) moerore penitus et miſerrime oppreſſus pater. Ad vltimum poſt grauiſſimos gemitus: ah quid voui, inquit, Neptune, tibi! 3) quanto et quam amaro pretio redimendum

 naufra-

ihm eine ſchmerzliche Reue über ſein unbeſonnenes Gelübde. 20) horrebat peruenire, es war ihm angſt zu kommen. 21) Nemeſis, die Göttin der Rache. 22) in regii - - - vigilat, den Königlichen Hochmuth zu ſtrafen ein ſehr ſcharf und wachſames Aug hat. 23) aegre - - palpebras, es geſchieht ihm ſauer / ſeine Augen nur aufzuthun / und zu ſehen. 24) inutiliter quaerit, ſucht vergebens etwas anders zu ſehen. 25) ſtupet - - - patrem, erſtaunet / daß ſein Vater ſich gegen ſeinem brünſtigen Verlangen nach ihm ſo gar fremd bezeuget.

(Cap. VI.) 1) Cum dulciſſimo ſolatio, zum gröſten Troſt. 2) moerore - - - oppreſſus, von ſchmerzlicher Betrübniß tief gebeugt. 3) quanto - - - genitori, wie theuer kommt mir unglückſeligen Vater die Befreyung von dem Schiff-

naufragium misero genitori! trade me 4) insanis fluctibus: 5) impinge immitibus scopulis, quibus allidendus eram, et 6) quibus abrumpenda fatorum meorum infinita calamitas; viuere natum sine! Crudele numen! 7) habe hanc animam, viuere natum sine! Stricto inter haec verba acinace se interfecturus videbatur, nisi, qui circumstiterant, cohibuissent 8) vibrantem manum. Aderat inter eos, qui obuiam regi processerant, 9) interpres voluntatis deorum Sophronymus senior. Ille tunc magnopere affirmabat, Neptuno satisfieri posse saluo puero. Votum tuum, 10) senili grauitate inquit, sine consilio fuit. Nolunt dii crudelitate coli. Errorem, 11) quo te religio obstrinxit inconsultae sponsionis, caue augeas sacrilegio. Augeres autem, si, 12) quod exstinguit naturae leges, votum exsolueres. 13) Neptuno candidissima Hecatombe supplica. 14) Arae floribus superbiant, natentque victimarum cruore. 15) Sanguinis tui, quem nefas effundere, innocuis vaporibus odores fragrantissimos substitue.

Rex demisso capite audiebat interpretem. Vocem

bruch zu flehen. 4) insani fluctus, die wilde Wellen. 5) impingere immitibus scopulis, an den harten Felsen zerschmettern. 6) quibus - - - calamitas, wo einmal ein End an meinen unglückseligen Schicksalen möchte gemacht werden. 7) habe hanc animam, nimm mein Leben hin. 8) vibrans manus, die schon gezuckte Hand. 9) interpres voluntatis diuinae, ein Weissager. 10) senili grauitate, mit einer seinem Alter gemäsen Ernsthaftigkeit. 11) quo te - - - sponsionis, aus welchem du dieses unbedachtsame Gelübd gethan hast. 12) quod exstinguit naturae leges, votum, ein Gelübd, das wider alle Gesetze der Natur streitet. 13) Neptuno - - - supplica, bringe dem Neptuno ein Opfer von hundert schneeweissen Ochsen. 14) arae - - cruore, kränze die Altäre mit Blumen, und begiese sie mit dem Blut der Opferthiere. 15) sanguinis - - - substitue, zünde, anstatt dein Blut sündlich, und unschuldiger Weise zu vergiesen, wohlriechen-

gem non reddidit. 16) Oculi furore succensi: vultus pallore deformatus, atque 17) ex perpetua coloris varietate horridior: 18) artus omnes succutiebat iam non occultus pauor. Ad quae puer: en me, genitor! 19) per vim satisfacere naturae debito non recusat filius, vt fluctuum potenti satisfiat deo. Noli habere 20) offensum; optata mihi mors, ex qua tu viues. 21) Feri, pater, nec te puta genuisse ex recusata morte tuo nomine indignum.

CAPVT VII.

Tunc Idomeneus 1) alienata penitus mente, et quasi furiarum stimulis praeceps, attonitis omnibus, qui diligentius eum aspiciebant, filii pectus gladio haurit, 2) eumque infectum sanguine, et cruentis vaporibus exaestuantem in sua viscera conatur reducere: cum iterum a circumstantibus cohibetur. Corruit filiolus, 3) cruore suo volutandus; 4) offunditur oculis letalis caligo, quos dum semel atque iterum aperit ad accipiendam lucem, vix acceptam eam perferre non valuit. 5) Dixissetis formosum lilium, quod 6) amoenissimo circumfusi agri specta-

des Rauchwerk an. 16) oculi furore succensi, seine Augen brannten vor Wuth. 17) ex - - horridior, war noch förchtiger / da es sich alle Augenblick entfärbte. 18) artus succutiebat pauor, der ganze Leib zitterte vor Schrecken. 19) per vim - - debito, eines gewaltsamen Todes sterben. 20) offensum, sc. Neptunum, ziehe dir seinen Unwillen nicht zu. 21) feri - - indignum, schlage nur zu / und glaube nicht / daß du einen solchen an mir gezeuget habest / der nicht werth wäre / dein Sohn zu heisen / wann er sich weigerte zu sterben.

(Cap. VII.) 1) Alienata - - praeceps, ganz von Sinnen und rasend. 2) eumque - - reducere, und will denselben Degen also blutig und heiß auch sich in den Leib stosen. 3) cruore suo volutandus, und welzet sich in seinem Blut. 4) offunditur - - - caligo, das Licht seiner Augen erlischt. 5) dixissetis, er war gleich rc. 6) amoenissimo - - eminens

ſpectaculo eminens, vomere ſuccifis radicibus, 7) vigore deſtitutum languet, et erectam niuium ſuarum pompam deponit humi. 8) Nec candor eius mox defluit, nec, quae ad oblectationem intuentium fulget, ſpecies: 9) alimento tamen arcetur et caret vita. Haud ſecus Idomenei filius recentis floſculi tenerrimique more, 10) annis virentibus ſuffecturus ſaeculo, exſtinguitur. Ceterum patrem doloris magnitudo ſenſu priuarat, nec, quo conſiſteret loco, quid ageret, quid agere oporteret, patiebatur cognoſcere. Contendit in vrbem; percontatur de filio.

At populus 11) miſericordia triſtiſſimam regii ſanguinis vicem excepit, paterni facinoris atrocitatem vehementer deteſtatus. Iuſta deorum ira fariis traditum regem palam vociferabantur. 12) Furor arma miniſtrabat ſtipites, ſaxaque; 13) inſaniebant vipereo odio diſcordes animi. Gens illa 14) e Iouis quaſi proſeminata cerebro, Cretenſes, obliti ſapientiae tantopere adhuc amatae, Minois, oraculi quondam ſui, poſteritatem (Idomeneum) abiiciunt, eiurant. Amicis non ſuppetebat liberandi regis conſilium, niſi quod ereptum inſanienti vulgo reducerent in nauem, 15) vnaque impoſiti beneficio ſecundae nauigationis abirent ex furentium oculis. Idomeneus

ſehr ſchön prangt auf einem weiten Feld / ſehr ſchön anzuſehen. 7) vigore - - humi, welk wird / und ſeinen ſchneeweiſſen Schmuck zur Erde ſinken läßt. 8) nec - - ſpecies, ſie verliert nicht gleich ganz ihre weiſſe Farbe und ergötzende Geſtalt. 9) alimento tamen arcetur, doch hat ſie keinen Nahrungs-Saft mehr aus der Erde. 10) annis virentibus ſuffecturus ſaeculo, der ſeines Alters halber noch wohl ein Jahrhundert hätte leben können. 11) miſericordia - - - excepit, trug ein inniges Mitleiden mit dem kläglichen Schickſal des Königlichen Prinzen. 12) furor arma adminiſtrabat, ſie ergriffen im Zorn. 13) inſaniebant - - animi, ſie waren ganz raſend von giftigem Zorn und Erbitterung. 14) Gens e Iouis quaſi proſeminata cerebro, die ſo göttlich-kluge Nation. 15) vna impoſiti, zugleich mit ein-

neus 16) redditus sibi, gratias agere coepit, quod subduxissent sese terris, filii sui cruore paternaeque manus flagitio infectis: 17) numquam futurum fuisse, vt in insula tanti facinoris conscia perseueraret. Hesperiam nunc petunt, 18) nouum imperium apud Salentinos condituri.

CAPVT VIII.

Interea Cretenses, rege destituti, cui pareant, eligere decreuerunt 1) incorruptae legum integritati prouisurum. Eligendi autem modum hunc facient. Conuenerunt huc proceres vrbium, quas centum numeramus. 2) Iam datum sacrificiis initium, conuocatique ex finitimis gentibus, qui sapientissimi habentur, ad ferendum iudicium de prudentia eorum, qui 3) apti videbuntur capessendo imperio. 4) Solemnibus quoque ludis, (qui et ipsi accurati iam sunt) committentur regales candidati. Scilicet quem et solertia ingenii, et exercitatione corporis iudicauerint 5) reliquis potiorem, regis insignia victoriae praemium auferet. Regem desideramus, cuius corpus robustum et habile sit, animus acutus ad sublimia, probusque. Eam ob caussam omnes exteri huc euocantur.

6) Haec nobis monstra videbantur. Quibus enarratis

geschiffet. 16) redditus sibi, da er wieder zu sich selber kam. 17) numquam - - - perseueraret, er würde doch in dieser Insul / worinnen er sich einer so grosen Uebelthat schuldig gemacht / nicht haben bleiben können. 18) nouum imperium condere, ein neues Reich aufrichten.

(Cap. VIII.) 1) Incorruptae - - prouisurum, einen der sie bey ihren reinen und guten Gesetzen erhalten würde. 2) iam datum sacrificiis initium, man hat schon angefangen zu opfern. 3) aptus capessendo imperio, zur Regierung tüchtig. 4) solemnibus - - candidati, es werden auch die / die sich die um Crone bewerben / in offentlichen Spielen / die schon angestellt sind / mit einander streiten müssen. 5) reliquis potiorem esse, die andern übertreffen. 6) haec no-

ratis Nausicrates: agite, inquit, hospites! 7) et vobis haec edicta comitia putate. 8) Certamine persequendum est praemium, huius imperii insignia; quae, si cui vestrum palmam superi decreuerint, feret. Sequebamur monentem non desiderio victoriae, sed 9) studio rei tam nouae, tam inusitatae.

Amplissimus locus erat, frequenti silua clausus, ad quem eo duce venimus. 10) Circum imitabatur; 11) cuius medium arenis sparsum pugnaturos exspectabat. 12) Capacissimum amphitheatrum se circumfuderat, pubescenti herba spectatores commode excepturum. Omnis honos accedentibus nobis est habitus. Quippe 13) Cretensibus non alia in orbe natio liberalius sanctiusue hospitalitatem colit. Oblata protinus sedes est, et 14) veniendi in certamen copia. Mentor excusatione aetatis vtebatur; Hazael, quod 15) infirmius valeret. 16) Mihi vigor aetatis roburque praeripiebat excusandi locum. 17) Furtiuo tamen obtutu explorabam Mentoris animum; intelli=

bis monstra videntur, dieses kommt uns ganz seltsam vor. 7) et - - putate, auch ihr seyd zu dieser Versammlung eingeladen. 8) certamine persequendum est praemium; man muß um das Kleinod streiten. 9) studio, aus Verlangen, Curiosität. 10) circum imitari, in der Form eines grosen runden Kreises seyn. 11) cuius - - - exspectabat, dessen Mitte mit Sand bestreuet, und vor die zubereitet war, die mit einander streiten würden. 12) capacissimum - - excepturum, rings herum war ein groser runder Schauplatz, wo die Zuschauer auf einem grünen Wasen stehen würden. 13) Cretensibus - - colit, es ist kein Volk in der Welt, das das Recht der Gast=Freundschaft so heilig hält, als die Cretenser. 14) veniendi in certamen copia oblata est, man hat uns anerboten, uns auch mit in den Wett=Streit einzulassen. 15) infirmius valere, von schwächlicher Leibes=Constitution seyn. 16) mihi - - locum, ich konnte mich mit dem Alter und Leibes=Stärke nicht entschuldigen. 17) furtiuo - - animum, doch that ich heimlich einen Blick auf den Mentor, um mich zu erkundigen, was er darvor hiel=

telligensque, 18) ipso volente me certaturum, 19) haud reluctabar honorifice compellantibus. Itaque detractis vestibus, 20) dulci nitentique oleo inundatus luctatoribus misceor. 21) Leniori fremitu passim comitia feruebant: hunc esse Vlyssis filium: venisse, vt de palma contenderet. Agnoscebarque non paucis Cretensium, qui me puero fuerunt in Ithaca.

CAPVT IX.

Primum certaminis genus luctatorum fuit, in quo Rhodius quidam, annos quinque admodum et triginta natus, 1) omnes, occurrere sibi ausos, deiecit. Nihil tum ei ex iuuenili vigore decesserat. 2) Brachia fideli neruorum robore pertinacius firmata et habitiora: 3) modica iactatione ducti per corpus musculi exstabant. 4) Agilitas membrorum ea fuit, vt potuerint quemcumque impetum animi sequi. 5) Videbar aspicienti cum fastu indignus, quem vinceret, mouitque eum aetatis meae infirmitas, vt referre pedem inciperet. Ego vero me in audacissimi hominis conspectum dedi. Facto impetu, 6) mutuis complexibus ad exanimationem vsque premimur:

te/ daß ich thun sollte. 18) ipso - - certaturum, daß er es gern hätte/ wann ich mitkämpfete. 19) haud - - compellantibus, weigerte ich mich auf ihr höfliches Anerbieten nicht. 20) dulci - - misceor, werde ich mit gelindem und glänzendem Oel überschmiert/ und mache mich mit unter die Kämpfer. 21) leniore - - feruebant; man murmelte es heimlich in der ganzen Versammlung; es gieng das Gemurmel 2c.

(Cap. IX.) 1) Omnes - - ausos; alle/ die sich hinter ihn wagten. 2) brachia - - habitiora; seine Aerme waren stark von Nerven und Fleisch. 3) modica - - exstabant; wann er sich ein wenig bewegte/ so sahe man an seinem ganzen Leib die Muskeln. 4) agilitas - - sequi; er konnte seine Glieder so behend bewegen/ als er nur wolte. 5) videbar - - vinceret, er sahe mich aus Hochmuth vor viel zu unwürdig an/ als daß er Ritter an mir werden solte. 6) mutuis

mimur: 7) humeri humeris oppositi, pes pedi. 8) Extendebantur nerui validius nitentium: haerebant tortuose conserta brachia, in id incumbente vtriusque conatu, vt aduersarium quisque suum subleuaret humo. Iam in dextram detorquendo, iam versando in sinistram 9) peruicaciter contendebat me occupare: cum haec tentantem 10) vi tanta impuli, 11) vt contriti lumbi recederent, ipse supino lapsu praeceps me vna abriperet in casum. Nitebatur extremis viribus 12) amoliri incumbentem sibi. Sed 13) impeditus mea validioris opera humi affixus haesit. Tum secutus populi plausus: Victoria Vlyssis filio. Ego pudore suffusum Rhodium alleuaui. Difficilior mihi 14) pugna caestuum fuit. Ea clarus haberi coeperat bene nummati ciuis ex Samo filius. Iam reliqui arena excesserant. Vnus ego supereram, a quo vinci posse credebatur. 15) Certaminis initium iniquissime me habuit: quippe capiti primum, deinde ventriculo 16) telum tam valide crebroque intorsit, 17) vt remisso e pulmonibus sanguine, densa nubes sese palpitantibus oculis offuderit. Vacillabam.

- - premimur, packen wir einander so vest/ daß wir hätten ersticken sollen. 7) humeri - - pedi, wir waren ganz nahe an einander / meine Schulter an seinen Schultern/ mein Fus hart an seinem Fus. 8) extendebantur - - brachia, die Nerven waren hart angespannt/ und die Aerme vest in einander geschlossen. 9) peruicaciter - - occupare, er trachtete mit aller Macht/ mich zu überwältigen. 10) vi tanta impuli, habe ich ihme einen so heftigen Stoß gegeben. 11) vt contriti lumbi recederent, daß seine Lenden nachgaben. 12) amoliri incumbentem sibi, mich/ der ich ob ihm lag/ unter sich zu bringen. 13) impeditus - - haesit, ich war seiner Meister/ und behielt ihn beständig unter mir auf dem Boden liegend. 14) pugna caestuum, der Streit mit Fecht-Kolben. 15) certaminis - - - habuit, der Anfang des Kampfs war sehr hart vor mich. 16) telum - - intorsit, er gab mir so häufige und heftige Püffe an den Kopf und an den Bauch. 17) vt - - offuderit, daß ich Blut ausspeyete/ und mir ganz finster vor den Augen

bam. Ille instare; 18) ego prohiberi spiritu. Mentoris 19) vox me mihi reddidit. Interrogabat enim castigantis more: num 20) manum daret ex Vlysse genitus! quibus ego et ira validior, 21) saepius frustrabar instantis manum, alias futuram exitio. 22) Simul atque vano ictu lacertos paulo longius aduersarius protendebat, occupaui ita deflectentem. 23) Iamque caestum, vt vi grauiori incumberet, reduxeram: cum percutiendus retro abit, malo suo. Namque 24) dum promtius quam cautius ferientem effugit, 25) corporis apte librandi facultate destitutus ipse occasionem praebuit prosternendi sese. Prostraui, porrexique manum in iacentis auxilium. At 26) recusata aliena opera ipse sudore ac sanguine perfusum corpus erexit, in certamen, quamquam succubuisse eum magnopere puduit, redire non ausus.

CAPVT X.

Mox ad equestres ludos ventum, bigisque certare libuit, quae dabantur sorte. 1) Deterrima mihi obtigerat, quippe reliquis multo inferior tam firmitate rotarum, quam equorum robore. 2) Apertis carceribus procurrentes secuta pul-

wurde. 18) ego prohiberi spiritu, ich konnte kaum Athem holen. 19) vox me mihi reddidit, des Mentors Stimme hat mich wieder angefrischet. 20) manum dare, gewonnen geben. 21) saepius --- exitio, ich wiech seinen Streichen oft aus/ die mir sonst würden den Garaus gemacht haben. 22) simul atque --- deflectentem, sobald er in einem Fehlstreich mit dem Arm mir zu nahe kam/ so versezte ich ihm eines. 23) iamque -- reduxeram, ich hatte meinen Fecht-Kolben/ um ihn desto härter zu treffen/ empor gehoben. 24) dum -- effugit, indem er zu schnell und unvorsichtig meinem Streich entgehen will. 25) corporis -- destitutus, kam er aus dem Gleichgewicht. 26) recusata aliena opera, er nahm meine Hülfe nicht an.

(Cap. X.) 1) Deterrima mihi obtigerat, ich bekam den schlechtesten Wagen. 2) apertis -- inhibuit, als die Schranken geöfnet waren/ und man anfieng zu fahren/ gab es ei-

uerea nubes, quae proſpectum inhibuit. 3) Ruentibus ceteris non ſine conſilio tardiora mihi imperabam curſus initia. Continuo Lacedaemonius quidam, 4) nondum prouecta aetate, videbatur primus ad metam fore: Crantorem dixerant, 5) cuius tergum Policletes, Cretenſis, premebat. Hippomachus 6) ſanguine iungebatur Idomeneo. Hic 7) ſpei potiundi regnum, quo nuper cognatus exciderat, imminens, 8) laxiſſimis habenis abripiebatur; 9) toto corpore fluitantibus equorum, multo ſudore fumantium, iubis incumbens, tantoque impetu praecipitato curſu, vt ſtare rotas eius credidiſſes, penniſque aquilae 10) altiora ſubeuntis pares, 11) quarum motum celat pernicitas. His velut exemplis 12) ferociores equi, quibus ego vehebar, concitari, 13) in curſum effundi, maximam partem et 14) multo poſt ſe interuallo relinquere, 15) quos ergaſtula ſimul emiſerant. Hippomachus ob Idomenei cognationem (vt dixi) 16) currum rapiebat violentius, factumque, vt 17) ſonipes, quem habebat firmiſſimum,

nen Staub/ daß man nichts darvor ſahe. 3) ruentibus --initia. da die andere ſchnell renneten/ fuhr ich mit Fleis im Anfang etwas gemächer. 4) nondum prouecta aetate, noch jung. 5) cuius tergum - - premebat, hinter welchem ganz nahe war. 6) ſanguine iungi alicui, eines Blutsfreund ſeyn. 7) ſpei potiundi regni imminere, ſich Hoffnung machen/ zu dem Reich zu gelangen. 8) laxiſſimis habenis abripi, alle Zügel ſchieſſen laſſen. 9) toto - - incumbens, er lag mit vollem Leib den Pferden vornen auf den Mähnen/ die voller Schweis waren. 10) altiora ſubeuntis, wann er durch die Luft fliegt. 11) quarum - - pernicitas, welche man vor Behendigkeit nicht gewahr wird/ daß ſie ſich bewegen. 12) ferociores equi - - concitari, kamen auch meine Pferde in die Hitz. 13) in curſum effundi, fiengen an zu laufen. 14) multo poſt ſe interuallo relinquere aliquem, einem weit vorkommen. 15) quos - - emiſerant, welche zugleich ausgefahren waren. 16) currum rapere violentius, allzuheftig fortfahren. 17) ſonipes, quem habebat firmiſſimum.

mum, 18) fallente vestigio praeceps in terram, dominum suum 19) a spe maxima deiecerit.

Policletes 20) depressa ceruice in iugales, ideoque 21) leuius haerente corpore pronior in lapsum, grauiori facto impetu excussus est, amissisque habenis vitam tamen non amisit. Ab vno iam Crantore, quod timerem, supererat. Qui cum me 22) cursus suos proxime aequaturum cum multa molestia cerneret, 23) aemulationis feruore concitatior, modo deorum inclamabat opem: liberalissime se litaturum ipsis; modo 24) increpitos equos festinationis admonuit. Verebatur enim, 25) ne ipsum saluis stadii limitibus praeteruectus, equis ex moderato primum cursu adhuc valentioribus celeritate praeuerterem. Quod cum 26) expedito itinere impedire haud posset, adnitendum ipsi erat, 27) vt bigam aemuli interciperet. Itaque 28) statuit temerario consilio, currum suum ad terminos stadii (terrae immissi caudices erant) affligere. Iamque 29) rota vna dissilierat. Ego id vnum agebam, vt quamprimum 30) deflectendo nihil morae ab aduer-

sein bestes Pferd. 18) fallente -- in terram, stürtzete. 19) a spe maxima deiicere aliquem, einen seiner stärksten Hoffnung berauben. 20) depressa ceruice in iugales, da er allzuweit vor sich hieng auf die Pferde. 21) leuius -- excussus est, da er nicht fest saß, stürtzte er bey einem heftigen Stoß herab. 22) cursus suos proxime aequaturum, daß ich ihn gleich vollends einholen würde. 23) aemulationis feruore concitatior, verdoppelte er seinen Eifer. 24) increpitos equos festinationis admonuit, schrye er, seinen Pferden Muth zu machen. 25) ne ipsum -- praeuerterem, ich möchte unangestossen bey ihm vorüber fahren, und mit meinen Pferden, die, weil ich sie im Anfang gemächer gehen liesse, noch frischer waren, ihm vorkommen. 26) expedito itinere, auf der geraden Straß. 27) vt bigam -- interciperet, daß er meinem Wagen den Paß versperrete. 28) statuit -- affligere, hazardirt er es, und fährt mit seinem Wagen mit Gewalt an die Schranken an. 29) rota vna dissilierat, das eine Rad war schon zerbrochen. 30)

ſario iam deterius vecto acciperem. Et ſane 31) momentum abierat, cum aemulum ſuum cum indignatione vidit in meta conſiſtere. Repetebatur applauſus: Victoria Vlyſſis filio, quem dii nobis imperare voluerunt!

CAPVT XI.

Silua erat 1) extra conſpectum profanorum hominum, 2) multo ſenio et religione venerabilis. In eam tunc ab illuſtriſſimis ſapientiſſimisque gentis eius ducimur. Coiuerant huc 3) viri aetate ſuſpiciendi, quos populo iudices, defenſores legibus Minos dederat. Praeter me illosque, qui dimicauerant, nemo conſilio huic intereſſe vel iuſſus vel permiſſus eſt. Protinus a ſapientibus aperiuntur libri, in quos leges ſuas Minos retulerat. Acceſſi, 4) ſenſique animum meum pudore et reuerentia impleri ob praeſentiam virorum tanta ſenectute tantaque 5) prudentia, ne vitae longioris quidem vitio imminuta.

Suis quisque locis, ſicut ex ordine conſederant, perſeuerabant ſine motu. 6) Commendabat aliorum auctoritatem canities, aliorum, quod eos canis prouectio-

deflectendo -- acciperem, dardurch daß ich ihm durch einen Rang auswich, durch ſeine zwerche Fahrt nicht aufgehalten wurde. 31) momentum abierat, cum vidit, in einem Augenblick ſahe er.

(Cap. XI.) 1) extra conſpectum profanorum hominum, entfernt von dem Anſchauen gemeiner Leute, (vermuthlich durfte niemand vom gemeinen Volk hineingehen, weil es ein geheiligter Heyn war.) 2) multo ſenio et religione venerabilis ſilua, ein alter und geheiligter Wald. 3) Viri aetate ſuſpiciendi, alte ehrwürdige Greiſſen. 4) ſenſi -- impleri, ich hab empfunden, wie mein Gemüth voll Scheu und Ehrfurcht worden. 5) prudentia eius ne vitae longioris quidem vitio imminuta eſt, ſeine Klugheit iſt in dem Alter nicht geſchwächet worden. 6) commendabat -- nudauerant, einige machten ihre graue Haare ehrwürdig, andere ihr

uectiores anni nudauerant. 7) Suauem quamdam et tranquillam prudentiam oris ostentabat grauitas. 8) Non proniores in sermonem erant, non largi verborum vltra, quam quae proferre decreuerant. Orta controuersia dissentientes suam quisque tam modeste propugnabat sententiam, 9) vt ad alios vix manaret controuersiae dissensusue indicium. Nihil erat, quod minus acriter intelligerent, 10) diuturna retro actorum experientia laborisque consuetudine eruditi ad apte sentiendum. Adde tranquillitatem spiritus, libertatemque ab insanis atque effraenatis cupiditatibus, quas in iuuenibus magistri damnant. Nihil agebatur ab iis, 11) cui repugnabat ratio. 12) Virtutem quam colebant, adeo vtiliter corroborauerant vetustate, vt 13) in promtu ipsis esset, quae ex rationis obedientia nascitur, vera illustrique et ingenuo animo digna oblectatio. Summa cum admiratione contemplatus haec ornamenta venerandae senectutis, 14) optabam demi quid futuris annis meis, vt licuisset tam pretiosam senilium annorum periodum, quam viuebant hi viri, quamprimum ingredi. Calamitosa mihi videbantur iuuentutis tempora, quod numquam esset sine caeco impetu, numquam cum virtute tam perspicaci, tam tranquilla.

kables Haupt. 7) Suauem - - grauitas, ihr gravitätisches Angesicht zeigte eine angenehme und stille Klugheit an. 8) non proniores - - verborum, sie waren nicht zu schnell zum reden/ machten auch nicht viele Worte. 9) vt ad - - indicium, daß andere kaum etwas von dem entstandenen Streit merkten. 10) diuturna retro actorum experientia, die lange Erfahrung des vorher passirten. 11) cui repugnatratio, das wider die Vernunft streitet. 12) virtutem corroborare vetustate, sich durch lange Uebung in der Tugend fest setzen. 13) in promtu ipsis est vera illustrique et ingenuo animo digna oblectatio, sie geniesen ohne Hinderniß eine wahre und einem edlen Gemüth anständige Ergötzung. 14) optabam - - meis, ich wünschte/ daß meine künftige Jahre um etwas abgekürzet würden.

CAPVT XII.

1) Erat, qui in hoc venerabili consessu emineret. Ille ergo tabulas legum reuoluebat, 2) quas in praegrande volumen redactas cistula aurea cum odoribus plerumque seruabat. Seniores 3) labia venerabundi admouebant libro, profitenturque, post supremos legum auctores, deos, hominibus nihil sanctius habendum esse, quam leges, quae hominum probitatem, sapientiam, felicitatem spectent; nec ipsos adeo oportere exleges esse, qui ideo manibus leges versant, vt imperent. Ceterum 4) princeps consilii tres 5) quaestiones posuit, ad Minois placita discutiendas.

Quaerebat primo, quis omnium maxime habendus sit liber? alii, regem dicebant esse, qui nullius timere arbitrium debeat, et timeri a deuictis hostibus. Diuitem alii esse contendebant, cuius nulla ex parte vana essent desideria. Quidam hominem aiebant, qui 6) tori expers semper apud exteras gentes, easque diuersas, viueret, 7) neque vlla religione legum eorum, apud quos esset, adstringeretur. Fuere, qui libertatis praerogatiuam deferrent barbaris, vt qui venatu victitantes in siluis, 8) nulla cura legum premerentur. Neque dubitabant aliqui, bene se responsuros asserendo, ante alios censendum liberum, 9) qui libertate donatus pileo nunc

(Cap. XII.) 1) erat, qui emineret, der Vornehmste. 2) quas - - seruabat, welche in ein groses Buch zusammen geschrieben / und in einem guldenen Kistlein nebst allerhand Rauchwerk verwahret wurden. 3) labia venerabundi admouebant libro, küsseten das Buch mit gröster Ehrerbietung. 4) princeps consilii, der Raths-Praesident. 5) quaestionem ad placita alicuius discutere, eine Frage nach eines Lehrsätzen entscheiden. 6) tori expers, ungeheurathet. 7) nulla religione legum populi adstringi, an kein Gesetz des Volks gehalten / gebunden seyn. 8) nulla legum cura premi, sich um kein Gesetz bekümmern. 9) qui libertate - - auriculam,

nunc tegeret paulo ante perforatam auriculam; quippe 10) seruitutis asperitate degustata dulcedinem impetratae libertatis plurimum augeri. Vltimi moribundum esse credebant; quod fata liberarent ab omnibus, quae hominem liberum esse non finerent, nec 11) mortuo posset imperari.

12) Dicendam ex ordine sententiam facile expedii, probe memor eius, quod non semel ex Mentore perceperam. Maxime liber est, aiebam, qui nec in ipsa seruitute seruitutem viuit. Nulla regio, nullum 13) vitae genus, a nobis quod colitur, obest libertati, 14) si vni timeantur superi. Paucis: vere liber est, qui superato omni metu, cupiditateque solis superis et rationi paret. Senioribus 15) mutuo aspectu ob hoc responsum in se inuicem defixis, primo simplex risus, deinde comperto, 16) me nihil a Minois effato alienum respondisse, 17) etiam admiratio oborta fuit.

CAPVT XIII.

Altera quaestio his proponebatur verbis: Quis mortalium infelicissimus? responsum est, 1) quantum ad rem cuique videbatur suggerere animus.

der aus der Knechtschaft heraus nun in die Freyheit versetzet worden. (Nach den Gebräuchen der Alten/ da denen Freygelassenen ein Hut zum Zeichen ihrer Freyheit gegeben wurde.) 10) seruitutis asperitate degustata dulcedo impetratae libertatis augetur, wann man erfahren hat/ was Dienstbarkeit seye/ so wird einem die erlangte Freyheit hernach desto angenehmer. 11) mortuo non potest imperari, einem Todten kan kein Mensch mehr was befehlen. 12) dicendam - - expedii, da die Ordnung an mich kam/ konnte ich leicht die Sache entscheiden. 13) vitae genus quod a nobis colitur, die Lebens-Art/ in deren wir stehen. 14) si - - superi, wann man niemand als die Götter fürchtet. 15) mutuo aspectu in se inuicem defixi sunt, sie sehen einander an. 16) me - - respondisse, daß meine Antwort mit des Minos Aussprüchen überein käme. 17) etiam admiratio eis oborta fuit, sie haben sich auch verwundert.
(Cap. XIII.) 1) quantum - - animus, was einem jeden hie-

animus. Quidam infelicitatem ponebat in indigentia fortunarum, valetudinis, dignitatis; alius in amicorum penuria. Contra affeuerabant nonnulli, minime felicem ex mortalibus esse, qui genuisset liberos ingratos et degeneres. Ex Lesbo sapiens aderat, qui rogantibus peracute respondit: infelicissimus est, qui se credit infelicissimum. Neque enim potius infelices sumus per ea, quae patimur, quam per 2) iniquum animum, quo aggrauantur, quae patimur. Ab omni concilio his verbis, rationi plane consentaneis, applausum, assensumque est, credebantque 3) haud futurum, qui saniora respondeat. Ego vero rogatus, quid mihi videretur? 4) conformem praeceptis, quae Mentor inculcauerat, sententiam ordiebar: Infelicissimus mortalium est rex, qui felicitatem metitur suam ex aliorum miseria, quam 5) infert. Caecus, ideoque bis infelix est: namque infelicitatem suam non agnoscit: itaque ea se liberare non valet; deinde etiam se felicem existimat, quamdiu se infelicissimum esse ignorat: itaque 6) ignorare quoque adnititur, et ne non ignoret, metuit. 7) Accessuris eum, qui verum doceant, erroris admoneant, immobiles adulatorum cunei se obiiciunt. Quot cupiditates, tot carnifices habet, et 8) imprudentissimos magistros regalis officii. Numquam 9) benefaciendi dulcedinem, numquam since-

von beygienge. 2) iniquus animus, ein unzufriedenes Gemüth. 3) haud -- respondeat, es werde keiner die Frage vernünftiger beantworten können. 4) conformem -- ordiebar, fieng an meine Meynung zu sagen, die den Lehrsätzen des Mentors wieder ganz gemäs war. 5) inferre miseriam alicui, einen ins Elend setzen. 6) ignorare -- metuit, er mag es nicht wissen, und sorgt immer, er möchte es erkennen lernen. 7) accessuris -- obiiciunt, wann ihm schon jemand die Wahrheit zeigen, und ihn seines Irrthums überzeugen will, so kan er vor dem Betrug der Schmeichler nicht durchdringen. 8) imprudentissimus magister, unvernünftige Anführer von dem, was ihm als König obliget. 9) benefaciendi dulcedo, das Vergnügen, das man davon

ſincerae virtutis ſuauitatem ſentiet. Infelix et merito infelix eſt: nouatur quotidianis incrementis eius infelicitas: 10) exitio ſuo feſtinanter obuium exſpectant deorum ſupplicia, perpetuo ad dedecus et ignominiam ſtolidi imperii 11) infligenda. Lesbio ſapiente meliora me reſpondiſſe tota fatebatur concio, Minoisque ſenſum aſſecutum me ſeniores pronunciabant.

CAPVT XIV.

Tertio demum quaerebatur: plurisne aeſtimandus 1) rex bello auctior inuictusque; an vero armorum rudis, peritus tamen pacificis temporibus 2) coërcendi ſuos vtili atque ad ſapientiae leges exacto imperio? Plerorumque ea vox fuit, praeferendum, qui ſe bello praeſtaret inuictum. 3) Quid cum rege, aiebant, qui pacatis temporibus belle ſcit regere, ſed orto bello turbatus neſcit ſua defendere? 4) Ipſe hoſtibus inferior, ciues mancipia erunt. Alii contra pacificum praeferebant, vt qui bellum timeret, et praeuertere conſilio poſſet. His rurſus 5) contraria ſentientes alii dicebant, regem bellatorem fineſque imperii amplificandi ſtudioſum tum ad ſuam, tum 6) ad gloriam gentis ſuae incubiturum; in armis fore, dum vicerint ſui. At pacifico rege, ciuem 7) marceſcere otio et perniciosa ignauia. Tandem tertio, quid ſentirem? iusſus pronunciare, ſic reſpondi:

 Dimi-

hat/ wenn man gutes thut. 10) exitio -- ſupplicia, er eilet ſeinem Verderben entgegen/ und göttliche Strafen warten auf ihn. 11) infligenda, die ihn treffen müſſen.
(Cap. XIV.) 1) Rex bello auctior, ein König/ der im Krieg viele conqueten gemacht. 2) coërcere ſuos -- imperio, die Seinige nuzlich und weislich regieren. 3) quid cum rege, was ſoll ein König. 4) ipſe hoſtibus inferior, er wird von den Feinden überwunden. 5) contraria ſentientes alii, andere anderſt geſinnte. 6) ad gentis ſuae gloriam incumbere, ſich den Ruhm ſeines Volks angelegen ſeyn laſſen. 7) marceſcere otio et perniciosa ignauia, in

Dimidia tantum parte rex eſt, qui 8) non niſi aut pacis aut belli negotia didicit tractare; 9) nec tam pacatum, quam armis infeſtatum tenere imperium. Quod ſi vero regem vnice praeliis deditum comparare libet cum Rege ſectante ſapientiae ſtudium, et 10) pugnandi quidem arte deſtituto, ceterum habente viros idoneos, per quos agat, quod exigit improuiſa belli neceſſitas: hunc ego ſane pugnatori illi antéponendum exiſtimo. Pugnax animus cum 11) armis ſemper immineat ad propagandos tum ditionis, tum gloriae ſuae terminos, 12) ciuem in perniciem trahet. Quid iuuat habere populorum victorem regem, ſi ciues premat deuictorum calamitas? 13) diuturna bella multa licentia conſequitur, multa confuſio, 14) a qua intacti neque ipſi adeo victores manent. 15) Quanta impenſarum aeſtimatione Phryges expugnauimus? decennium integrum et amplius ſine regibus fuit Graecia. Leges, 16) cultusque agrorum et artium flamma belli abſumit. Vel optimi principes, quamdiu 17) militiae vacant, vehementiſſime (quamquam inuiti) peccant, dum videlicet nec poſſunt obſiſtere militari 18) licentiae quantumlibet effuſae, nec carere impro-

dem Müſſiggang und Faulheit verderben. 8) non niſi -- tractare, nur allein mit Friedens- oder allein mit Kriegs-Geſchäften umzugehen weiſt. 9) nec -- imperium, und nicht ſowohl wann er Friede hat, als wann er mit Krieg angefallen wird, zu regieren weiſt. 10) pugnandi arte deſtitutus, der die Kriegs-Kunſt nicht verſteht. 11) armis ſemper imminere, immer nur aufs Kriegen ſeine Gedanken richten. 12) ciuem in perniciem trahere, ſeine unterthanen ruiniren. 13) diuturna -- confuſio, aus langwährigen Kriegen entſtehet groſe Frechheit und manche Unordnung. 14) intactum manere a re, von etwas frey bleiben. 15) quanta -- expugnauimus? wie viel hat es uns ſchon gekoſtet, bis wir die Phrygier bezwungen. 16) cultus - abſumit, der Ackerbau und Fleis der Künſte gehen über dem Krieg zu Grund. 17) militiae vacare, dem Krieg ergeben ſeyn. 18) licentia quantum libet effuſa, allzu aus-

proborum auxilio. Iam, facinora quis numeret, 19) armis ſilentibus punienda, quorum tamen 20) licentiam remuneratur bellorum confuſio? Ambitio domini, qui * dimicandi ſtudio tenetur, ciuium exaggerat onera. Qui regna, qui vrbes expugnant, 21) gloria ebrii ferociunt, neque ſuis, quam victis minori detrimento ſunt. Ad colendam pacem minus idoneus neſcit, penitus oppreſſo hoſte, fructum victoriae largiri ciuibus, 22) quorum impendio vicit. Comparandus homini eſt, qui agros ſuos ab 23) affinium violentia tutatus, 24) rure aduerſarium per nefas exuit, inde tamen ob colendi ſerendique inſcitiam meſſem non colligit. Videtur viuere, non vt 25) felicitati gentis ſuae proſpiciat, ſed 26) deſtruendo, rapiendo, turbando exitium conſciſcat.

CAPVT XV.

Venio ad eum, qui 1) res pacate gerit. 2) Armis grandia non quaerit; non ſubigit aliena imperia, non vrbes. Facultas ſollertiaque deeſt; 3) neque tam peruerſe auarus genius eius eſt, vt, 4) quos alteri ſubiecit aequitas, domare popu-

gelaſſene Freyheit. 19) armis ſilentibus, zu Friedens-Zeiten. 20) multorum facinorum licentiam remuneratur bellorum confuſio, in Kriegs-Zeiten läßt man viele Bosheit frey hingehen / ja belohnt ſie noch. * dimicandi ſtudio teneri, nur Luſt zu kriegen haben. 21) gloria ebrii ferociunt, ſind von toller Ruhm-Begierde eingenommen. 22) quorum --vicit, welche ihm die Koſten zu dem Sieg beygetragen. 23) affines, angränzende. 24) rure -- exuere, des Feindes Feld unrechtmäſſiger Weiſe an ſich ziehen. 25) felicitati -- proſpicere, ſein Volk ſuchen glücklich zu machen. 26) deſtruendo - conſciſcere, durch zerſtören / rauben / verwüſten ins Verderben ſtürzen.

(Cap. XV.) 1) res pacate gerere, den Frieden lieben. 2) armis grandia non quaerit, er ſuchet keine groſe Eroberungen im Krieg zu machen. 3) non tam -- eſt, er iſt nicht ſo gar geizig. 4) quos -- aequitas, welche nach dem Recht andern

populos cum perturbatione gentis suae velit. At neque ipsi deest, 5) quieto imperio si omnino sufficiat, quod ad securitatem ciuium sit opus. 6) Tenax recti et leuis est, nec grauis accolis; 7) subducit discordiae cum confinibus semen. 8) Ex religione foederum, quae obseruat, sociis nec odio, nec timori est, nec vllo modo suspectus; imo carus, 9) dignusque, cui maxime planeque confidant. Sed ecce 10) vtatur rege accola iniquo, feroci, ambitioso: tum vero principes ceteri, 11) quorum regnis coniungitur, 12) ex aemulationis capite diffidentes, ad arma quam colendam pacem proniori, ansam capient 13) allato innocentiae praesidio 14) iniquioris audaciam deprimendi. Regem tanta probitate, fide, lenitate arbitrum sibi depofcent circumiecti populi; dumque alter 15) suscipiendis inimicitiis iusto confidentior, bellique audacior ceterorum incurrit odium, atque ex firma, quam sibi reliqui praestant, amicitia, etiam 16) periculum: 17) ille pater tutorque regum honorificentissimo vtique nomine compellatur. Atque 18) haec quidem foris

unterworfen sind. 5) quieto -- sufficiat, wann er im Stand ist sein Regiment im Frieden zu führen. 6) tenax recti est, er hält ob dem rechten. 7) subducere discordiae semen, alles vermeiden/ was zur Mißhelligkeit Gelegenheit geben könnte. 8) ex, wegen. 9) dignus -- confidant, sie setzen all ihr Vertrauen auf ihn. 10) vtatur -- iniquo, gesezt auch er hätte einen ungerechten König zum Nachbar. 11) quorum regnis coniungitur, an deren Reiche er angränzet. 12) ex aemulationis -- proniori, werden aus Ialousie dem/ der zum Krieg mehr als zum Frieden geneigt ist/ nicht trauen. 13) allato innocentiae praesidio, der Unschuld zu helfen. 14) iniquioris audaciam opprimendi, dessen der ihn unbillicher Weise angreiffet/ Vermessenheit Einhalt zu thun. 15) suscipiendis -- audacior, der allzufertig ist/ Feindseligkeiten und Krieg anzufangen. 16) periculum, sc. incurrit, ziehet sich auch Gefahr zu. 17) ille -- compellatur, er hat die Ehre/ ein Vater und Beschützer der Könige zu heissen. 18) haec -- commoda, die-

ipsi accedunt commoda. Maiora domi accipit.
n pacifico imperio sufficiat, 19) pono, optimis
ibus imperium eius satisfacere. Itaque proscribit
inatque luxum, et omnes 20) artes nutriendis
tum voluptatibus aptas: 21) ornat autem et am-
icat, quidquid ad vitae subsidia non superuaca-
i videtur conducere. Quo in genere 22) primus
us agriculturae dandus. Hanc pacis amans rex
imo opere commendabit ciuibus, vtpote quae re-
n, quibus indigent, copiam accumulat. Atque
is quidem, cum patientes laboris, et 23) simpli-
us moribus tenui perfungantur victu, 24) alimen-
quae in agris nascuntur, facile ad sustentandam
am sufficiunt; vnde 25) immensa quaedam augen-
e incolarum frequentiae existit fecunditas. Quo
, vt huius conditionis regnum abundet innume-
bili multitudine sanorum hominum, robustorum-
e et alacritate vigentium, qui et 26) virtutis ex-
citio firmati, et 27) dulcedinem ignauae delicatae-
e vitae exosi, et 28) fatis, cum poscit ratio,
onte obuii 29) excidere vita malunt, quam liber-
te, qua fruuntur rege sapientiae praeceptis probe
in-

Vortheil hat er von den Auswärtigen. 19) pono, so
haupte ich. 20) artes -- aptas, Künste, die zu nichts
s zu unterhaltung der Wollüste taugen. 21) ornat --
nducere, er bringt in Aufnahm, was zu nöthiger unter-
ltung des Lebens dienet. 22) primus -- dandus, hat man
rzüglich auf den Ackerbau zu sehen. 23) simplicibus --
ctu, da sie nach der gemeinen schlecht und rechten Lebens-
t mit geringer Kost sich begnügen. 24) alimenta ipsis
ile ad sustentandam vitam sufficiunt, sie finden Lebens-
ittel genug. 25) immensa -- fecunditas, ihre Einwoh-
r vermehren sich ins unendliche. 26) virtutis exercitio
matum esse, in der Tugend geübt seyn. 27) dulcedinem
exosum esse, einem müssigen und wollüstigen Leben ge-
ssig seyn. 28) fatis -- obuii sunt, sie gehen dem Tod,
ann es die Noth erfordert, freywillig entgegen. 29)
cidere vita, libertate, das Leben, Freyheit verlieren

instructo, 30) nec imperante, nisi vt rationi obediat.

CAPVT XVI.

1) Dabo nunc, ex proximis quemdam, auidiorem pugnae, huic 2) genti moliri bellum. Fieri potest, 3) vt minus peritam inueniat disponendi castra, aciem, machinas, quibus instamus oppidis. Nihilominus sentiet eam vinci non posse, quod multitudine innumerabilis, quod 4) inexhausta fortitudine, quod laborum, molestiarum, inopiae patiens, quod 5) manu promta strenuaque sit ac dedita 6) virtuti, fortis casibus numquam non superiori. Demus etiam, regem ipsum decernere non posse ob rei militaris tenuiorem peritiam. At habebit idoneos, quibus nouerit 7) decernendi negotium sine auctoritatis suae detrimento committere. Accedent interim sociorum quoque auxilia. 8) Malent ciues ad vmbras, quam sub potestatem domini, omnia per vim, per nefas agentis, mitti. Quid? quod ipsi pugnabunt pro rege tam pio, tam iusto, superi. Itaque cum tot tantaque sint, quibus pericula eius subleuentur, subsidia: concludo, regi 9) pacis

30) non imperat - - obediat, er regiert zu keinem andern End/ als daß er sich von der Vernunft regieren lasse.
(Cap XVI.) 1) dabo nunc, gesezt nun. 2) moliri genti bellum, ein Volk mit Krieg überziehen wollen. 3) vt minus - - oppidis, daß er ein Volk antrift/ das nicht so erfahren ist in Einrichtung der Lager/ Schlacht-Ordnung/ und Geschütze/ die man bey Belagerungen gebraucht/ (Artillerie.) 4) inexhausta fortitudine esse, von unüberwindlicher Tapferkeit seyn. 5) manu promta strenuaque gens, eine Nation/ die fertig und muthig zum fechten. 6) virtus fortis - - superior, die Tugend überwindet/ besieget allezeit die Unglücks-Fälle. 7) decernendi negotium alicui committere, einem das Commando im Krieg anvertrauen. 8) malent - - mitti, seine unterthanen werden lieber das leben lassen/ als sich unter die Bottmässigkeit eines gewalt-

) pacis quietisque obseruanti 10) plurimum qui-
:m ex ornamentis dignitatis suae armorum rudita-
m decerpere; quippe numquam ex hostibus (11)
ıod regalium munerum fere princeps est) trium-
ıaturo. Ceterum addo, illum 12) satis aestimari
on posse prae expugnatore regnorum vrbiumque,
3) nihil pacato imperio, sed armis vnis suffi-
ıente.

Erant sat multi in consilio, quibus displicebant,
quae senseram. Neque istud ignorabam. Multorum
videlicet 14) oculos facta illustria (in quibus victo-
riae et 15) bello comparata referuntur) perstrin-
gunt adeo, vt, quod humile, quod tranquillum,
firmumque, puta pacem et disciplinam populi, 16)
habeant in postremis. Verum me sensisse cum Mi-
noe, pronunciatum a senioribus.

Qui inter eos eminebat, elata tunc voce: Video,
inquit, 17) diuinam atque in insula nostra decanta-
tam sortem impleri. Minoi quippe ex diis, quos
consulebat, intelligere volenti, quamdiu vi legum,
quas modo condiderat, Cretae essent praefuturi ex
suis, responsum est: praefuturos, donec legum ista-
rum

samen und ungerechten Beherrschers bequemen wollen. 9) rex pacis quietisque obseruans, ein friedliebender König. 10) hoc plurimum quidem ei ex ornamentis dignitatis suae decerpit, das benimmt ihm zwar vieles an äusserlichem Glanz und Ansehen. 11) quod - - est, welches bey nahe eines von den vornehmsten Stücken eines Königs ist. 12) satis aestimari non potest prae &c. er ist unendlich weit vorzuziehen einem. 13) nihil - - sufficiente, der nichts von einem friedlichen Regiment/ sondern nur vom Kriegen weißt. 14) hoc oculos perstringit, das fällt in die Augen/ macht bey vielen ein groses Aufsehen. 15) bello comparata, Kriegs-Eroberungen/ Conqueten. 16) habere in postremis, weit nachsetzen. 17) diuinam - - impleri, daß die göttliche und in unserer Insul wohlbekannte Antwort des Orackels er-

rum cultor 18) aliunde gentium aduenerit. In hunc vsque diem metus erat, occupatum iri ab alienigena insulam. At quid oraculum sibi voluerit, Idomenei fato sapientiaque ex Vlysse geniti, 19) in intimos legum nostrarum sensus admissi, edocemur. 20) Quin abiicimus moram, et 21) altiori numine destinato nobis regi coronam imponimus.

Finis Libri Quinti.

FA-

füllet werde. 18) aliunde gentium aduenire, aus einer fremden Nation herbeykommen. 19) in intimos -- admissi, der unsere Gesetze vollkommen versteht. 20) quin abiicimus moram, was zaudern wir dann. 21) altiori numine destinatus, der durch ein höheres Schicksal bestimmt ist.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

Confestim 1) soluto consilio ex ambitu sacri nemoris proceditur. Primas tenebat, qui me educens manu, populo, 2) longiore mora sententiae iam fatigato, enunciat, 3) ceteros mihi cessisse acumine respondendi. Finito hoc nuncio 4) incerti mox fremitus tota concione oborti.

(Cap. I.) 1) soluto consilio, nachdem der Rath aus einander gegangen. 2) longiore mora huius rei fatigatus sum, die Weil ist mir anfangen hierüber lang werden. 3) ceteri illi cesserunt acumine respondendi, er hat es den andern an Scharfsinnigkeit im antworten vorgethan. 4) incerti - -

Deinde etiam 5) a singulis in me inclamatum cum laetitia, 6) vocibus ad omnem maris oram circumiectaque iuga montium relatis: Imperet ex Vlysse genitus, compar Minoi genus!

Momenti interuallo silentium poscebam manu. In quod dum 7) paullatim concionis feruor desinit, Mentor 8) admotus auri; tene, inquit, renunciare patriae? Postponere Penelopen, quae te exspectat opem suam, solio? postponere Vlyssem, quem tibi impertiri decreuerant dii? haud inutiles hae voces fuere, 9) magnumque aduersus regni cupiditatem subsidium. Interea plane conticuerat 10) vario motu discincta multitudo. Itaque dicere sum orsus: Indigno parebitis, Cretenses nobilissimi, indigno parebitis, si mihi. 11) Diuina sorte, quam affirmatis oraculo editam, satis quidem palam est, cessaturos regnare Minois posteros, aliunde venturo, 12) qui incolumitatem sanctissimis legibus eius hic gentium curet. At regnaturum hunc aduenam, non est responsum ab oraculo. 13) Dabo, si ita vultis, me esse de exteris, quem sors illa destinauerit. Et certe, quod a numine enunciatum, impleui. Nam et aliunde huc veni, et quem habebant 14) germanum sensum leges, exposui. Deos quaeso,

oborti, es ist alsbald ein verwirrtes Gemurmel unter der Versammlung entstanden. 5) a singulis in me inclamatum, sie haben mir alle zugerufen. 6) voces - - relatae, die Stimmen sind an dem ganzen Rand des ufers/ und denen herumliegenden Bergen erschollen. 7) concionis feruor paulatim desinit in silentium, das Volk wird allgemach still. 8) admotus auri inquit, er sagt mir in das Ohr. 9) hoc mihi magnum subsidium fuit, das ist mir wol zu statten gekommen. 10) vario motu discincta multitudo, der tumultuirende Pöbel. 11) diuina sors oraculo edita, göttlicher Ausspruch des Orackels. 12) qui - - curet, welcher die heilige Gesetze desselben/ nämlich des Minos unter diesem Volk wieder aufs neue bestätigte. 13) dabo, ich lasse es gelten. 14) germanum sensum legum exponere, den eigentlichen Ver-

quaeso, faciant mea interpretis verba ita vobis vsui esse, vt cum his legibus imperet futurus rex. Ego vero Ithacam, in qua coepi viuere, peto. Huius angustias insulae et paupertatem centum Cretae vrbibus praefero, opibusque splendidissimi istius imperii. Sinite me, quae fata destinarunt, sequi. Certaui in ludis vestris haud sane, vt imperem, sed vt admirationem vestram misericordiamque promeritus subsidium a vobis consequar strenue redeundi in terras, quae me genuere. Habeat in me Vlysses genitor obsequiosum sibi, Penelope, dulcis mater, solatium potius, quam orbis terrarum principem. 15) Habetis, Cretenses, vere quid sentiam. Abeundum a vobis mihi. Ceterum 16) ab officio grati in vos animi non prius, quam ad manes abibo. Imo numquam (ita viuam) 17) numquam hic animus a Cretensium gente alienus, et eorum et suam gloriam pari studio prosequetur.

CAPVT II.

Simul finem dicendi feceram: simul, 1) sublato strepitu, qualem concitata ventis maria solent edere, alii: istene, inquiunt, humana forma deus? alii extra patriam suam me vidisse et nosse contendebant. Nec defuere multa vociferatione postulantes, 2) vel inuito imperandum mihi. 3) Restaurabam sermonem. Protinus 4) aures ab omni-

stand der Gesetze erklären. 15) habetis vere quid sentiam, da habt ihr meine Herzens-Meynung. 16) ab officio -- abibo, ich werde des schuldigen Danks gegen euch / so lang ich lebe / nicht vergessen. 17) numquam -- alienus, ich werde den Cretensern beständig hold bleiben.

(Cap. II.) 1) sublato -- edere, es entstund ein überlautes Geräusch / wie von Meeres-Wellen. 2) vel -- mihi, ich müste wohl regieren / ich wollte gleich oder nicht. 3) restaurare sermonem, wieder anfangen zu reden. 4) aures ab omni-

omnibus et diligentissime datae, incertis videlicet, num mutato consilio, quae offerebantur, admissurus essem. Haec porro dicebam:

Date mihi Cretenses hanc veniam, vt, quae sint in animo meo, exponam. Nihil quidem est vspiam gentium, quod sapientiae vestrae possit comparari. At puto sapientiae 5) alio opus consilio, atque vos nunc decreuistis, vti. Regem creare oportet haud sane, qui leges optime nouit interpretari; sed constantissime, legibus quae iubentur, exsequi. Ego vero 6) maturioribus annis destituor, et horum verissimo ornamento, experientia. 7) Instat iuueni inimica cupiditas: vrget animum eius deterior affectio. Atque is sum, quem adhuc obedire, non imperare decet. Alioqui numquam salutaris rex ero. Hominem igitur eligite, qui se ipsum, non alios exercitatione corporis aut ingenio vicit; cuius in animo leges inscriptae, moribus expressae sint; cuius denique non verba, sed opera 8) suffragium pro corona a vobis exposcant.

Seniores vna voce approbarunt meam sententiam, 9) populique secundae admurmurationes augebantur. Itaque illi ad me: quandoquidem dii non permittunt, vt a te petamus imperia; at certe fac regem exhibeas, qui legibus nostris se vna nobiscum subiiciat. Agedum, virum si nosti, cui ea spe deferre coronam possimus! Ad quae continuo: Noui ego, aiebam, quem iisdem, quas admiramini in me,

bus datae, sie hörten alle aufs begierigste zu. 5) alio consilio vti, eine andere Vorsichtigkeit gebrauchen. 6) maturioribus annis destituor, es fehlt mir noch an reiffen Jahren. 7) instat - - affectio, jungen Leuten setzen die Lüste und schlimme Neigungen noch gar zu hart zu. 8) suffragium - - exposcant, euch dahin vermögen, ihn zum König über euch zu wehlen. 9) populi secundae admurmurationes augebantur, das Volk wurde günstiger, geneigter mir Bey=

me, 10) pollere dotibus non puto, sed scio. Sapientiam eius, non me ex me audiuistis loquentem. Instrumentum ego fui, quo verba prudentissimi illius hominis ad aures vestras peruenerunt.

Id sermonis omnium oculos deflexit in Mentorem, quem prehensum manu exhibebam concioni, referens, quam 11) pueritiae meae impendisset, industriam, 12) reiectaque per eum a capite meo discrimina, et aerumnas, quae post neglecta eius consilia plerumque me adflixissent.

CAPVT III.

Atque ille quidem tum a 1) leui et vulgari cultu corporis, tum a 2) moderato oris habitu praeter 3) summam vocis parsimoniam, 4) sedateque ac considerate agendi rationem 5) eo fere vsque in concione negligebatur. Nunc vero cum 6) inspiceretur de industria, ipso vultu deprehensum est nescio quid solidi excelsique. Apparebat ille 7) vigor luminum, illa vis et robur animi, quae omnia opera eius, et ipsa adeo, 8) quorum tenuitas effugit humanam industriam, confirmabant. Interrogatur de multis: suspicitur: rogatur, imperet. Recusat ille nihil mutato animo, asseuerans, sibi solitariam 9) vitam vtcumque vilem regali potio-

fall zu geben. 10) pollere dotibus, Gaben besitzen. 11) pueritiae alicuius impendere industriam, vor einen in seiner Jugend fleissige Sorge tragen. 12) reiecta - - discrimina, wie viele Gefahren er von mir abgewendet.

(Cap. III.) 1) leuis et vulgaris corporis cultus, gemeine und schlechte Kleidung. 2) moderatus oris habitus, bescheidenes Angesicht. 3) summa vocis parsimonia, weniges reden. 4) sedate - - ratio, stilles / bedächtliches Bezeugen. 5) eo fere vsque, bishero. 6) inspicere aliquem de industria, einen mit Fleis genau besehen. 7) vigor luminum, die Lebhaftigkeit der Augen. 8) opera, quorum tenuitas effugit humanam industriam, auch die geringste Werke / worauf man eben sonst nicht viel acht hat. 9) vita vtcumque

tiorem: verissime infelices esse, qui coronas ferrent. Nam et bonum, quod vellent, plerumque eos omittere, et saepe in malum, quod nollent, adulatione impelli. Addebat, miseram seruitutem credi; at 10) neque regibus deesse, quod deflerent mancipia: vno eos differre titulo. Regem numquam ita 11) esse sui iuris, vt pendere non debeat ex illis hominibus, 12) quibus, vt imperata ciuis faciat, sit opus. 13) Gratulatus deinde omnibus, qui 14) carerent imperandi necessitate: Vni, inquit, 15) patriae petenti, vt imperemus sibi, concedendum, et renunciandum libertati, vt 16) publicae operemur saluti. Aliunde oblatam regnandi potestatem 17) fas est sine piaculo recusare.

18) Ea res Cretensium admirationem exhausit. Tandem petentibus, doceret, quem eligerent: Eligite, inquit, qui et vos (quoniam vobis est imperaturus) nouerit, et vobis imperare metuat. Nouitius et tiro est, imperare qui velit. At si nouitius, si tiro: qui se praestabit regem? Sua causa ad desiderium coronae impellitur; cum contra ea talis vobis sit quaerendus, 19) quem vnus amor vestri in solio reponet.

Cre-

vilis, ein Leben, es seye so schlecht als es wolle. 10) neque -- mancipia, auch Könige haben Ursach ihre Sclaverey zu beklagen. 11) esse sui iuris, sein eigener Herr seyn. 12) quibus -- opus, die er braucht, um seine Unterthanen im Gehorsam zu erhalten. 13) gratulari alicui, einen vor glücklich halten. 14) carere imperandi necessitate, nicht noth haben zu regieren. 15) patriae -- concedendum, allein dem Vaterland sind wir schuldig, das Regiment über dasselbe, wann man es an uns begehret, zu übernehmen. 16) publicae operari saluti, vor die allgemeine Wolfahrt bemühet seyn. 17) fas est sine piaculo, darf man keck, ohne sich ein Gewissen zu machen. 18) ea -- exhausit, die Cretenser konnten sich nicht genug hierüber verwundern. 19) quem vnus -- reponet, der aus keiner andern Absicht, als aus

Cretenses cum dignitatem regiam, quam alii per ignes ferrumque peterent, viderent contemni a duobus aduenis, 20) haud facile dictu est, quantum in stuporem inciderint. Ardebant scire, quocum venissent in insulam. Nausicrates (is enim a littore ad amphitheatrum, vbi celebrabantur ludi, progressos secutus erat) digito Hazaelem designat, qui nos ex Cypro secum deportauit in Cretam. At 21) multum amplius accessit publico stupori, cum nunciaretur Mentor primo Hazaeli 22) seruitutem seruiisse, verum perspecta sapientia et virtute, eidem 23) a consiliis et in supremo amicitiae fuisse gradu: atque istud olim mancipium aspernari nunc regnum. Hazaelem autem, 24) impellente eum studio sapientiae, profectum Damasco Syriae, huc venisse terrarum, vt Minois leges perdisceret.

CAPVT IV.

Igitur neque a te impetrabimus, (ita seniores ad Hazaelem) nobis imperare vt velis. Idem cum Mentore sentis videlicet. 1) Imperandi voluntatem exstinguit in vobis nimius contemtus hominum. Nec opes quantumuis magnas, nec diademata ducitis tanti, vt ea 2) emere laborum, quibus numquam vacat solium, pretio sit libitum. Contra Hazael: Alia, viri sapientissimi, nec homines contemni a me, credite. Numquam hanc ego mortalibus iniuriam fecerim. 3) Humanae felicitatis iustitiae-

Liebe zu euch das Regiment übernimmt. 20) haud facile -- inciderint, sind sie ganz erstaunt. 21) multum -- stupori, sie sind noch mehr erstaunt. 22) seruitutem alicui seruire, eines Sclav seyn. 23) a consiliis -- esse gradu, eines Rath und vornehmster Freund seyn. 24) impellente eum studio, aus Trieb.
(Cap. IV.) 1) imperandi -- hominum, die allzugrose Verachtung der Menschen macht, daß ihr nicht regieren möget. 2) emere aliquid laborum pretio, um etwas die Mühe übernehmen. 3) humanae -- diuini, was vor vortrefliche Leute

ſtitiaeque adiutores quam ſint diuini, haudquaquam ignoro. Sed et illud, ſine moleſtia, ſine periculo tales eſſe non poſſe, ſatis ſcio. At enim inſignis hic titulus. Inanis tamen eſt, et 4) vni delectandae ſuperbiae. 5) Arctiora ſunt vitae ſpatia, quam quae ſufficiant implendis cupiditatibus, quas gignit ambitio. Longinqui ex patria itineris praemium non bona, quae noceant, peto; ſed 6) his bonis carendi praecepta exquiro. Valete! 7) ceterarum rerum cogitatione abiecta, eo me redditum vitae ſolitariae atque tranquillae. In ſolitudine 8) mentem hanc alet ſapientia: ibi ſpes melioris vitae, 9) quam virtuti ominamur poſt fata, 10) moleſtias ſenectutis abſterget. Mihi 11) ſi imperabitur optio, non ſceptra, non coronas legam, ſed iſtorum, quos coram aſpicitis, hominum duorum perpetuam ſocietatem.

Ad vltimum Cretenſes conuerſi ad Mentorem, impenſe rogant: Ediceret 12) poſt hominum genus natum prudentiſſimus vnus maximusque, ecquem ipſis ſuaderet regem? 13) niſi edoctis de vtiliter habenda electione incolis, eum haudquaquam dimiſſum iri ex inſula. Ad haec Mentor: Vidi, inquit, immixtus ſpectatorum multitudini hominem vnum,

14)

die ſeyen/ die die menſchliche Glückſeligkeit und Gerechtigkeit befördern. 4) hic titulus eſt vni delectandae ſuperbiae, der Titul ergözt nur hochmüthige Gemüther. 5) arctiora -- cupiditatibus, dieſes Leben iſt viel zu kurz/ als daß darin die ehrgeitzige Begierden könnten geſättiget werden. 6) his -- exquiro, ich ſuche zu lernen/ wie man dieſer Güter entbehren möge. 7) ceterarum -- tranquillae, ich denke an nichts anders/ als an mein voriges einſames und ruhiges Leben. 8) mentem alere, das Gemüth unterhalten. 9) quam -- fata, welches wir glauben/ daß die Tugend nach dem Tod zu gewarten habe. 10) moleſtias ſenectutis abſtergere, das Alter erleichtern/ verſüſſen. 11) ſi imperabitur optio, wann ich wehlen ſoll. 12) poſt hominum -- maximusque, als der verſtändigſte und vortreflichſte Menſch. 13) niſi -- inſula, er werde nicht eher aus der Jnſul entlaſſen wer-

14) quem nec feruor, nec cupiditas fuccendebat. 15) Aetas illi grauior, at abunde fufficiens rebus, quas cum laude robur iuuentutis gerit. Percontanti mihi, quis effet, fignificabant, Ariftodemum dici. Fuere fubinde, qui (quod ego hisce auribus audiui) eidem referebant, duos filios eius inter luctatores effe. Ad quae ille nihil laetior, 16) audere fobolem, quod alioquin genitores delectet: magno opere fe precari, aiebat, alter ne imperet, quoniam femper periculofum imperium; alter vero vt vmquam imperet, fe, quoniam vnice amaret patriam, ne quidem commiffurum. Ex quibus ego quidem intellexi, eum rite deditum effe filio, qui probitatem fectatur, 17) neque facilem alterius diffolutae confuetudini.

CAPVT V.

1) Crefcente rei tam infolentis ftudio in vitam cani iftius hominis coepi inquirere. Fuitque ex ciuibus, qui indicaret interroganti: Ariftodemum ferme 2) fenuiffe fub galea. 3) Argumenta virtutis obfitum cicatricibus corpus oftentare. Ceterum 4) a candore probitatis (inquit) et quod nihil auribus dabat, grauis Idomeneo fuit. Neque

L 5 in

den/ er habe dann zuvor fie belehrt/ wie fie nuzlich wehlen möchten. 14) quem - - fuccendebat, an dem man keinen fonderlichen Eifer noch Begierde wahrnehmen konnte. 15) aetas - - gerit, er war fchon etwas bey Jahren/ doch noch fo munter als ein Junger. 16) audere - - delectet, daß feine Söhne da was unternehmen/ woran andere Väter Freude haben mögen. 17) neque - - confuetudini, und keinen Gefallen habe an des andern unordentlichem Bezeugen.

(Cap. V.) 1) crefcente - - ftudio, nachdem meine Neugier immer gröser ward. 2) fenuit fub galea, er ift lange Zeit im Krieg gewefen. 3) argumenta - - oftentare, feine viele Wunden an feinem Leib feyen Zeugen von feiner Tapferkeit. 4) a candore - - fuit, wegen feiner Redlichkeit/ und weil er nicht flattiren konnte/ konnte ihn der Idomeneus nicht lei-

in Troiano bello opera eius vtebatur rex, veritus ab eo salubriora consilia, quam quae ipse sustineret sequi. Erat illi praeterea aduersus ob aemulationem famae, qua ominabatur proxime illustratum eum iri. 5) Omnem igitur memoriam deposuit ab eo fideliter nauatae operae. Reliquit in insula 6) coniectum in extremas familiaris rei angustias, 7) incultaeque et abiectae plebis (quae vnam admiratur magnificentiam) ludibrium. Ille vero 8) aequissime tolerat paupertatis mala. Solitarius in insula locus est, vbi 9) collocauit familiam. Terram suis ipse manibus colit. 10) Laborum eius particeps est alteruter ex filiis, quocum amantissime viuit. Felices ambo, quippe 11) ex viuendi temperantia instructi satis, vnde moderate et simpliciter viuant. Pauperculis aegrotantibus in vicinia elargitur ex penu, 12) quidquid reliquum facit vtriusque misericors necessitas. Ille 13) otium iuuentuti eximit: vrget eam monitis: praeceptis instruit; omnium accolarum arbiter, et circum habitantium familiarum communis pater; nec aliunde infelix, nisi secundo filio, consiliis ipsius numquam obtemperante. Quem 14) a perdita quidem vita reuocare quam diu, tam pie conatus, 15) fatigata demum monendi patientia, paternis aedibus proscripsit, ambitio-

den. 5) omnem - - operae, er dachte also gar nicht an dessen treu geleistete Dienste. 6) coniectum - - angustias, in den armseligsten umständen. 7) inculta et abiecta plebs der ungeschliffene Pöbel. 8) aequissime - - mala, sich überaus gedultig in die Armuth schicken können. 9) collocare familiam, sich häuslich niederlassen. 10) laborum particeps est, er hilft ihm arbeiten. 11) ex - - viuant, nach ihrer Mässigkeit haben sie genug, daß sie davon leben können. 12) quidquid - - necessitas, was sie beyde noch ihrem mitleydigen Herzen entbehren können. 13) otium iuuentuti eximere, junge Leute nicht müssig gehen lassen. 14) a perdita vita reuocare aliquem, einen von seinem liederlichen Leben zurecht bringen. 15) fatigata - - patientia, nachdem

bitionis et insanae voluptatis 16) iam non recens mancipium.

Haec mihi ciuis vester. Quae si vera (quod idem non ignorabitis) ludos cum tanta ignotorum etiam hominum celebritate ob eligendum regem 17) repetendi caussam nullam reperio. Habetis 18) in corona vestra virum et popularem, et peritum belli, et hostium, omnique hoste terribilioris victorem inopiae; virum, qui ditari noluit adulandi obsequio, qui auersatur otium, qui agriculturam, vnicum fere conseruandi populos subsidium, aestimat; virum alias 19) nec resolutum luxu, nec mutandum superbia; imo qui 20) nec proli paterna indulgentia blandior in altera virtutem amat, flagitium detestatur in altera. Et vt verbo dicam: habetis virum, qui genti suae 21) patris vicem iam praestat. Ecce hunc vobis regem, hunc dominum, 22) si verum, si sincerum desiderium vos in Minois leges accendit.

CAPVT VI.

Ex tota concione responsum: vera dixisse de Aristodemo. Mereri sceptrum. Ergo seniores iubent eum adesse. 1) Vulgo celebritatis sese adiunxerat. Ex quo conquisitus quieto tranquilloque

er endlich des erinnerns müde worden. 16) iam non recens mancipium, schon lang gänzlich ergeben. 17) ludos repetere, die Spiele aufs neue anstellen. 18) in corona vestra, in eurer ansehnlichen Versammlung. 19) nec - - superbia, der weder der Schwelgerey ergeben, noch sich durch Hochmuth auf einen andern Sinn verleiten lässet. 20) proli paterna indulgentia non blandior, der den Kindern nicht zuviel nachsieht. 21) patris vicem alicui praestare, sich als Vater gegen einem bezeugen. 22) si verum - - accendit, wann es euch wahrhaftig und redlich um die Gesetze des Minos zu thun ist.

Cap. VI.) 1) Vulgo celebritatis se adiungere, sich zu dem

in Troiano bello opera eius vtebatur rex, veritus ab eo salubriora consilia, quam quae ipse sustineret sequi. Erat illi praeterea aduersus ob aemulationem famae, qua ominabatur proxime illustratum eum iri. 5) Omnem igitur memoriam deposuit ab eo fideliter nauatae operae. Reliquit in insula 6) coniectum in extremas familiaris rei angustias, 7) incultaeque et abiectae plebis (quae vnam admiratur magnificentiam) ludibrium. Ille vero 8) aequissime tolerat paupertatis mala. Solitarius in insula locus est, vbi 9) collocauit familiam. Terram suis ipse manibus colit. 10) Laborum eius particeps est alteruter ex filiis, quocum amantissime viuit. Felices ambo, quippe 11) ex viuendi temperantia instructi satis, vnde moderate et simpliciter viuant. Pauperculis aegrotantibus in vicinia elargitur ex penu, 12) quidquid reliquum facit vtriusque misericors necessitas. Ille 13) otium iuuentuti eximit: vrget eam monitis: praeceptis instruit; omnium accolarum arbiter, et circum habitantium familiarum communis pater; nec aliunde infelix, nisi secundo filio, consiliis ipsius numquam obtemperante. Quem 14) a perdita quidem vita reuocare quamdiu, tam pie conatus, 15) fatigata demum monendi patientia, paternis aedibus proscripsit, ambitio-

den. 5) omnem -- operae, er dachte also gar nicht an dessen treu geleistete Dienste. 6) coniectum -- angustias, in den armseligsten Umständen. 7) inculta et abiecta plebs der ungeschliffene Pöbel. 8) aequissime -- mala, sich überaus geduldig in die Armuth schicken können. 9) collocare familiam, sich häuslich niederlassen. 10) laborum particeps est, er hilft ihm arbeiten. 11) ex -- viuant, nach ihrer Mässigkeit haben sie genug, daß sie davon leben können. 12) quidquid -- necessitas, was sie beyde nach ihrem mitleidigen Herzen entbehren können. 13) otium iuuentuti eximere, junge Leute nicht müssig gehen lassen. 14) a perdita vita reuocare aliquem, einen von seinem liederlichen Leben zurecht bringen. 15) fatigata -- patientia, nachdem

bitionis et insanae voluptatis 16) iam non recens mancipium.

Haec mihi ciuis vester. Quae si vera (quod idem non ignorabitis) ludos cum tanta ignotorum etiam hominum celebritate ob eligendum regem 17) repetendi caussam nullam reperio. Habetis 18) in corona vestra virum et popularem, et peritum belli, et hostium, omnique hoste terribilioris victorem inopiae; virum, qui ditari noluit adulandi obsequio, qui auersatur otium, qui agriculturam, vnicum fere conseruandi populos subsidium, aestimat; virum alias 19) nec resolutum luxu, nec mutandum superbia; imo qui 20) nec proli paterna indulgentia blandior in altera virtutem amat, flagitium detestatur in altera. Et vt verbo dicam: habetis virum, qui genti suae 21) patris vicem iam praestat. Ecce hunc vobis regem, hunc dominum, 22) si verum, si sincerum desiderium vos in Minois leges accendit.

CAPVT VI.

Ex tota concione responsum: vera dixisse de Aristodemo. Mereri sceptrum. Ergo seniores iubent eum adesse. 1) Vulgo celebritatis sese adiunxerat. Ex quo conquisitus quieto tranquilloque

er endlich des erinnerns müde worden. 16) iam non recens mancipium, schon lang gänzlich ergeben. 17) ludos repetere, die Spiele aufs neue anstellen. 18) in corona vestra, in eurer ansehnlichen Versammlung. 19) nec - - superbia, der weder der Schwelgerey ergeben, noch sich durch Hochmuth auf einen andern Sinn verleiten lässet. 20) proli paterna indulgentia non blandior, der den Kindern nicht zuviel nachsieht. 21) patris vicem alicui praestare, sich als Vater gegen einem bezeugen. 22) si verum - - accendit, wann es euch wahrhaftig und redlich um die Gesetze des Minos zu thun ist.

(Cap. VI.) 1) Vulgo celebritatis se adiungere, sich zu dem

que vultu constitit, auditoque, se imperaturum: Nisi 2) tria mihi dabitis, inquit, rex vester non ero. 3) Decedam videlicet post biennium de solio, si 4) insistentes hodiernis moribus vestris leges violabitis. Deinde in simplici, continenti sobriaque ratione viuendi perseuerabo. Liberi denique mei nullum inter alios principatum tenento: post fata mea 5) in ordinem redacti reliquorum ciuium more nihil praeter meritum capessunto.

Sub has voces 6) diuersissimi clamores sublati laetitiae assensusque fecere indicium. Diadema (regale ornamentum) Aristodemo imponitur a principe seniorum, qui leges tuebantur. Caeduntur Ioui diisque victimae. Nos ab Aristodemo 7) donis colimur praeter magnificentiam luxumque regis, 8) ingenua tamen et vel ab illustrissimis expetenda simplicitate. Hazaeli leges Minois datae, inde etiam pretiosae, quod scriptae auctoris manu. His epitomen Cretensis historiae adiecit rex, 9) quidquid Saturni aureamque et nostram aetatem intercessit temporis, complexae. In nauem eius omnis generis illati fructus, quos 10) a bonitate Cretenses aestimant, Syri etiam a nouitate admirantur. Insuper, quae necessitas exigeret, illi cumulate promissa.

11) Nobis nihil perinde ac festinatus abitus erat curae.

volkreichen Hauffen gesellen. 2) tria dare, drey Stücke zusagen. 3) decedere de solio, das Regiment aufgeben. 4) insistere hodiernis moribus, bey den jetzigen Sitten bleiben. 5) in ordinem -- more, sollen wie die übrige unterthanen tractirt werden. 6) diuersissimi -- indicium, erhub sich ein mannigfaltiges Geschrey / womit sie ihre Freude und Beyfall an den Tag legten. 7) donis -- regis, wir werden beschenkt nicht zwar nach Königlichem Pracht. 8) ingenua -- simplicitate, mit einer aufrichtigen und edlen Einfalt. 9) quidquid -- temporis, was seit des Saturni und dem guldenen Welt-Alter bis auf unsere Zeiten vorgegangen. 10) a, wegen: wie es der Autor öfters gebraucht. 11) nobis nihil perinde ac hoc est curae, wir sind am aller-

curae. Ergo nauigium iubet instrui rex nautasque exercitatissimos imponi cum milite: vestes quoque et commeatus pro nobis eo comportari. Haec dum fiunt, ecce tibi 12) flare venti, laturi in Ithacam. Hazaelem iidem, vtpote 13) aduersi in Syriam tendentibus, detinuere. Itaque 14) discessus nostri spectator, non socius, amicos eosque visurus vltimum, amplectitur, atque: iusti sunt, inquit, dii. Norunt 15) conciliante virtute hanc inter nos amicitiam coaluisse. 16) Erit igitur, cum aliquando nos coniungent loco, dabuntque, vt, vbi perpetuae securitate pacis fruuntur iustorum manes, eos inter aeterno nexu spiritus nostri misceantur. Atque 17) vtinam cum cineribus vestris meos sic misceat fatum! 18) Haec excidebant flenti effusius; vocem quoque gemitus fregerant. 19) Neque nos vacabamus a lacrimis. Sic vna progrediebamur ad portum.

CAPVT VII.

At Aristodemus: Propter vos, inquit, nunc regnum accepi. Cogitantes igitur, quantum mihi a vobis arcessitum periculi, rogate deos, vt illustratus vera sapientia (quam caelestes largiuntur)

meisten darvor besorgt. 12) flare -- Ithacam, es erhuben sich Winde/ die günstig wären gewesen/ nach Ithaca zu schiffen. 13) aduersi venti in Syriam tendentibus, Winde auf der Schiffahrt nach Syrien entgegen/ zuwider seyn. 14) discessus -- socius, da er uns wohl sahe absegeln/ aber uns nicht begleiten konnte. 15) conciliante virtute haec inter nos amicitia coaluit, die Tugend hat diese unsere Freundschaft gestiftet. 16) erit -- loco, sie werden uns einmal an einen Ort zusammen bringen. 17) vtinam -- fatum, wollte GOtt/ daß meine Asche dermaleins möchte zu der eurigen gesammlet werden. 18) haec -- fregerant, dieses redete er unter häuffigen Thränen/ und konnte vor seufzen auch nicht mehr sprechen. 19) neque -- lacrimis, auch wir weinten nicht weniger.

tur) prudentiae ac mansuetudinis laude tam praeeam ceteros, quam auctoritate et potentia. Vos autem 1) superi, quos precor, in patriam dignentur reducere nullo itineris malo, fastumque eorum, quibus inuisi estis, comprimere. 2) Addant complementum beneficiorum suorum, Vlyssis et Penelopes suae, in pace imperantium, aspectum.

Nauem tibi damus, Telemache, fidelem ac tutam. Nautas ac milites a nobis habes, 3) quos etiam aduersariis genitricis tuae oppones. Tibi vero, Mentor, super non est, quod aut desiderem, aut precer. Sufficit viro bono sapientia, et abunde sufficit. Ite vterque! valete! mementote Aristodemi, Ithacensibus, si 4) vi externa opus, venturi, dum viuet, auxilio. Sermonem nostro vtriusque amplexu clausit. Gratiae a nobis inter obortas lacrimas redditae.

Inter haec 5) opportune flantes aurae velis se nostris admouerunt cum spe facillimi itineris. Iamque 6) Idae fastigium ad tumuli speciem, e terra leniter surgentis, defluxerat. Recesserant e conspectu littora, et 7) in occursum nostrum videbantur Peloponnenses orae procurrere: cum 8) nihil tale opinantibus offusa tempestas caelum omne eripuit. Eiecti fluctus existente turbine: 9) occupabat lumen noctur-

(Cap. VII.) 1) Vos superi dignentur reducere, die Götter wollen euch zurückbringen. 2) addant--suorum, und lassen euch diese als die gröste Wohlthat wiederfahren. 3) quos aduersariis oppones, deren du dich wider die Feinde bedienen magst. 4) vis externa, auswärtige Macht/ Völker. 5) opportune--admouerunt, weheten die Winde sehr günstig in unsere Segel. 6) Idae - - defluxerat, der hohe Berg Ida war uns schon so weit aus den Augen/ daß er uns nur wie ein kleiner Hügel vorkam. 7) in occursum - - procurrere, es war uns/ als sähen wir schon die Küste von Peloponnes vor uns. 8) nihil- eripuit, unvermuthet überzog ein heftiges Wetter den Himmel mit Wolken/ daß wir nichts mehr davon sahen. 9) occupabat - - ex-

noɾturna foeditas, omnium praeter mortis imaginem exſtinguens. Scilicet 10) tridentis tui imperium, diue Nereu, vniuerſos tum vndarum fluɾtus mouit. Vsque adeo 11) nobis viluerat Veneris numen, vt nec in templo, quo Cytherae colitur, eam deprecaremur. Ergó 12) vlciſcendi voluntate acrior delapſa ad Neptunum, aperto dolore, et 13) effuſiori, quam pulcritudinis ocellum deceret, fletu; id quod caeleſtium non imperitus Mentor affirmabat: Siccine, Neptune, inquit, pateris ab iſtorum improbitate hominum contemni numen meum, potentiam meam, et impune hoc pateris? Tu, diuique ceteri ſentitis, quid valeat Venus. Et inſulam meam diſciplinamque damnare audeat haec mortalis temeritas? 14) iaɾtant ſcilicet, homines iſti, quanta in morituros cadit, ſapientiam, 15) putantque ab hac alienari, quisquis amet. 16) Regnum ergo tuum obliuiſceris natale exſtitiſſe Veneri? 17) Incunabula mea profanare par iſtud homuncionum, exoſum mihi, vel momento ſinis?

CAPVT VIII.

Haec ita Neptunum concitarunt, eoque mox iubente, pelagus, vt 1) caelum ipſum furentes ſpu-

ſtinguens, es wurde aus dem Tag ganz Nacht / ſo daß wir nichts / als den Tod vor uns ſahen. 10) tridentis -- mouit, du / Neptune / erregteſt alle Wellen wider uns. 11) nobis -- numen, wir hielten die Göttin Venus zu verächtlich. 12) vlciſcendi voluntate acrior, aus heftiger Rachbegierde. 13) effuſiori -- fletu, mit einem vor ihre ſchöne Augen faſt unanſtändigen Weinen. 14) iaɾtant -- ſapientiam, dieſe Menſchen bilden ſich ein / ſie beſitzen allein alle Weisheit / die ein Sterblicher haben kan. 15) putantque -- amet, und meynen / die ſeyen alle Thoren / die der Liebe ſich ergeben. 16) regnum -- Veneri? denkſt du nicht daran / daß die Venus in deinem Reich gebohren? 17) incunabula mea, den Ort meiner Geburt.

(Cap. VIII.) 1) caelum ipſum furentes ſpumae laceſſunt,

ſpumae laceſſerent. 2) Ridet ergo amariſſimum riſum Venus, 3) certa ſibi viſa futuri naufragii. Propellimur in cautes violentia procellarum, quibus ſe 4) vinci multo terrore profitebatur, qui regebat nauem. Vno praecipitique flatu diffringitur, praecipuum nobis ſubſidium, malus, protinusque 5) aures omnium vectorum coeperunt acutiſſime perſtringi carina ſupremis latentium ſcopulorum apicibus perforata. Ita 6) paſſim laxatis compagibus, ingens vis aquarum admiſſa eſt. Inter miſerrimos nautarum eiulatus deos deprecantium 7) depreſſa nauis paulatim omnes deſtituit. Haec inter ego Mentorem amplexus: Inſtat mors, aiebam. Eia! occurramus fato non timidi. Eripuerunt nos ex tot periculis dii, vt perdant hodie. Age moriamur amice, moriamur! triſte mihi non eſt, perire te ſocio. Furit caelum: 8) fruſtra amolimur exitium.

Quid autem tunc Mentor? Sincera fortitudo, inquit, numquam deſperat emergere ex malis. 9) Aequa mente ſatis non eſt parare occurſum fato; timere non oportet mortem, ſed nec eius auertendae quid occaſionis negligere. Quin tu hoc tranſtrum inſigne prenſabis, iſtud ego arripiam: dumque iſti, magnitudine periculi et terrore 10) amentes,

die Wellen ſteigen Himmel=hoch. 2) ridet -- Venus, die Venus lachet in die Fauſt. 3) certa -- naufragii, als die ſich dunken lieſſe/ als ſähe ſie ſchon den gewiſſen Schiffbruch. 4) vinci procellis, denen Sturmwinden nicht mehr widerſtehen können. 5) aures -- perforata, hörten alle Schiff=Leute/ daß das Schiff an verborgene Felſen angefahren/ und von denſelben ein Loch bekommen habe. 6) paſſim -- eſt, die Fugen des Schiffs thaten ſich überall von einander/ und iſt eine groſe Menge Waſſer hineingeloffen. 7) depreſſa -- deſtituit, das Schiff iſt allgemach geſunken. 8) fruſtra amolimur exitium, es wird vergebens ſeyn/ uns wider den Tod zu wehren. 9) aequa mente parare occurſum fato, mit gleichgültigem Gemüth dem Tod entgegen gehen. 10)

tes, malunt 11) iacturam vitae inter inutilem luctum praestolari, quam praeuertere salutari industria: nos, vt ne hauriamur a pelago, actutum curabimus. Simul malum iam ruptum vi tempestatis, inque alterum latus nauigii tota mole incubantem, 12) penitus decussit, atque 13) in mare deuoluto eo libratum in efferatos fluctus corpus excepit, 14) inuocato nomine me cohortatus, vt idem auderem. 15) Vidisses proceram quamdam arborem, 16) concitatis omnibus Aeoli viribus illudentem radicum fide, planeque praeter tenerrimam sui partem, folia, immobilem: 17) tam praesenti videlicet, tam alacri placidoque ac sedato animo Mentor perseuerabat, veluti ventis pelagoque non obnoxius, sed imperans. Ego 18) (quis enim tanto monitore torpuerit?) ad eum rite captato saltu desilii. 19) Quisque sibi nauta et gubernator erat in natante malo. 20) Egregium hoc periclitantibus auxilium permittebat, quo consideremus, locum, 21) defecturi vtique maturius, 22) si cum vndis assidue fuisset luctandum. At quoties intemperie maris factum,

amentes, die nicht wissen/ was sie thun. 11) inter inutilem luctum praestolari iacturam vitae, unter vergeblichem Trauren seinen Tod erwarten. 12) penitus decussit, hat ihn vollends abgerissen. 13) in mare -- excepit, nachdem er denselben ins Meer hinab gewälzet/ so hat er sich mit dem Leib darauf hingeschwungen. 14) inuocato nomine, hat mir bey dem Nahmen gerufen. 15) vidisses, stelle dir vor. 16) concitatis -- fide, wider den alle Winde mit aller ihrer Gewalt/ wegen seinen tieffen Wurzeln/ nichts ausrichten können. 17) tam praesenti animo, so unerschrocken/ bey so gesetztem Muth. 18) quis -- torpuerit? wem sollte der Muth entfallen/ wann er einen solchen muntern Anführer hat? 19) quisque -- malo, wir leiteten selbst den schwimmenden Mast. 20) egregium -- locum, das kam uns in unserer Gefahr treflich zu statten/ daß wir etwas hatten/ worauf wir uns setzen konnten. 21) defecturi vtique maturius, da wir freylich bälder würden verlegen seyn. 22) si -- luctandum, wann wir beständig hätten schwimmen müssen.

vt versante se, cui insidebamus, trunco, 23) reuoluti in pontum inuito ore traheremus amaros latices, per distortas postea fauces, nares, et aurium etiam meatus redditos; 24) suscipiendaque esset cum vndis contentio, ne prohiberent in superiorem nauticae arboris partem eniti. 25) Quoties, pelago cumuli mole ceruicibus nostris superfuso, corpus ad stipitem applicandum erat validioribus lacertis, ne vnicam hanc salutis nostrae fiduciam tot tamque violenti aquarum assultus excuterent.

CAPVT IX.

1) Iniquissimo hoc rerum articulo non minor erat Mentori tranquillitas, atque nunc considenti hoc tantae amoenitatis loco. Credisne, inquit, Telemache, salutem tuam permissam tempestatum licentiae? 2) exstinguendam diis nolentibus? erras, et maxime. A diis ordinantur, quae fiunt. Illi timendi, non vndae. 3) Exsistis inter pelagi immensas abyssos? euades inde, si velit, Iouis manu. Sideribus altior Olympum tenes? volente Ioue aut imas in abyssos, aut in tartarum puniendus aeternis flammis rues.

4) Admirationi haec, cui attendebam, vox mihi fuit,

23) reuoluti -- redditos, wir fielen ins Meer/ und mußten das bittere Meer-Wasser in uns schlucken/ das wir hernach durch den Hals/ Nasen und Ohren wieder von uns gaben. 24) suscipienda -- eniti, wir hatten genug zu thun/ uns wider die Wellen zu wehren/ bis wir wieder auf den Mastbaum hinauf kamen. 25) quoties -- lacertis, wie oft schlugen die Wellen über uns zusammen/ und mußten wir uns immer fester an dem Balken halten.

(Cap. IX.) 1) iniquissimo -- articulo, in diesen so äusserst gefährlichen umständen. 2) exstinguendam diis nolentibus, meynst du/ daß dieses (dein Leben) dir könne genommen werden/ ohne Willen der Götter. 3) exsistis, gesezt/ du wärest. 4) admirationi -- solatio, ich mußte mich über die-

fuit, neque nulli solatio. At 5) suspensus adhuc aegritudine animus non sufficiebat responso. 6) Prohibebamur mutuo aspectu. 7) Nox tota exacta trepidatione et algore succussis artubus. 8) Haerebamus adhuc in altera duntaxat parte vitae, incerti, quo propelleremur ita turbulento aëre. Tandem, desaeuiente eo, minui periculum coepit, et paulatim leniri maris ferocitas; 9) superstite aestu irato similis, qui fessus ex peruicaciore mentis intemperie sibi redditur, haerentibus adhuc quibusdam ex bile reliquiis. Nihil tum audisses praeter tenuissimum fremitum pelagi, et immanes fluctus 10) eam fere speciem reliquerant, quam aratro scissae terrae sulci faciunt.

11) Inter haec aurora soli aperire viam, nobis diem ante alios serenum. 12) Ardebat innoxiis ignibus matutinum caelum, quemque diu fulgorem condiderant stellae, reddebant, 13) submotum deinde oriente Phoebo. Terram, quamquam procul, conspicimus, 14) eamque versus ventis iam secundis promouemur. Tum ergo 15) spem animo renatam


 meo

se seine Rede verwündern/ und sie gab mir einigen Trost: 5) suspensus -- responso, da mein Gemüth noch voller Sorgen war/ war ich nicht im Stand/ ihme zu antworten. 6) prohibebamur mutuo aspectu, wir konnten einander nicht sehen. 7) nox -- artubus, wir brachten so die ganze Nacht zu/ und zitterten vor Frost. 8) haerebamus -- vitae; wir waren halb todt. 9) superstite -- reliquiis, gleich einem erzürnten Menschen/ der von den heftigen Ausbrüchen seines Jähzorns müd/ und nach und nach zu sich selber kommt/ und doch noch einige Merkmale bisweilen von seinem erbitterten Gemüth blicken lässet. 10) eam -- faciunt, waren gleich denen Furchen auf einem frisch gepflügten Feld. 11) inter haec -- serenum, unterdessen brach die Morgenröthe nach und nach hervor/ und versprach uns einen sehr heitern Tag. 12) ardebat -- caelum, der Himmel war gegen Morgen voll Feuer. 13) submotum -- Phoebo, der sich aber bald wieder verlor/ da die Sonne kam. 14) eam versus promouemur, wir wurden gegen demselben getrieben. 15)

meo concipiebam. Ceterum ex comitibus, quos Aristodemus dederat, nemo apparuit. Desperata salute, 16) credo, gurgitibus vna cum naui abreptos periisse. Nos autem, cum iam vicinior esset crepido, ad rupes vnda declinauit: 17) prominebant in apices capita, quibus, timor fuit, ne contunderemur. Sed 18) iuncta opera fulcrum nostrarum animarum, malum, recta infestae cauti obuertimus, Mentore lignum, 19) qua optimus quisque nauta gubernaculum peritia, moderante. Ita 20) auersis ab hoc inter vltima non spernendo malo 21) ora se obtulit amoeno et aequabili tractu, praeter quam facillimo natatu processimus, donec ambos vnda arenis applicuit. Ibi a te, 22) magnum numen, conspecti, ibi in insulam hanc tuam tam benigne admissi, tam benigne accepti sumus.

Finis Libri Sexti.

spem -- concipiebam, die Hoffnung wurde wieder lebendig in mir. 16) credo -- periisse, vermuthlich sind sie/ weil sie sich sonst nicht zu helfen wußten/ mit dem Schiff zu Grund gegangen. 17) prominebant -- capita, es ragten an denselben Spitzen hervor. 18) iuncta -- obuertimus, wir lenken mit vereinigter Macht/ den Mastbaum als die einige Hoffnung unsers Lebens/ gerade gegen dem Felsen. 19) qua optimus quisque nauta peritia, so gut als der erfahrenste Schiffmann. 20) auersis -- malo, nachdem wir zulezt auch diesem grosen Unglück entgangen. 21) ora -- tractu, zeigte sich uns eine angenehme und ebene Küste. 22) magnum numen, O! grose Göttin.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.



Postquam Telemachus hanc narrationem absoluit: Nymphae 1) mutato obtutu, quem in iuuene defixerant nec corporis motu eatenus interpellatum, inter se aspicere, dehinc loqui cum stupore coeperunt: Ecqui tandem hi diis tam dilecti homines? 2) eccuius ad aures vmquam peruenerunt tanta fatorum pro-

(Cap. I.) 1) mutato - - interpellatum, nachdem sie die Augen, die sie vorher ohne die geringste Leibes-Bewegung auf ihn gerichtet hatten, abgewandt. 2) eccuius - - pro-

prodigia? abs Te Vlysse vitam accepit. At 3) tu a nato tuo incrementum facundiae, sapientiae, fortitudinis, genitor, cape! 4) quae morum compositio! quae oris species! quam leniter perseuerantes vultus! quae modestia! et (quod primum) 5) quae agendi nobilitas! quam apta ad excelsa indoles! nisi constaret, ex mortali eum esse genitum, 6) error vix sit, aut aeternae iuuentutis Bacchum, aut 7) Maiae filium, aut Apollinem credi. Et Mentor iste quis est? 8) ad rudem obscuramque plebem eum obtutus simplex amandat; 9) acrior autem et propior nescio quid diuini in illo reueretur.

Hi fere sermunculi turbauere deam, vt nec praesentes pauor eius fefellerit. * A Mentoris ad Telemachi, ab hoc ad illius vultum diuertebat inconstans oculus. Interdum hortabatur, vt, quae narrasset, ordiretur de integro; paulo post idem destitit petere, 10) suo ipsius intercisо sermone. Ad vltimum repente digressa loco, in quo sederat, myrtis consitum nemus sola intrat cum Telemacho: scrutatur ex eo, quantum licebat diuinae sagacitati, num mortali forma numen quoddam Mentor absconderet? Sed 11) quis ab ignaro notitiam? Certiora docere percontantem hospes non poterat. Prosequebatur Miner-

digia? wer hat jemal so wunderbare Schicksale gehört? 3) tu a nato - cape, der Ruhm deiner Beredsamkeit, Weisheit, und Tapferkeit, o! Vater, wird durch diesen deinen Sohn weit vermehret. 4) quae morum compositio! was hat er nicht vor zierliche Geberden! 5) quae agendi nobilitas! welch eine vortrefliche Gröse in allen seinen Handlungen. 6) error vix sit, so würde man nicht irren, wann rc. 7) Maiae filius, der Mercurius. 8) ad rudem - - amandat, wann man ihn nur obenhin ansiehet, so meynet man, er seye von dem geringsten Pöbel. 9) acrior - - reueretur, wann man ihn aber genauer und näher betrachtet, so muß man was göttlichs an ihm verehren. * a Mentoris - - oculus, bald sahe sie von Mentor auf den Telemach rc. 10) suo - - sermone, und brach ihren eigenen Discurs ab. 11) quis ab ignaro notitiam? wie sollte er ihr Nachricht hievon

Minerua itinera eius Mentoris habitu. At hoc ipsum manifestum esse nolebat hac aetate iuueni, 12) difficilius vtique celaturo, si resciuisset, diuinum consilium. Per extrema porro discrimina 13) tentatum ibat iuuenilem animum. Audacissimus ergo futurus erat, et ad vltima quaeque interritus, si Mineruae praesentiam non ignorasset. Itaque Mineruam Mentorem esse credebat, nec vllo Calypsus studio detegebantur quae rescíscere cupiebat.

CAPVT II.

Dum ita Calypso agit cum iuuene, Mentor quaestionibus, a Nymphis animi gratia propositis, obruitur. Alia, 1) quae itineri eius ad Aethiopes se coniunxisset fortuna? alia, quid vidisset Damasci? percontabatur. Fuit etiam, quae rogaret, 2) num quis ante decennale bellum ipsi cum Vlysse fuisset vsus? omnibus ab ipso placidissime responsum, et 3) simplicibus verbis, nihilque de mira suauitate eius detrahentibus. Sed abrumpebat sermonem, quem miscebant, maturior diuae cum Telemacho reditus. Haec, tum puellis ad colligendos flores, atque 4) ad fallendas cantibus iuuenis horas sese accingentibus, Mentorem seducens, conabatur tam solitario congressu non tantum respondendi, sed 5) sermonis etiam secum conferendi necessi-

geben / da er es selber nicht wußte. 12) difficilius -- consilium, als der das göttliche Vorhaben nicht wohl würde haben verschweigen können. 13) tentatum ibat, sie wollte versuchen.

(Cap. II.) 1) quae -- fortuna, wie es ihm auf seiner Reise zu den Aethiopiern ergangen. 2) num quis ei fuisset vsus, ob er eine Bekanntschaft gehabt hätte. 3) simplicibus -- detrahentibus, mit einfältigen Worten / die aber doch dabey voller Annehmlichkeit waren. 4) ad fallendas -- horas, dem Jüngling die Zeit mit singen zu vertreiben. 5) ser-

cessitatem afferre. 6) Lenissimi vapores illi, quibus soporem Morpheus creat, haud sese mitius insinuant ingrauescentibus palpebris ac debilitatae laboribus industriae, quam blandimenta diuinae vocis ad deliniendum Mentorem. Ceterum numquam diua non sensit, esse in hoc homine superius quid omni eo, quod posset ipsa vel viribus vel illecebris. Vt enim 7) praerupta cautes frustra tentatur humano vestigio, 8) ventisque illudit potius quam obsistit, si aut vicina aut altior nubibus: ita inutilissime Calypso tentabat obfirmatam ad celandum se Mentoris constantiam. Is quippe apta simulatione eam adducebat quandoque in spem, cumulatis interrogatiunculis implicitum proditurum simpliciter, quae tegebat animo. At 9) vix ingressa in eam haesit, 10) omnibus, quae iam credebat manifesto tenere, vel vnica breui Mentoris responsione recidentibus in caliginem dubiae suspicionis.

Ita dies absumti a dea nunc adhibitis Telemacho blanditiis, nunc rationibus inueniendis, quibus alienaret a Mentore discipulum, 11) posteaquam toties delusa magistrum sibi apertum fore desperauerat. Ergo

monis - - afferre, ihn zu nöthigen/ mit ihr zu sprechen. 6) lenissimi - - Mentorem, die angenehmste Dünste/ mit welchen Morpheus sonsten die Menschen einschläfert/ können sich nicht so sanft in die müde Augenliede und matte Glieder einschleichen/ als die schmeichlende Worte dieser Göttin gegen dem Mentor: d. i. sie gab ihm die freundlichste/ beste Worte. 7) praerupta - - vestigio, ein Mensch vergebens einen gähen Felsen zu besteigen sucht. 8) cautes illudit potius quam obsistit ventis, ein Fels achtet der stürmenden Winde nicht. 9) vix - - haesit, wann sie kaum diese Hoffnung in etwas hatte/ so wurde sie wieder in Zweifel gesezt. 10) omnibus - - suspicionis, wann sie schon meynte/ sie würde jezt etwas gewisses erfahren/ so gerieth sie durch eine einige kurze Antwort des Mentors wieder in vorige Ungewißheit und Zweifel. 11) posteaquam - - desperauerat, nachdem sie sich so oft in ihrer Meynung betrogen gefunden/ und nun keine Hoffnung mehr hatte/ zu erfahren/

Ergo 12) vt primis amantium igniculis ad illecebras rude etiamdum iuuenis pectus libaret, 13) seruitio eius ex Nymphis destinat, quarum excellebat forma; 14) accessitque huic furto ingens a maiori numine, quam erat ipsa, auxilium.

CAPVT III.

Venerem, perseuerante adhuc dolore, quem spreto apud Cyprios cultu eius Mentor et Telemachus 1) inusserant, vehementius tum coepit affligere, quod ambo ex procellis, ad plectendam temeritatem illorum concitatis, sine noxa euasissent. Iouem certe conuenit grauissimis querelis. Et ille celans, iuuenem Mineruae praesidium habuisse Mentoris habitu, 2) lenisque modico risu, copiam facit indignanti diuae omnes persequendi vias, quibus sibi videretur ad vindictam posse peruenire. Ergo illa delabi Olympo; negligere odores, quos arae Paphiae, Cythereae, Idaliaeque numini eius exhalant; 3) volare curru iugalibus columbis; arcessere Cupidinem, et 4) (percurrente os diuinum maestitia, ex qua vel ipsa decus formosissimae accedebat) sic eum affari:

Videsne, nate, homines, quibus potentia tua despectui, mea ludibrio est? ecquis numen nostrum adorabit in posterum? i, tela habes; amborum corda (ferrum sint licet) feri. Hanc in insulam mecum

 dela-

wer dieser sein Anführer wäre. 12) vt primis - - libaret, daß sie einige Funken der Liebe in der noch jungen Brust anzünden möchte. 13) seruitio - - forma, sie bediente sich hierzu der schönsten Nymphen. 14) accessit - - auxilium, eine noch grösere Göttin half ihr zu diesem Betrug.

(Cap. III.) 1) dolorem alicui inurere, einem Schmerzen erwecken. 2) lenis - - facit, lächelte sie freundlich an/ und gab ihr Vollmacht. 3) volare - - columbis, eilte auf ihrem mit Tauben bespannten Wagen. 4) percurrente - - accedebat, mit einem Gesicht voll Betrübniß/ die aber ihrer

delabere. Quae agenda, ex me nunc Calypso percipiat. 5) His dictis exceptam aurea nube vectamque per aërem tellus et Calypso accipit, quae tum forte ad marginem fontis paulo longius a specu sua 6) nulla comite secesserat. Itaque Venus:

Miseram te deam! ab Vlysse spreta, sperneris amplius ab Vlyssis filio. Sed ecce! 7) subsidium tibi ferendum et vindictam ipse properat, amoribus qui praeest, deus. Hunc accipe. Patere illum cum Nymphis tuis esse; nam 8) et in Naxo (insula) liberi patris pueritiam curarunt Nymphae. Puerum credet Telemachus, qui hic genitus et innoxius sit. At 9) faxim, ille quid valeat, ne ignoret diu. Haec Venus. Mox, 10) euehente eam nube, qua descenderat, tollitur, 11) odore, qualem ambrosia reddit, per circumiecta Calypsus nemora recessusque diffuso.

Remanebat itaque puer in Calypsus amplexu. Non potuit non haec, quamquam dea, sentire ignes, 12) qui iamiam tentabant sinus. Erat ex Nymphis proxima Eucharis. Huic, 13) vt frangerentur primi huius repentini caloris impetus, tum 14) Veneris pignus dedit, 15) consilio deinde millies damnato.

schönen Gestalt nur mehr Annehmlichkeit brachte. 5) his dictis -- accipit, nachdem sie dieses gesprochen, begiebt sie sich auf einer guldenen Wolke durch die Luft herab auf die Erde und zu der Calypso. 6) nulla comite, ganz allein. 7) subsidium ferendum properare, eilen, Hülfe zu verschaffen. 8) et in -- Nymphae, es wurde auch der Bacchus ehedessen als ein Kind in der Insul Naxus von den Nymphen erzogen. 9) faxim ne ignoret diu, er soll es bald inne werden. 10) euehente nube tollitur, fährt sie in der Wolke wieder auf. 11) odore -- diffuso, ein herrlicher göttlicher Geruch erfüllte alle herumligende Wälder. 12) qui -- sinus, das Feuer welches sich schon bey ihr einschlieche. 13) vt -- impetus, um die erste heftige Empfindung der Liebe zu dämpfen. 14) Veneris pignus, den Cupido. 15) consilio -- damnato, welches sie nachgehends wohl tausendmal

minato. Inter initia quidem consuetudinis eius nihil in hoc puero apparebat, 16) quod aut emendaret innocentia, aut mansuetudo, ipsaque venustas non amaret. Nihil eo candidius, nihil blandius. Crebrae lepidaeque assentatiunculae, oris tenerrima perpetuaque iucunditas non nisi laeta intuentibus promittebat.

CAPVT IV.

At vel ipsa blandiendi exordia incautius illis confidentibus inspirabant incognitum virus. Adulabatur simulator nequissimus, vt deciperet, 1) nec soluebatur risu, nisi aut machinatus pestem, aut machinaturus. Abstinebat Mentoris congressu. Inuisa erat 2) leuiculo grauitas ignoti viri, quem sentiebat 3) numquam obnoxium futurum vulneri, posteaquam omnia amoris tela hebetasset. 4) Nymphas vero celeriter flamma corripuit, puerili imponentis specie; 5) curabantque, ne fatalis plagae indicium sauciatus animus euolueret.

Interea Telemachus puerulum inter Nymphas lusitantem conspicatus, visaque pulcritudine eius stupore captus, 6) adductum in amplexus nunc sinu, nunc brachiis fouet. At dum amplectitur eum, dum admi-

beretet. 16) quod - - mansuetudo, welches unschuldiger und sanftmüthiger hätte seyn können: nichts als unschuld/ Sanftmuth/ Annehmlichkeit.

(Cap. IV.) 1) nec - - machinaturus, er lachte nie/ als wann er ein unglück angerichtet hatte/ oder anrichten wollte. 2) leuiculo, dem leichtfertigen Vogel. 3) numquam obnoxium esse vulneri, nicht können verwundet werden. 4) Nymphas - - specie, die Nymphen wurden bald durch die betrügliche Gestalt des Knaben entzündet. 5) curabant - - euolueret, sie waren besorgt/ daß sie sich nicht etwas von diesem ihrem verwundeten Gemüth von aussen anmerken liessen. 6) adductum - - fouet, hat ihn bald in

admiratur, 7) ſentit minus recte habere animum. Cauſſam huius rei perſcrutari non valuit. 8) Incerta et arcana voluptate eo liqueſcebat magis, quo innocentiores captabat ex conſuetudine tam tenerae aetatis iocos. Viden' has Nymphas? ad Mentorem aiebat. 9) Vt abeunt a moribus Cypriarum mulierum! pulcritudinem illarum ex Cypro aperta libido deformat honeſtis oculis. Praeſentes formas, 10) praeterquam quod exſtingui non valent, ipſa innocentia, ipſa modeſtia, ipſe candor commendat intuentibus. 11) Comitabatur has voces rubor, loquentis vultui, incerta tunc ipſi cauſſa, ſuffuſus. Nec tacere poterat, nec, quae erat orſus, perſequi. Ceterum ipſe ſermo eius 12) alias interruptus, alias obſcurus, atque etiam 13) deflectens a ſenſu.

Tum Mentor cum gemitu: periclitabaris quidem, Telemache, in Cypro; at quanto nunc magis in hac inſula, vbi vel ignoras te periclitari! Damnantur immania flagitia; horremus apertam impudentiam. 14) Venuſtas autem, quae procax non ſit, ipſa 15) continentia agendi nocet liberius. Dum amatur illa, 16) virtuti ſtudium credas impendi. Interim 17) male ſecurus animus ad prauae cupiditatis illecebras defluit,

den Schoos / bald in die Arme genommen. 7) ſentit - - animum, fühlt er eine Unruhe in ſeinem Gemüth. 8) incerta - - iocos, eine unvermerkte heimliche Luſt nahm ſein Herz deſto mehr ein / je unſchuldiger er mit dem Knaben zu ſcherzen meynte. 9) vt abeunt a moribus, wie ſind ſie ganz anderſt geartet. 10) praeterquam - - valent, neben dem / daß ſie beſtändig bleibt. 11) comitabatur - - ſuffuſus, indem er dieſes redete / wurde er unwiſſend warum / ſchamrete. 12) alias, theils. 13) ſermo deflectens a ſenſu, eine unverſtändliche Rede / daraus man nicht kommen kan. 14) venuſtas, quae procax non ſit, Schönheit / dabey man nicht verwegen iſt. 15) continentia agendi, ein mäſſiges Bezeugen. 16) virtuti - - impendi, glaubt man / man habe eine Neigung zur Tugend. 17) male - - defluit, ein Ge-

defluit, occultas, donec ferme 18) ad frenum occalluerunt mora. Fuge! fuge has Nymphas, Telemache, 19) tam indulgentes tuo arbitrio, vt 20) circumueniaris expeditiore fallacia. Fuge tuae scopulos iuuentutis; maxime autem hunc, cui blandiebaris, puerum. Quis sit quantusque, ignoras. Amorum deus est, a matre Venere hic depositus loci ad vindicandam iniuriam, quam illi inferebas spreto apud Cythereos sacrificio. Calypso (caue sis) tacta pueri manu, amat te; amat, 21) quidquid puellarum est circum amantem dominam. Quid? quod 22) ipse ardes, dum nec tepere putas animum.

CAPVT V.

Saepius interpellabatur a Telemacho Mentor: 1) quae hinc proficiscendi ratio? Vlysses 2) vixit, et nisi fallor, 3) diu est, cum vndae hauserunt naufragum. 4) Scilicet desperato meo patrisque reditu, Penelope non suffecerit repellendae illi phalangi procorum, et Icarius, quam genuit, coegerit nuptias. Et tu filium cogitare mones de reditu, intuiturum, si reuertar, genitricem aut impudentis Antinoi,

müth/ das zu seinem Schaden sicher ist/ läßt sich zur bösen Lust verleiten. 18) cupiditates occalluerunt ad frenum mora. die Begierden/ denen man lange nachgehängt/ lassen sich mit der Zeit nicht mehr im Zaum halten. 19) tam -- arbitrio, die sich so willfährig gegen dir bezeugen. 20) expeditiore fallacia circumueniri, desto leichter betrogen werden. 21) quidquid puellarum est, alle die Mägdlein. 22) ipse -- animum, du brennest selbst schon von Liebe/ ohne daß du es weissest.

(Cap. V.) 1) quae -- ratio, was haben wir vor ursach/ von hinnen zu reisen. 2) vixit, ist todt. 3) diu -- naufragum. er ist schon lang unter den Wellen begraben. 4) scilicet -- nuptias, die Penelope/ da sie keine Hoffnung vor sich gesehen/ daß ich oder mein Vater wieder kommen würde/ wird sich wol der grosen Menge der Werber nicht ha-

Antinoi, aut importunioris Eurimachi ſpolium, 5) innexamque alienis amoribus 6) poſt profanatam, quam genitori ſpopondit, fidem? Oblita eſt Vlyſſem Ithaca. 7) Mortem afferet, non ſceptrum reuertenti filio. Portus intrare non licet noſtrae inſulae. Occupantur illi amantium manu, vt certior ſit noſter interitus nobis redeuntibus.

Ita 8) argutatur (Mentor aiebat) inconſulta cupiditas, quae 9) fauentes ſibi rationes ſubtilius indagans caecutit ad argumenta, quibus erroris conuincitur. 10) Armat ingenium nugaciſſima ſollertia, vt ipſa imponat ſibi, et 11) obtundat ſtimulos afflictae conſcientiae. Nonne beneficia recordaris a diis tanto numero collata, ne extra patriam peri- res? quam mirabili fato eripuere te Siculis? et 12) Aegyptiacae probrum ſeruitutis quam ſubita fortunae, quam felix ſubmouit mutatio! Mortem tibi minitantibus Tyri calamitatibus, nonne diuina fuit, quae te praeripuit manus? 13) tot tantisque prodigiis in tuam vnius ſalutem impenſis ignoras ſcilicet, quid fata deſtinauerint tibi. 14) Ignoras autem? imo et dignus es, qui ignores. Ego infelices hos locos deſero; quo modo? inueniam. Tu vero iam

ben erwehren können/ und der Icar wird ſie als ſeine Tochter ſchon genöthiget haben zu heurathen. 5) innexam alienis amoribus, mit einem andern Gemahl verbunden. 6) poſt profanatam fidem, nach gebrochener Treue: wider die Treue. 7) mortem -- filio, ſie wird mir ihrem Sohn bey meiner Wiederkunft eher zum Tod als zur Regierung helfen. 8) argutari, ſchwäzen. 9) fauentes -- indagare, alles was zu ſeinem Vorſtand/ Vortheil taugt/ ſorgfältig hervorſucht. 10) armat -- ſibi, ſo wendet man alle ſeine Scharfſinnigkeit mit Fleis dahin an/ ſich ſelbſt zu betrügen. 11) obtundere -- conſcientiae, die Vorwürfe des böſen Gewiſſens unterdrucken. 12) Aegyptiacae -- mutatio, welch eine ſchnelle und glückliche Veränderung hat dich von der ſchmählichen Dienſtbarkeit in Egypten befreyet. 13) tot -- impenſis, da du durch ſo viele und groſe Wunder bisher errettet worden. 14) ignoras -- ignores, ja was ſage ich?

tam prouido, tam magnanimo 15) satore indigna progenies harum in amplexu muliercularum 16) perge effeminari! i, tropaea gloriae tuae immortalis heros et semi-Deus Graeciae inter puellas constitue. Agedum, 17) quod caelum, quod, velut inferius gloria sua, tuus damnauit genitor, exsequere!

Haec contemtionis verba 18) in penitissimas vsque Telemachi medullas penetrauere. Namque et 19) peracute iis mouebatur, et 20) pudentissimo dolore exardebat, plurimum sollicitus, ne offenderet, neue amitteret virum tanti consilii, et seruatorem sui. At vero 21) totus aberrabat a se nouitia tunc libidine, quam ipse non nouerat. 22) Ergone, cum fletu inquit, hili a te ducitur oblata manere volenti immortalitas? imo, Mentor respondet, 23) minoris hilo, quidquid virtus, quidquid auersantur pii. Virtus te in patriam, et ad genitorum tuorum aspectum reuocat, damnatque, vesanae cupiditati quod paras, obsequium. Dii vero, quorum beneficio prorsus immortali 24) tot casibus terra marique superstes paternum nomen et gloriam adaequabis, iubent te ex hoc 25) sincerae gloriae exilio discedere. At tyrannus ille 26) plenus ignominiae,

du bists auch nicht werth / daß du es wissest. 15) Sator, Vater. 16) perge effeminari, lasse dich noch mehr weibisch machen. 17) quod caelum -- exsequere, thue nur das / was die Götter / was dein Vater als seinem Ruhm viel zu unanständig / weit verabscheuet. 18) in penitissimas medullas penetrare, sehr tief eindringen. 19) peracute moueri, sehr empfindlich gerühret werden. 20) pudentissimo dolore exardere, in eine Scham-volle Betrübniß versetzet werden. 21) totus -- libidine, durch die Lust / die ihn neuerdingen eingenommen / war er nimmer der vorige. 22) ergone hili a te ducitur, wird von dir vor so gar nichts geachtet. 23) minoris hilo ducere, weniger als nichts achten. 24) tot casibus superstitem esse, so viele Unglücks-Fälle überstanden haben. 25) sincerae gloriae exilium, ein Ort / wo kein wahrer Ruhm zu finden. 26) plenus ignominiae,

miniae, amor, vnus retinebit te. Vah! 27) quid Telemacho cum vita immortali, sed seruili, sed sterili virtutis et gloriae? vah vitam morte propter ipsam immortalitatem longe deteriorem!

CAPVT VI.

His muto gemitu responsum a iuuene. Alias optabat, vt ex loco tam fatali Mentor vel nolentem abstraxisset. Alias 1) impatiens erat temporis, quo etiamdum Mentorem cernebat versari in insula, 2) iuuenilis imbecillitatis monitorem amicum, grauem tamen iamiam auersanti. 3) Haec tum in iuuene feruebat cogitandi discordia, 4) aliud atque aliud nunc admouente, nunc, obtrusis recentibus, elidente animo, vt 5) mens nulli rei diutius insisteret: fere 6) sicut alia atque alia fluctuum mutatio ventorum vicissitudinem in mari consequitur. Interdum 7) littori omnibus artubus exporrectum corpus affixit. 8) Subinde illatus intimis saltuum latebris amaro indulgebat fletui, 9) edito clamore, quem rugitum credidisses, 10) membrisque omnibus

schändlich. 27) quid -- gloriae, was wird den Telemach ein zwar unsterblich/ aber dabey knechtisch Leben ohne Tugend und Ruhm helfen.
(Cap. VI.) 1) impatiens erat temporis, ward ihm die Zeit zu lang. 2) iuuenilis -- auersanti, der ihn zwar über seiner Jugend Schwachheit freundschaftlich erinnerte/ nunmehr aber beschwerlich und zuwider war. 3) haec tum -- discordia, solch ungleiche Gedanken regten sich in dem Herzen des Jünglings. 4) aliud -- animo, da er bald dieses bald jenes erwehlte/ bald wieder verwarf/ sich aus dem Sinn schlug. 5) mens nulli rei diutius insistit, sein Gemüth bleibt bey keiner Resolution lang. 6) sicut -- consequitur, wie auf dem Meer bald da bald dorten her die Wellen sich erheben/ je nachdem die Winde sich ändern. 7) littori -- affixit, hat er sich gestreckt/ auf das ufer hingelegt. 8) subinde -- latebris, oft hat er sich tief in den Wald hinein begeben. 9) edito -- credidisses, mehr gebrüllt als geschryen. 10) membra omnia miserabili macie arescunt,

bus miserabili macie arescentibus. 11) Recedentes sub fronte oculos igneus quidam ardor exedebat. Pallentem, animo deficientem et paene desperantem, 12) deformem Telemachum non esse Telemachum credidisses. Illa venustas et oris gratia, 13) ille lepor festiuae indolis, nobilis illa, et, 14) quae natos ad altiora decet, ferocitas decesserant. 15) Vidisses flosculum, cuius explicatum sub orientem solem apparatum elegantiae, et odores late diffusos matutina tempora admirantur, exstinguit vespera. 16) Eluitur tam varius quam illustris color: vigor eximitur: succus exhauritur: 17) maiestas verticis debilitato, quod eum sustineat, deprimitur. Ita 18) ablatis, quae seu ornant seu conseruant iuuentutem, neci admouebatur Telemachus.

Neque nesciebat Mentor, 19) alumnum suum 20) paulatim obsecundare violentae cupidini. Itaque 21) periclitanti statuit cauere consideratiore consilio. Obseruauerat, deam 22) impotenti iuuenis amore percussam; ipsum vero iuuenem in Nympham, quam Eucharin supra diximus, propendere. Atque hae

N Cupi-

er ward an seinem ganzen Leib elend und ausgezehrt. 11) recedentes -- exedebat, die Augen waren von verzehrender Hitze ganz eingefallen. 12) deformem -- credidisses, er sahe ihm selber nicht mehr gleich. 13) ille -- indolis, sein aufgeraumtes Gemüth. 14) quae -- ferocitas, sein herzhafter edler Muth. 15) vidisses -- vespera, er war gleich anzusehen wie eine Blume / die früh Morgens schön blühet / und herrlich riechet / gegen Abend aber verwelket. 16) eluitur -- color, seine so bunte und ansehnliche Farb verliert sich. 17) maiestas -- deprimitur, er kan sein ansehnliches Haupt kaum mehr empor heben. 18) ablatis -- Telemachus, so verlor Telemach allen Pracht und Stärke seiner Jugend / und war dem Tod nahe gekommen. 19) alumnus, dieser sein Untergebener / der ihme zu erziehen anvertrauet wäre. 20) paulatim -- cupidini, nach und nach sich von seinen heftigen Begierden überwinden lassen. 21) periclitanti alicui cauere consideratiore consilio, eines Gefahr durch wohlbedachten Rath suchen abzuwenden. 22) impotenti alicuius

Cupidinis sunt artes. 23) Ne sine supplicio amet mortalitas, id agit crudeli ingenio suo, vt 24) nulla fere amantis apud amatum sit gratia. Mentor ergo data opera constituit Telemachum deae 25) suspectum reddere de alienis amoribus. Scilicet Eucharis rogata fuerat a iuuene, venatum se deduceret. Tum Mentor 26) commode veniens in Calypsus colloquium, 27) venandi studium, inquit, quod adhuc aut non fuit, aut me fefellit, alumnum meum mirum in modum, imo et in nauseam trahit ceterarum oblectationum. Solis montibus, saltuumque recessibus gaudet, et ipsis adeo, 28) quorum horridior facies alias delicatam iuuentutem consueuit repellere. 29) Tuumne, o diua, numen ardorem hunc iuueni?

CAPVT VII.

1) His illa vocibus acerbius perculsa, quam vt silentio eas exciperet: Iuuenis hic, inquit, adhuc contemtor voluptatis, illius etiam, 2) quae

amore percussum esse, heftig in einen verliebt seyn. 23) ne sine - - mortalitas, damit die Menschen bey ihrer Liebe nicht ohne Pein/ Marter bleiben. 24) nulla - - est gratia, eine verliebte Person ist gemeiniglich bey der andern/ in die sie verliebt ist/ nicht leicht angenehm. 25) de alienis amoribus suspectum reddere aliquem, einen in Verdacht bringen/ als ob er anderswo seine Amour suchte. 26) commode venire in alicuius colloquium, bequeme Gelegenheit bekommen mit einem zu sprechen. 27) venandi studium eum in nauseam trahit ceterarum oblectationum, er ist so sehr auf das Jagen verpicht/ (ein solcher Liebhaber vom Jagen) daß er alle andere Ergötzlichkeiten dargegen nicht achtet. 28) quorum - - repellere, vor deren Wildnuß sich sonst die Jugend scheuet. 29) tuumne - - iuueni? sc. inspirauit, hast du etwa/ O! Göttin/ ihm diese heftige Begierde beygebracht.

(Cap. VII.) 1) his - - perculsa, diese Rede verdroß sie zu

2) quae Cyprum effeminat, nunc 3) mediocribus vnius femellae et pedissequae meae ornamentis deuincitur. 4) Illene iactare suarum prodigia virium, quem vilis adeo indignaque voluptas debilitat? 5) quem non videntur nisi ad ancillularum seruitutem destinasse fata? nihil iucundius erat Mentori, quam haec luculenta 6) ex aemulationis aegritudine nata Calypsus perturbatio. Vocem non addidit, ne 7) diffidentiae aperiret locum. 8) Afflicti duntaxat et dolentis vultu maerentem aspexit. Itaque diua hospitem nihil celabat praesentium, quae 9) molestiam sibi conflarent; 10) nec ex querelis emergere poterat muliebris dolor. Vt autem Mentor 11) certiora de venatione illa sermoni immiscuit, tum vero in rabiem coepit agi, et 12) penitus a se ipsa discedere. Neque enim dubitabat, Telemachum id genus relaxandi animi poposcisse, vt furtim secedens a reliquis Nymphis sine arbitris compellaret Eucharin. Itaque cum ab amantibus iam etiam secunda decerneretur venatio: Calypso satis certa, Telemachum iterum magis de irretiendis animis quam feris cogitare, vt 13) amatorium hoc furtum

prae-

sehr. 2) quae Cyprum effeminat voluptas, die Wollust / deren die Cyprier auf weibische Weise ergeben sind. 3) mediocribus -- deuincitur, läßt sich jezt durch die mittelmässige Schönheit eines Mägdleins / und zwar meiner Bedientin überwinden. 4) illene -- virium, sollte sich der so groser Streiche austhun. 5) quem -- fata, der nach dem Verhängniß ein Sklav der Mägde seyn solle. 6) ex -- perturbatio, eine aus Eifersucht entstandene Gemüths-Unruh: Ialousie. 7) diffidentiae aperire locum, Gelegenheit geben zu einem Mißtrauen. 8) afflicti et dolentis vultu maerentem, einen in seiner Betrübniß mit einer gleichfals bekümmerten und mitleydenden Mine ansehen. 9) molestiam alicui conflare, einem Verdruß erwecken. 10) nec ex -- dolor, sie konnte an ihren betrübten Klagen kein Ende finden. 11) certiora de re sermoni immiscere, die gewissere Umstände von etwas erzehlen 12) penitus a se discedere, ganz ausser sich selbst gesetzet werden. 13) amatorium

praeuerteret, enunciat, se vna processuram in siluas. At illico victa praecipiti dolore, 14) his vocibus coepit in iuuenem debacchari:

Huc ergo, 15) vecordissime iuuenum, tua te egit temeritas, vt et illatum a Neptuno naufragium, et 16) inferendum ab iratis diis supplicium, vtrumque iustissimum, effugeres? anne potius, vt in regno hoc meo, in regia hac mea, 17) vestigiis mortalium aeterna lege fatali, potentiam meam illuderes, 18) benignitatem profanares? 19) huc Olympi, huc stygis numina! audite 20) mortali sacrilegio profanatam infelicem deam! 21) hoc perfidiae, hoc ingrati, hoc impii animi monstrum quid cunctamini disperdere? patre tuo non solum immanior, sed longe etiam multoque malificentior, primo omnia illius 22) mala diuturnitate ferrea, aerumnis horribilia, deinde his etiam asperiora velim persentiscas. 23) Ithacam tuam pauperculam et diobolarem, faxo, numquam, numquam (deae vota si quid possint) aspicias, ex quo tu eam ipsi adeo immortalitati, 24) proprio caelestibus dono, non erubuisti praeponere. Imo aspicias, sed a longinquo, et 25) iamiam periturus iniuriae meae vltricibus aquis. Tum

furtum praeuertere, dem heimlichen verliebten Streich zuvor kommen. 14) his--debacchari, ist in diesen heftigen Verweis über den Jüngling ausgebrochen. 15) vecordissime iuuenum, du toller Jüngling. 16) inferendum--supplicium, die Strafe der Götter, die noch sollte über dich verhänget werden. 17) vestigiis--fatali, welche (Königliche Burg) kein Mensch nach den ewigen Gesetzen ohne Gefahr der Strafe betreten sollte. 18) benignitatem alicuius profanare, eines Güte mißbrauchen. 19) huc, herbey zur Hülfe. 20) mortali sacrilegio profanata dea, eine von den Menschen entheiligte Göttin. 21) hoc--monstrum, diesen treulosen unmenschen. 22) mala--horribilia, langwühriges und grausames Ungemach. 23) Ithacam--diobolarem, dein armseliges, elendes Ithaca: das kaum zwey Heller wehrt. 24) proprium caelestibus donum, etwas das nur den Göttern zukommt. 25) iamiam--aquis, wann du

Tum vero corpus tuum 26) expulſo ingratiſſimo ſpiritu, poſtquam ſatis fuerit iactatum immani ponto, has in arenas 27) vindictae meae adminiſtri, fluctus, eiiciant, 28) futurum nullo ſepulcro volucribus ſpolium. Quam paſcam hos oculos, cum 29) flagitiorum tuorum participes artus impuri vultures diripient! cum funeſto ſpectaculo adeſſe cogetur vel ipſa, quam 30) deperis miſer! cum in partes diuulſum cor turpiſſimi huius cadaueris dotem tradam infelici amaſiae! tum deſperabit, 31) contabeſcet; mihi vero inde ſalus, inde ſpes noua felicitatis ſuſcitabitur.

CAPVT VIII.

Haec vociferantis 1) ardebant inflammati oculi: 2) errabant obtutus crebro celerique motu et inuſitata quadam caligine truculentiaque efferati: 3) inhorreſcentes genae foedum in modum liueſcebant intercurrente nigrore. 4) Momentis ſingulis alius in amentis vultu reſpondebat color. 5) Subinde toto ore vnus pallor isque recentis funeris apparebat. 6) Quae modo prodigebantur, rarius

N 3 mana-

jezt in den Waſſern ſterben wirſt / die mein Unrecht rächen werden. 26) expulſo -- ſpiritu, wann dein undankbarer Geiſt von dir geſchieden. 27) vindictae -- fluctus, die Wellen / die mir zu meiner Rache helfen werden. 28) futurum -- ſpolium, daß er unbegraben von den Vögeln gefreſſen werde. 29) flagitiorum participes artus, deine laſterhafte Glieder. 30) deperire aliquam, in eine ſterblich verliebt ſeye. 31) contabeſcere, vor Leyd zergehen.

(Cap. VIII.) 1) ardent inflammati oculi, die Augen ſind voll Feuer. 2) errabant -- efferati, ihre Blicke giengen ſchnell hin und her / und waren ganz finſter / und grauſam. 3) inhorreſcentes -- nigrore, die zitternde Wangen waren blau und ſchwarz untereinander. 4) momentis -- color, alle Augenblick entfärbte ſich ihr Geſicht. 5) ſubinde -- apparebat, jezuweilen ſahe das ganze Geſicht bleich und wie eine Leiche aus. 6) quae modo prodigebantur lacrimae,

manabant lacrimae, 7) ardore animi in rabiem desperationemque acti forsitan exsorbente, quidquid humectare dolentis vultum poterat. 8) Vix adhuc per moras et singulae cadebant. 9) Vox delapsa ad rauim interpellata tremore, iugulatoque spiritu iterum atque iterum intermissa. Mentor nihil 10) hoc articulo rerum non obseruabat. Ceterum 11) perdita toties opera ratus Telemachum collocandum inter depositos, deinceps ab eo sermonem abstinuit. Adiectis tamen subinde oculis commiserationem testabatur.

Contra iuuenis stimulatus conscientia se reputans indignum, quem Mentor diligeret, non mouere, non attollere oculos audebat, ne scilicet 12) in obtutum amici inciderent, cuius vel silentio damnabatur. Nonnumquam 13) erecta cupiditas inuadendi in collum eius, vt, quantum se poeniteret commissi erroris, ostenderet. Sed alias immaturus eum pudor restrinxit, alias 14) inconsulta religio, 15) ne plura poenitentiae indicia dolor ostenderet, quam quae vtilia fuissent amanti tam dulce periculum, 16) Neque enim impetrare a se potuit, vt nun-

die Thränen / die sie sonst häuffig vergoß. 7) ardore - - poterat, da die Hitze ihres rasenden Gemüths gleichsam alle Feuchtigkeit in ihren Augen verzehrte: vor rasendem Zorn konnte sie nicht weinen. 8) vix - - cadebant, kaum flosse noch je und je eine Thräne. 9) vox - - intermissa, ihre Stimme war rauh / haischer / und wegen zurückgehaltenem Athem öfters unterbrochen. 10) hoc articulo rerum, bey diesen umständen. 11) perdita - - depositos, da seine Mühe so oft an ihm vergebens gewesen / so gedachte er den Telemach ganz aufzugeben. 12) in obtutum alicuius incidere, einen erblicken. 13) erecta - - eius, kam ihm aufs neue eine Begierde / ihm um den Hals zu fallen. 14) inconsulta religio, eine unbesonnene Furcht. 15) ne plura - - periculum, er möchte aus allzugroser Betrübniß mehrere Kennzeichen der Reue von sich blicken lassen / als ihme / der nun seine süß scheinende Gefahr liebte / verträglich wäre. 16) neque - - libidini, dann er konnte sich noch nicht so weit über-

nuncium remitteret libidini, in animi caecitate amplius nociturae.

Dii deaeque in Olympo conuenerant. Altum erat ibi ſilentium. Fixis duntaxat in inſula Calypſus oculis 17) ſuſpendebantur euentu, quod Mineruae cum Cupidine erat, certaminis. Iſte ludibundus cum Nymphis, quidquid in inſula capax erat amandi, accenderat. Illa Mentoris ſpecie 18) aemulationem, aeternam amoris comitem, adhibebat teli loco. Ioui 19) ſine partium ſtudio et otioſe ſpectare pugnam fixum erat.

CAPVT IX.

Inter haec Eucharis ad roboranda vincula, quibus Telemachi animum induerat, 1) vniuerſis artibus ingenii ſui incubuit, verita, ne vinculis illis expediretur. Secundo 2) ad exagitandas feras contenditur. Illa aſſumto Dianae habitu, 3) nouisque ab amantium diis in eam diem aucta lenociniis, admirationem demſerat Calypſus pulcritudini. Dea certe ſimul e longinquo eam intuens, ſimul in fonte, prae ceteris pellucido, formam ſuam ſpeculata, erubuit; antrique ſui abditiſſimum angulum ſubiens, coepit occultis queſtibus ſe ipſam deflere:

4) Ergone amantes non obturbaui, pronunciatis etiam

winden / daß er ſich von der Luſt ſeines Herzens los riſſe. 17) ſuſpendi euentu certaminis, mit Verlangen warten / wie der Streit ablaufen werde. 18) aemulatio aeterna amoris comes, Eiferſucht begleitet immer die Liebe: iſt von der Liebe unzertrennlich. 19) ſine partium ſtudio, unpartheyiſch / neutral: ohne ſich des einen oder des andern Theils anzunehmen.

(Cap. IX.) 1) vniuerſis - - incumbere, alle ſeine Liſt anwenden. 2) ad - - contenditur, man geht auf die Jagd. 3) nouisque - - pulcritudini, und war von der Venus und Cupido auf ſelbigen Tag mit neuer und ſo reitzender Schönheit geziert / daß ſelbſt die Calypſo nichts dargegen war. 4) ergone - - obturbaui, ſo haben ſich dann dieſe Verliebte doch

etiam verbis, me vna processuram in siluas? quid agam? procedamne? scilicet praesentia mea formosulae illi triumphum afferat? 5) species mea incrementum alienae venustati adiiciat, et 6) ex vultu meo Telemachus ignium, quibus in illam est inflammatus, suorum alimentum legat? miseram me! vah! quid feci? ratum est: non procedam; sed nec procedent ipsi, 7) Impedire dea nouerim. Mentorem adeo: amasium auferat; Ithacae reddat. Haec postulabo virum, 8) postulabo autem? 9) quid Calypso post ablatum Telemachum? vbi sum? quid restat? Venus! vah immite! vah non amandum amoris Numen! tu me decepisti. Perfidam! vah perfidam donantis manum! et tu Cupido pestifer! scilicet 10) bene mihi vt sit cum illo Graeculo, te hoc admisit pectus. 11) Quot nunc perturbationibus tu istud obruis, desperationibus quot laceras? 12) alienatae a domina famulae. Ecquid mihi diuinitas? nimirum ne mea non aeterna sit miseria. Morte vtinam finire dolores immortalis queam! at tu certe, 13) me male viua, morieris Telemache! 14) feram supplicium, a quo ferre non potui gratiam. Praesente formosula tua, hac cades manu. 15)

nicht irre machen lassen/ unerachtet ich mich erklärt habe. 5) species -- adiiciat, solle meine Gestalt jener ihre noch ansehnlicher machen? (nämlich durch gegeneinander Haltung beyder.) 6) ex vultu -- legat? solle Telemach aus meinem Angesicht/ (wann er nämlich dasselbe neben seiner Eucharis erblickt/) nur noch mehr Zunder vor seine Liebe gegen jene bekommen? 7) impedire dea nouerim, ich will ihnen als Göttin schon wissen davor zu thun. 8) postulabo autem? wie mag ich aber dieses fordern? 9) quid -- Telemachum, was wird Calypso anfangen/ wann Telemach fort ist. 10) bene mihi vt sit cum illo, daß ich mit ihm vergnügt leben möchte. 11) quot nunc -- laceras, in wie viel unruhige und verzweiflende Gedanken bringest du mich. 12) alienari ab aliquo, von einem abtrünnig werden. 13) me male viua, indem ich unglücklich lebe. 14) ferre suppli-

15) Sum! quid statuis Calypso caeca, misera? cadere tua manu innoxius, et qui per te hic 16) voluatur ad vltima? ego, 17) ego has in iuuenem castissimum immisi faces. Quanta innocentia! probitas! horror flagitii! 18) ad illecebras quam difficilis animus! 19) haeccine ego inficere? deprauare? at enim deseruisset me. 20) Imo et nunc me aut deserat, aut scientem spernat necesse est, vnius aemulae meae mancipium. Rea sum. Quae merui, patior. I, Telemache! proficiscere! nauiga! desere afflictum hoc Calypsus numen! quod nec tolerare vitam, nec subire mortem potest. 21) Relinque Eucharidis tuae feroci insolentiae deam oppletam luctu, opertam ignominia, iactatam desperatione.

CAPVT X.

Haec antri sui rupibus querebatur. Inde repente se auferens, et 1) cum amentis impetu: heus Mentor! inclamat: itane tu 2) protegis innocentiam alumni tui a vitiorum assultu? in tuam, iuuenisque perniciem vigilante Cupidine 3) indulges

 sopo-

cium ab aliquo, einen zur Straf ziehen. 15) sum! bin ich auch noch bey mir selber! jedoch was denke ich. 16) volutari ad vltima, in die äusserste Noth hineingestürzet werden. 17) ego -- faces, ich habe dieses Feuer in der keuschen Brust des Jünglings erwecket. 18) ad -- animus, wie schwer war es, sein Gemüth durch Reizungen zu gewinnen. 19) haeccine ego inficere? und ich sollte diese seine herrliche Eigenschaften anstecken? 20) imo -- mancipium, ja entweder soll er mich verlassen, oder ich müste mich wissentlich von ihm verachten lassen, dem Sclaven meiner Mitbuhlerin. 21) relinque -- desperatione, hinterlasse nur dem Trotz und Hochmuth deiner Eucharis eine äusserst betrübte, beschämte, verzweiflende Göttin.

(Cap. X.) 1) cum amentis impetu, voller Ungestümm. 2) protegere innocentiam alicuius a vitiorum assultu, eines Unschuld vor den Lastern verwahren. 3) indulgere soporatae

ſoporatae ignauiae? non feram diutius humilem hanc inertiam, hanc 4) otioſam in neutram partem propendendi rationem. Quid? illuſtriſſimum fatum ſuum 5) pace tua negliget a patre degener Vlyſſis filius? tibine an mihi formandam vitam eius genitores commiſerunt? 6) ego inſanienti medicamenta, quae poſſum, adhibeo; tu ceſſas? ecce tibi in interiori huius nemoris receſſu eximiae altitudinis populos! non aliae aptiores aedificandis nauigiis. Ipſe Vlyſſes ſuam, qua ex inſula profectus eſt, ibidem ſtruxit. Imo cauerna profunda eſt ibi loci, in qua reperies, 7) quidquid nauium partes caedendae, ſecandae, componendae petunt.

Confeſtim eorum, 8) quae praeceps lingua effuderat, ſecuta, ſed inutilis, poenitentia. Mentor quippe 9) nec momenti interpoſita mora progreſſus ad cauernam, quam dea indicauerat, omnia fabricandae nauis ſubſidia reperit: caeſaque materia, tam ſtrenue perfecit opus, vt potuiſſet eadem adhuc luce fluctus adire. 10) Tam exigua tempora Mineruae potentiam induſtriamque vel ſumma molientem circumſcribunt.

Calypſo 11) in incredibiles cruciatus data. Trahebatur 12) hinc deſiderio inſpiciendi ſucceſſum a Mentore ſuſcepti operis; hinc cupiditate frequentandae

ignauiae, ſich ſchläfrig/ ſicher finden laſſen. 4) otioſam - - rationem, dieſe müſſige Gleichgültigkeit. 5) pace tua negliget, kanſt du es geſchehen laſſen/ daß er verſaume. 6) ego - - adhibeo, ich ſuche den thörechten Menſchen auf alle mögliche Weiſe zurecht zu bringen. 7) quidquid - - petunt, was zum Schiffbau erforderlich iſt. 8) quae praeceps lingua effuderat, was ſie in der Uebereilung heraus geredet. 9) nec - - mora, augenblicklich. 10) tam exigua - - circumſcribunt, in ſo kurzer Zeit vermag die Minerva durch ihre Macht und Fleis auch wol die gröſte Werke zum Stand zu bringen. 11) in incredibiles cruciatus dari, in ungemeine Gemüths-Unruh verſezt werden. 12) hinc, hinc,

tandae venationis propterea inuicta, 13) ne liberrimam Telemachi copiam Eucharidi absentia faceret, aut extra conspectum amantes essent; id quod riualibus intolerabile. Magno itaque studio 14) illuc deflectebat insistentes feris, vbi Mentorem sciebat vacare operi. 15) Securis impigre admota, malleique ictus personuerunt: captansque eos arrectis auribus dea ad singulos ictus intremuit: simul coepit timere, 16) ne in meditandis hisce fragoribus anxie haerentem adiectum a Telemacho ad puellam signum nutusue fefellisset.

Interea Eucharis ad comitem suum 17) irridentis voce: Eho! 18) nondum palpitas, inquit, castigandus scilicet a Mentore 19) ob excussas ipso non conscio siluas? nae 20) tu miser es et miserabilis mihi tam rigido magistro discipulus. 21) Lapideum hominem, et omnium, quibus oblectantur ingenui animi, inimicum! Auersatur, quae iucunda tibi; punit, quae innocentia dignetur praemio. 22) Puerit moderatus tuam adhuc pueri balbutiem. At iam senilem

bald / bald; auf der einen / auf der andern Seite. 13) ne liberrimam - - faceret, damit nicht / wann sie gar davon bliebe / die Eucharis vollkommen freye Gelegenheit hätte / mit dem Telemach umzugehen. 14) illuc - - feris, sie suchte die Jagd dahin zu richten. 15) securis - - personuerunt, man hörte die öftere Hiebe von den Aexten / und Schläge der Hämmer weit erschallen. 16) ne in - - fefellisset, sie möchte / indem sie gar zu tiefsinnig auf dieses Krachen der Bäume acht hätte / leicht ein oder das andere Zeichen oder Blick nicht in acht nehmen / den der Telemach dem Mägdlein gäbe. 17) irridentis voce, mit höhnischer Stimm. 18) nondum palpitas castigandus, ist dir noch nicht angst darüber / daß du werdest gefilzet werden. 19) ob - - siluas, daß du ohne sein Vorwissen auf die Jagd gegangen. 20) tu miser - - discipulus, du daurest mich / daß du unter einer so scharfen Aufsicht stehest. 21) lapideus homo, ein harter Mensch. 22) fuerit - - balbutiem, er mag wohl in deiner zarten Kinds

senilem in te prudentiam miramur. 23) Quid pateris magistrum ineuntis pueritiae?

CAPVT XI.

His cum fraude dictis sauciatus Telemachus, vehementer auersari Mentorem eiusque disciplinam coepit vsque adeo, vt aucto amore libertatis 1) metueret, ne occursu magistri interpellaretur. Nymphae porro nihil respondit, perturbato animo. Iamque 2) venationi satis, quamquam vtrinque haud vmquam libere, vacatum. Reditur 3) praecipite in noctem die. 4) Emersere ex sinu nemoris, contingente locum, vbi diem Mentor dederat 5) parando itineris auxilio. Quo procul viso, 6) caligo oculos Calypsus inuadebat, qualem in morituris deprehendimus: 7) deserebant vacillantem succussa genua: 8) totum corpus gelidum sudorem extrudebat. Coacta denique in Nymphas, a quibus cingebatur, fessos artus demittere, Eucharin, admouentem manum, vt eam exciperet, reiecit cum atroci contuitu.

Nauem ipse quoque Telemachus aspexit. Mentore autem exacta opera ante digresso, quam redirent a venatu, cuius haec esset nauis, cui parata? Deam

heit die Aufsicht über dich gehabt haben. 23) quid -- pueritiae, was willt du dich noch wie ein Kind tractiren lassen.

(Cap. XI.) 1) metuit, ne occursu magistri interpellaretur, er hütet sich / daß er nicht seinem Aufseher unter das Gesicht komme. 2) venationi satis vacatum, das Jagen ist vorbeygegangen. 3) praecipite in noctem die, gegen Abend. 4) emersere -- locum, sie kamen aus dem Eck des Waldes hervor / nahe bey dem Ort. 5) parando itineris auxilio, sich ein Schiff zur Abreise fertig zu machen. 6) caligo -- deprehendimus, wird ihr ganz finster vor den Augen / wie einem Sterbenden. 7) deserebant -- genua, die Knie sinken. 8) totum -- extrudebat, der kalte Schweis stund

Deam rogat, atque illa non idonea, vt continuo responderet, dilato aliquantisper sermone, tandem: parata haec a me (inquit) est auehendo hinc Mentori. In posterum molesta tibi non erit huius amici seueritas, impedientis, quo minus felix, et 9) laboraturi ex inuidia, si immortalis sis. Tum vero iuuenis acutiori lamento, quid? me Mentor deserere? actum est de Telemacho. Eheu! rapto Mentore te praeter, Euchari, nil restat mihi.

10) Has voces vehemens iuuenis affectus emiserat: 11) quam non bene, nec iam ipse ignorabat. Sed 12) is erat impetus animo, vt integrum non fuerit dicenda meditari. Omnibus stupor magnumque silentium. Eucharis 13) data in igneum ruborem; non loqui, non progredi ausa; demisso vultu, inter vltimas constitit; 14) gestiens ceteroquin animo, quamquam frontem pudor occupauerat. Telemachus 15) penitus ereptus sibi, linguam suam non tantae temeritatis ream esse posse credebat. Somnio res similis ei videbatur, sed pudendo, et 16) turbas inuehenti in animum.

CAPVT XII.

Calypso, longe quam leaena raptis catulis 1) furore incitatior, 2) se in medium nemus, non viae, non termini habita ratione abripuit. Tan-

auf ihr. 9) laboraturi ex inuidia, der dich nur beneiden würde. 10) has - - emiserat, diese Worte entfuhren dem Jüngling aus heftigem Trieb seiner Passion. 11) quam non bene, sc. locutus sit, wie übel er gesprochen. 12) is erat - - meditari, er war so heftig im Affect, daß er nicht im Stand war zu hinterdenken / was er redete. 13) dari in igneum ruborem, feuerroth werden. 14) gestire animo, sich in dem innern heimlich freuen: voll Freude seyn. 15) penitus ereptus sibi, als der sich nicht begreiffen konnte. 16) turbas inuehere in animum, einen ganz confus machen. (Cap. XII.) 1) furore incitatior, weit rasender. 2) se in - - abripuit, begiebt sich eilends überzwerch des Felds und

Tandem delata ad antrum suum, excipitur a praestolante Mentore. Quo conspecto: auferte vos hinc, 3) detrimento quietis meae in hanc insulam eiecti aduenae! apage procul insanum hunc iuuenem! nisi actutum abstraxeris, offensa dea quid possit, 4) vecors senecio senties. Nec ego deinceps aspiciam, 5) nec a puellis meis aut verbo aut aspectu interpellari Graeculum sinam. Ita per aquas stygis 6) nec a diis violandas iuro. Tu vero, Telemache, malorum tuorum adesse finem ne credas. Abibis ab insula mea, ingrate, ad noua 7) sortis ludibria. Vindicabor. Quam affliget te, mei, sed inutile desiderium! Neptunus 8) ob nondum reparatam, quam a patre tuo apud Siculos accepit, iniuriam, Venerisque a te laesae preces 9) aliud capiti tuo naufragium parant. Videbis patrem tuum, adhuc superstitem. Videbis, nec cognosces tamen. Sed nec in Ithaca salutabis eum prius, 10) quam tela, fulminaque sua in te vno fortuna consumserit. I! deos deasque omnes vltores mei adiuro. 11) O si te infixum acuto scopulo, transfixumque trisulca flamma inutili prece obtestari me, insultaturam malis tuis, iuberent dii!

His,

ohne zu wissen wohin sie käme, in den Wald. 3) detrimento quietis meae, zum Nachtheil meiner Ruhe. 4) vecors senecio senties, sollt du toller alter inne werden. 5) nec a - - sinam, noch werde ich zugeben, daß ihm von einer meiner Mägdlein ein Wort oder Blick gegeben werde. 6) nec - - violandas, vor welche auch die Götter sich scheuen müssen. 7) sortis ludibria, Unglücks-Fälle. 8) ob nondum reparatam iniuriam, weil er noch keine Satisfaction bekommen vor die Schmach. 9) aliud - - parant, werden dir schon einen andern Schiffbruch über den Hals bringen. 10) quam tela - - consumserit, als bis du alles ersinnliche Unglück erfahren. 11) O si - dii, wollten die Götter, daß du entweder an einem spitzigen Felsen hangend, oder vom Blitz getroffen, mich aber vergebens um Hülfe anrufen müßtest, wie würde ich mich über dein Unglück erfreuen.

His, quamquam tanta contentione iactatis, 12) iam aliud parabat substituere decretum lubricus deae animus, ab iis, quae proposuerat, plane alienum. Amor proscriptum detinendi iuuenis desiderium reuocauit. Viuat, dea inquit, et mecum viuat! curas de se meas, 13) erit fortasse, vt aliquando agnoscat iuuenilis animus. Ab Eucharide solum amari, per me etiam immortalis esse potest. Inconsultam deam! 14) quam te sacramenti ipsa decepisti fide' capta es. 15) Spem Telemachi adiuratae Stygis aquae mergunt. Haec Calypso 16) voce non pertingente ad alienas aures. Ceterum 17) furias credidisses in vultum eius commigrasse, atque indignantis corde exhalari, quidquid pestiferum Cocytus tegit.

CAPVT XIII.

1) Exanimauere ista Telemachum, 2) notauitque dea riualis amoris ingenio, quo nihil argutius. Itaque 3) accedebat robur ex iuuenis trepidatione impotenti deae cupidini. 4) Bacchidis more, 5) aerem implentis ad Thraciae iuga allisis

12) iam - - animus, wollte sie nach ihrem unbeständigen Gemüth schon wieder eine andere Ordre geben. 13) erit - - animus, der junge Mensch wird vielleicht schon noch erkennen. 14) quam te - - fide, wie hast du zu deinem eigenen Betrug geschworen. 15) spem - - mergunt, Telemach kan wegen der beschwornen Höllen-Wassern keine Hoffnung haben. 16) voce - - aures, ohne daß es jemand hörte. 17) furias - - tegit, die Furien sahen ihr aus dem Gesicht heraus/ und aller giftige Dampf des Höllen-Flusses stieg aus ihrem Herzen auf. (Beschreibung einer vor Zorn ganz rasenden Person.)

(Cap. XIII.) 1) exanimare aliquem, einen in äussersten Schrecken setzen. 2.) notauitque - - argutius, die Göttin hat es/ wie die Jalousie gleich alles merkt/ wahrgenommen. 3) accedebat robur cupidini impotenti, die unmässige Begierde wurde gestärkt. 4) Bacchis, idis, eine rasende Frau/ die des Bacchi Fest begehet: Bacchidis more, gleich als unsinnig. 5) aerem - - vlulatibus, die mit ihrem Geheul in

lisis vlulatibus, grassata per siluas, adesse Nymphas iubet, atrociter adiectis minis, hoc iaculo, quod ferebat manu, perituram, quae renuisset sequi. Trepidare famulae, gregatim concurrere, aduolare. Ipsa Eucharis festinabat multo fletu, oculis procul emissis in Telemachum, 6) cuius alloquio deinceps non sustinebat frui.

7) Concussa totis artubus dea prae indignatione, cum latus eius subiret Eucharis. 8) Tantumque abest, vt aequiorem se dederit, quod Nympha modestissime exhibebat, obsequio, vt magis innouarit capitale odium, tum vtique, cum videret 9) concinne leniterque moerenti ex ipso dolore incrementum venustatis accedere.

Interea hospites sine arbitris relicti. Telemachus Mentoris amplexus genua (quippe nec 10) sollicitare brachia eius audebat, nec intueri in vultum) maximo miserabilique fletu 11) sermonem moliebatur. Sed 12) haesitans lingua fandi copiam magis magisque implicuit. Quid faceret, quid vellet, 13) aberrans a mente ignorabat. Ad vltimum: Mentor! pater! exclamat interiectis suspiriis: Telemachum tuum libera ex hac abysso malorum. Deserere te non possum, non possum sequi. Extrahe tot ex aerumnis alumnum tuum. Imo 14) ablata vita libera Telemachum a Telemacho.

At

den Thracischen Gebürgen die Luft erfüllet. 6) cuius - - frui, den sie sich nicht mehr getrauete anzureden. 7) concussa totis artubus, es zitterten ihr alle Glieder. 8) tantumque - - obsequio, sie wurde durch die Aufwartung / die ihr die Nymphe aufs demüthigste bezeugte / so gar nicht begütiget. 9) concinne - - accedere, daß ihr ihre Betrübniß wol anstehe / und ihre Schönheit noch mehr vermehre. 10) sollicitare brachia alicuius, einem in die Arme fallen. 11) sermonem moliri, wollen anfangen zu reden. 12) haesitans - - implicuit, er konnte je länger je weniger mit der Sprach fortkommen. 13) aberrans a mente, weil er ganz ausser sich war. 14) ablata - - Telemacho, nehme mir nur das Le-

At Mentor amplecti afflictum, solari, confirmare, eumque 15) qua ratione semet ipsum ferret, docere, sic tamen, vt libidinibus eius neutiquam adsentaretur. Fili sapientis et adhuc a diis amati Vlyssis (his moerentem verbis compellabat!) 16) deorum beneficia sunt tot tantaque mala, quae pateris. Nondum sapit, quem de imbecillitate sua impotentiaque affectionum suarum non conuicit experientia. Sibi enim ipse ignotus adhuc est, et 17) de diffidentia sui, qua sine sapere non licet, securus. Ecce 18) ad extrema quasi manu dii traxere te, vt, quantum tibi nocere possent, non velint, ostenderent. Intellige igitur, 19) quod nisi experti haud vmquam intelligunt. 20) Ecquam feci tibi fidem exponens Cupidinis perfidiam, docensque, eum blandiri, vt feriat, 21) dulcescere, vt acerbissime affligat? vidisti lepidissimum puerum inter risus, iocos, gratiasque aduectum. Abripuit tibi cor, et gauisus es eo abrepto. 22) Magnopere tergiuersabaris, vt crederem scilicet te expertem, quo laborabas, vulneris. 23) Satagebas me fallere, et sine metu indulgebas tibi. Hem tristissimum tuae temeritatis euentum! nunc mortem quaeris, vnam quippe aerumnosae sortis tuae 24) speculam. Furit perturbata dea: vritur Eucharis, 25) deterior ponen-

O dis

ben/ und befreye mich von mir selbst. 15) qua ratione -- ferret, wie er sich fassen sollte. 16) deorum -- mala, die Götter meynen es unter diesen so grosen Plagen gut mit dir. 17) de diffidentia -- securus, er sezt noch nicht genug Mißtrauen in sich selbst/ ohne welches er nicht klug wird. 18) ad extrema -- te, die Götter haben es mit dir aufs äusserste kommen lassen. 19) quod nisi -- intelligunt, was man nicht begreift/ man habe es dann erfahren. 20) ecquam feci tibi fidem? hast du mir geglaubt? 21) dulcescere, freundlich thun. 22) magnopere tergiuersari, allerhand Ausflüchten suchen. 23) satagebas me fallere, es war dir nur darum zu thun/ daß du mich betrügen möchtest. 24) specula, wenige Hoffnung. 25) deterior --

dis in rogo. 26) Armantur in mutuas caedes Nymphae amorum inuidia. En! 27) quantum saeuiat perfidi Cupidinis simulata lenitas! Agedum! 28) quas nondum hic locus perdidit, virtutis tuae reliquias collige. Agnosce eximium deorum beneficium, quod simplicissimam tibi aperit viam ab inimico, Cupidine, ad amicos, ad dulcissimos genitores reuertendi. Calypso te vel inuita eiiciet. Parata nauis est. Quin auolemus ex isthoc virtutis exsilio.

CAPVT XIV.

Inter hos monitus prehensum manu Telemachum trahebat ad littus, perinuite sequentem, et 1) reiecto vultu. Quippe Eucharin adhuc contemplabatur; quae 2) cum auersa recederet, tantum adstrictam elegantem comam eius, 3) multo sinu profluentes vestes, 4) incessumque placide ferocem 5) extremis oculorum iactibus carpebat, largissimo desiderio figendi vltimum osculum in amicae vestigiis. 6) Ea conspectui subtracta, 7) aures adhibuit, eo motas, vbi videre Nympham desierat, 8) quoniam persuadebat ipsi opiniosa cupiditas, inde vocem dilectae allabi. Quid? quod vel absen-

rogo, ärger/ als wann sie auf einem Scheiterhauffen läge. 26) armantur -- inuidia, die Nymphen möchten einander vor Jalousie umbringen. 27) quantum saeuiat, wie viel Unheil anstifte. 28) quas nondum -- collige, raffe alle deine übrige Kräften/ die du hier nicht gar verlohren/ zusammen.

(Cap. XIV.) 1) reiecto vultu, der immer noch zuruck schauete. 2) cum auersa recederet, da sie ihm den Rücken kehrte. 3) multo sinu profluentes vestes, die fliegende Kleider. 4) incessus placide ferox, ein sittsam und doch prächtiger Gang. 5) extremis oculorum iactibus carpere, von ferne anschauen. 6) ea conspectui subtracta, nachdem er sie aus dem Gesicht verlohren. 7) aures -- motas, hat er die Ohren dahin gehalten. 8) quoniam -- cupiditas,

absentem intuebatur, obuersante ita oculis specie, vt cum ea se colloqui crederet. 9) Adeo penitus alienato animo ad Mentoris sermonem obsurduit.

10) Redditus tandem sibi ex hoc lethargo: ibo, ibo, inquit. Fixum, ratum est. At nondum valere Eucharin iussi. 11) Ne viuam, si istud non praestitero. Ingratus fuerim. Exspecta sis, dum vltimos a me intuitus, et extrema ah! extrema verba accipiat. Certe permittes, ad eam illa me paucula: Migrare, Nympha, iubent iniqui et felicitati meae inuidentes dii. At vitam prius, quam tui aeternam memoriam Telemacho eripient. Da, obsecro, hoc tam pium, tam iustum solatium; aut vel nunc me mori iube. Me hercle nec deinceps in hac insula, nec in amoribus haerebo. Non amo, non diligo. Praeter beneuolum et gratum animum Eucharidi 12) nec cassam nucem defero. Verbulum vnicum, nec nisi semel dicam: vale. Satis hoc mihi. Tum 13) ne punctulo interiecto temporis sequar te: abibo; auolabo.

Nae tu miserabilis es mihi (Mentor respondet,) quem amoris sui ignarum facit rabiosa amoris insania. Belle habere te putas; et desideras mori. Cupidinis victorem te iactas, et in viribus tuis non est, 14) Eucharidi ne non adhaerescas mancipium. Hanc intueris, hanc audis. 15) Ad cetera hebetati oculi, captae aures. Scilicet aegrotare se deliran-

weil er sich in seiner närrischen Begierde einbildete. 9) adeo -- obsurduit, so gar hatte er nicht im geringsten acht auf das, was der Mentor redete. 10) redditus -- lethargo, da er endlich zu sich selber gekommen. 11) ne viuam -- praestitero, ich wollte lieber nicht leben, als das nicht thun. 12) nec cassam nucem ei defero, er soll nicht das geringste von mir haben, bekommen. 13) ne -- temporis, in dem Augenblick. 14) Eucharidi -- mancipium, dich von der Sclaverey der Eucharis loszureissen. 15) ad cetera --

tes ex febri ignorant, iactantque 16) nihil debere se Aesculapio. O te improuidum! parabas negligere Penelopen, 17) ambientem redeuntis nati amplexus, 18) eiurare genitorem Vlyssem, quem tibi restituet Ithaca, delatura sceptrum tibi; 19) renunciare gloriae, illustrissimaeque ac tot deorum tua vnius caussa patratis prodigiis luculenter promissae sorti. Haec tu dimittere? tot, tantaque? et dimittere, vt 20) diis, vt hominibus cum Nympha tua vilescas? euge! etiam nunc negas te amare, et pertinaciter amare? Dic, quae res tantas in tuo animo turbas, et ipsum adeo moriendi desiderium concitat? cur tanta 21) contentione agebas apud deam? non fraudis, non simulationis te arguo, sed, quod caecutis adhuc, defleo. Fuge, Telemache, fuge. Vincit Cupidinem, qui fugit. Is hostis est, cui tunc fortiter resistimus, si timemus et fugimus, atque ita, 22) vt nec fugae praemittamus consilium, 23) nec iungamus oculi retrouersi poenitentiam.

CAPVT XV.

Iuuentutem tuam quam inde ab ineunte aetate curauerim, ne nunc quidem ignoras. 1) Neque fieri potuit, quin te adhuc admonerent, quibus prospere meo consilio es perfunctus, horribiles casus.

aures, sonst hörest und siehst du nichts. 16) nihil - - Aesculapio, sie brauchen keinen Arzt. 17) ambire redeuntis alicuius amplexus, mit Verlangen auf eines Wiederkunft warten. 18) eiurare aliquem, einen ganz abandonniren. 19) renunciare gloriae, allem Ruhm absagen/ schwinden lassen. 20) diis et hominibus vilescere, in den Augen der Götter und Menschen verächtlich/ gering werden. 21) magna contentione agere apud aliquem, in grosem Eifer zu/ vor einem reden. 22) vt nec - - consilium, daß wir uns nicht lang darüber bedenken. 23) nec - - poenitentiam, noch es uns gereuen lassen/ und mehr zuruck sehen.

(Cap. XV.) 1) neque - - admonerent, und es müssen dich

ſus. Ergo 2) aut fidem Mentori, aut perinde eius disceſſum habe. Scias vtinam dolorem meum, quo futurum exitium tuum aſpicio! vtinam et illum, quo 3) vrebar, ex quo ſermonem tecum ſociare non audebam! 4) minus profecto doluit, cum te eniteretur, Penelope. Silui tamen: 5) aerumnam concoxi: 6) oppreſſi gemitus eo conſilio, vt experirer, ad me num ſit reuerſurus meus Telemachus. Fili! ah dilecte fili! calamitoſum hoc pectus meum leua. Redde, 7) quod prae medullis amo. Quem amiſi, Telemachum mihi redde. At ſimul redde te tibi. Viuo, valeo, tuos 8) inconſultos ignes ſi vincet ſapientia. Amor ſi te vicerit, ſi ſapientiam ſpreueris, 9) vixi.

Interea Mentor initam ad mare viam pergere non deſtitit; et Telemachus, quamquam 10) mollior adhuc, quam vt potuiſſet ſuis viribus ſequi, iam tum ſatis erat confirmatus, ne ducenti reſiſteret. Imo cum Minerua, 11) numquam dimiſſa Mentoris ſpecie, Aegidem 12) modo oculis non patente opponeret iuueni, 13) caeleſtemque radium circumfunderet, 14) robur cliens ſentire coepit, quantum numquam inde a prima in inſula Calypſus commo-

hieran erinnern. 2) aut fidem -- habe, entweder glaube mir / oder laß dir gefallen / daß ich von dir ſcheide. 3) dolore vri, Schmerzen empfinden. 4) minus -- Penelope, gewiß deine Mutter Penelope hat nicht ſo viel Schmerzen bey deiner Geburt erlitten. 5) aerumnam concoquere, den Schmerzen verbeiſſen. 6) opprimere gemitus, die heimliche Seufzer ſich nicht anmerken laſſen. 7) quod -- amo, was ich innigſt liebe. 8) inconſulti ignes, unbeſonnene Liebe. 9) vixi, ſo hab ich ausgelebt / mag ich nimmer leben. 10) mollior adhuc, quam vt &c. noch zu ſchwach / daß ꝛc. 11) numquam -- ſpecie, die immer unter des Mentors Geſtalt verborgen blieb. 12) modo oculis non patente, auf eine unſichtbare Weiſe. 13) caeleſtem radium circumfundere alicui, einen mit himmliſchem Licht umſtrahlen. 14) robur quantum numquam, eine gröſere Stärke / als

ratione. Post tot tantasque luctas ventum tandem 15) ad locum, vbi praeceps in salum littus incumbit, 16) praeruptis saxis cotibusque, ob vndas nunc leniter, nunc violenter adactas idemtidem spumosis. De scopulo hoc despecturi erant in confectum a Mentore nauigium, an nemo de sua statione illud deduxisset. At in tristissimum spectaculum incidunt.

Cupido ab ignoto sene et 17) retundi sua tela, et abduci Telemachum videbat. Quare 18) prae indignatione solutus in lacrimas, sectari coepit per interiora nemorum errantem deam. Quam cum inuenisset, respicientem ad ipsum cum gemitu et 19) ex praesentia sua reuulsis amandi vulneribus amentem prior ipse affatus: dea es, inquit, immortalis es; et vinci te pateris a mortali, captiuo, et, si velis, mancipio? tune illum dimittere? Contra acriter inuecta dea: apage (exclamat) pestifera consilia tua, infelix puer! 20) Dulce otium meum et integrum obruisti, et me quanta miseria! actum est de me. Dimissum iri Telemachum iuraui per stygem. 21) Id sacramenti nec ipse violauerit, quanta quanta virtute potentiaque deorum pater. Ex insula mea te aufer Telemache, et tu puer, illo mihi perniciosior.

jemalen. 15) ad locum -- incumbit. an das gähe Ufer des Meers. 16) praeruptis -- spumosis, wo sehr gähe Felsen waren / die von den Wellen / so immerdar bald gelinde bald heftig daran schlugen / voller Schaum gewesen. 17) retundere tela alicuius, eines Pfeile stumpf machen: Gewalt zu nicht machen. 18) prae indignatione solui in lacrimas, vor Zorn heulen. 19) ex praesentia -- amentem, da ihr über seinem Anblick die Wunden ihres verliebten Herzens wieder frisch worden. 20) dulce -- miseria, du hast mich ganz um meine Ruhe gebracht / und mich in das gröste Elend gestürzet. 21) id iuramenti -- pater, diesen Eyd wird Jupiter selbst mit aller seiner Macht nicht brechen können.

CAPVT XVI.

Extergebat ad haec Cupido lacrimas, 1) improbeque nec sine cauillatione subridens: rem, inquit, plane difficilem! 2) Sine tamen. Tu omnino dimittito Telemachum; seruato, quam 3) styge interposita iurasti, fidem. At nec famulas tuas, nec me adstringit haec religio. 4) Auctor ipsis ero, vt comburant tam strenue a Mentore exstructam nauim. 5) Ita veteli industriam, quae obstupefecit te, euentus destituet; et ipse tum demum obstupefactus aliud eripiendi tibi iuuenis subsidium nequidquam requiret.

Hae Cupidinis blanditiae 6) insolenti gaudio mixtam spem in intimos recessus diuini animi induxere. 7) Excitabatur deploratis rebus eius, exstincta desperatione, fiducia; id agens, quod ad riui marginem frigiduli Zephyri 8) gregibus praestant, quos vapor solis exhausit. 9) Reddita mutatae fronti aperta laetitia, oculis lenitas, 10) animo tot curis exeso improuisa et de non redituris malis velut certa

(Cap. XVI.) 1) improbe nec sine cauillatione subridens, schelmisch und spöttisch lachend. 2) sine tamen, laß nur mich machen. 3) styge interposita iurare, bey dem Höllen-Fluß schwören. 4) auctor ipsis ero, ich will ihnen angeben. 5) ita -- destituet, so wird dem Alten all sein Fleis/ womit er dich in eine solche Bestürzung gesezt/ mißlingen/ fehl schlagen. 6) insolenti -- animi alicuius inducere, eine ungemeine Freude und Hoffnung in dem innersten des Herzens erwecken. 7) excitabatur -- fiducia, die Verzweiflung verlohr sich bey ihr/ und sie bekam wieder einigen Muth bey ihren sonst äusserst betrübten umständen. 8) greges, quos vapor solis exhausit, die Heerden Schaafe/ die von Sonnenhitze ganz ermattet sind. 9) reddita -- laetitia, die Stirn wurde wieder aufgeheitert. 10) animo -- quies, das vorhin durch so viele Sorgen geplagte Gemüth wurde unvermuthet in sichere Ruhe gesezt/ gleich als ob

ta quies. 11) Haerebat inter modicum risum: 12) palpationibus obruebat petulantissimum Amorem; at simul 13) nouos dolores inuitabat.

Iamque Cupido, 14) victa muliebri credulitate vehementer laetus, 15) consilium suum Nymphis persuasum ibat. Dispersae per montes notasque siluas palabantur ouium more, quas famelici rabies lupi ex pascuis dissipauit fuga. Igitur 16) a puero rursus coactae, atque his confirmatae verbis: Telemachus adhuc in vestra potestate est. Ite, et a temerario sene paratam fugae nauem actutum exurite. Illae properare faces, ruere ad littus, 17) concitari oestro, vociferari, dissipare crines, et insanientium more Baccharum 18) concutere. 19) Iamque volant sursum euolutae flammae: consumitur nauigium arida et pice illita materia: 20) procellae fumi igniumque torquentur ad nubes.

Conspexit has flammas e rupe Telemachus cum Mentore; auditoque Nympharum vlulatu, 21) reprimere a voluptate animum non potuit, necdum satis, quod nocuerat, exosum, et 22) subinde aestus suos prodentem ad instar ignis male sopiti et cineri doloso suppositi; idque iuuenilium affectionum

kaum so keck/ daß sie recht schnauffeten. 15) ne vel -- praeteriret, damit sie ja nicht etwas von diesem herrlichen Gesang überhörten. 16) ne voto desiderium, er möchte gar zu kurz abbrechen/ und sie ihn also nicht so lang hören können/ als sie gern wünschten. 17) vox ad flexionem facilis, eine gelenksame Stimme. 18) splendida sono, helle Stimme. 19) vox auribus etiam minima quaeque cum vigore admouet, die Stimm ist so beschaffen/ daß auch der geringste Ton davon lebhaft in die Ohren fället 20) initium -- dedere, anfänglich besung er das Lob des Jupiters. 21) conceptam intra se effudit, er hat sie aus sich selbst gezeuget. 22) formare docilitatem humani generis, die Menschen unterrichten. 23) cuius -- perstringit, dessen Augen heller glänzen als der Blitz. 24) suae -- insaniens, der in seine

fatum, quem dentes apri diuellere, 25) amasia Venere reuocando animam eius multum, sed nequidquam fatigata, eamque numinis sui impotentiam amarissime deplorante apud superos.

CAPVT XII.

Nemo tum audientium a lacrimis temperare sibi poterat, 1) ipsisque lacrimis mirabilis se voluptas adiungebat. Finito cantu, Phoenices mutuo cum admiratione semet aspiciunt. Orpheus hic est, aiebat quidam. 2) Hi ipsi numeri sunt, qui feritatem brutis, arbores siluis, petras montibus demsere: ab his incantatus Cerberus, aliquamdiu mitigata Ixionis Danaidumque supplicia: his 3) ferreus ad preces emollitus Pluto dimisit ex inferis Eurydicen. Erras exclamat alius: Apolline patre hic genitus et Linus est. Minime vero, tertius 4) sermoni improperat: Apollinem ipsum aspicitis. Neque Telemachus (tum quippe primum resciuit, has artes Mentorem, et tam perite, nosse) minus obstupuit. Interea ipse Achitoas, 5) largiorem moram nactus reprimendae aegritudinis nouum musicum 6) laudibus non mediocribus coepit aspergere. Sed 7) pudore concepto peragere non poterat totam

eigene Gestalt so thöricht verliebt war. 25) amasia - - fatigata, da seine Liebhaberin die Venus ihn mit vieler Mühe aber vergebens suchte/ wieder lebendig zu machen.
(Cap. XII.) 1) ipsis - - adiungebat, die Thränen selbst waren mit einer ungemeinen Lust verknüpft. 2) hi ipsi - - demsere, das sind die nämliche Lieder/ durch welche die Thiere zahm/ die Bäume in den Wäldern/ und die Felsen in den Bergen rege gemacht worden. 3) ferreus ad preces Pluto, der harte/ unerbittliche Pluto. 4) sermoni improperare, in die Rede fallen. 5) largiorem - - aegritudinis, nachdem er längere Frist bekommen/ seine Jalousie zu verbergen. 6) laudibus non mediocribus adspergere aliquem, einen nicht wenig loben. 7) pudore - - sententiam, er wurde schamroth/ und konnte sein angefangenes Lob (Compliment)

tam officiosae commendationis sententiam. Mentor videns, 8) animo et voce eum haesitare, 9) verbum ad interloquendum illi exorsus est, et 10) congestis in illum liberaliter laudibus, 11) quibus meritum hominis poterat sine adulationis nota persequi, conatus est 12) fomentum vulneratae aemulationi, etsi nequidquam, adhibere. Vidit enim Achitoas, non vocis duntaxat lenitate, verum modestia quoque, et hac amplius, Mentorem sibi antestare.

Interim Telemachus: memini, Adoame, inquit, te, posteaquam ab Aegyptiis profecti sumus, de itinere quodam dixisse, quod in 13) Baeticam susceperis. Hercle ea de gente 14) referunt portenta, quae fidem omnem videntur respuere. Gratiam mihi feceris, verane audiuerim, 15) si facis, ex te vt intelligam. Adoamus, petere eum, respondit, quod gratum et volupe sibi esset. Nam 16) celebritate nominis insignem regionem non sane indignam esse 17) ipsius, quo noua prosequeretur, studio: 18) famaeque suae, quantumuis magnae vastaeque, antecedere. Postea hunc sermonem ingressus est.

nicht völlig vortragen. 8) animo et voce haesitare, mit den Gedanken und mit der Rede stecken bleiben: nicht fortkommen können. 9) verbum ad interloquendum alicui exordiri, einem in die Rede fallen. 10) congerere in aliquem liberaliter laudes, einem vieles Lob beymessen. 11) quibus -- persequi, so weit er sein Verdienst ohne schmeichlen erheben konnte. 12) fomentum vulneratae aemulationi adhibere, eines Jalousie lindern/ stillen. 13) Baetica, ein Theil von Spanien/ so vor diesem also genannt wurde. 14) referunt - - respuere, man erzehlt fast ganz unglaubliche Wunderdinge von dieser Nation. 15) si facis, ex te vt intelligam, wann du mich belehren wirst. 16) celebritate nominis insignis regio, eine bekannte berühmte Landschaft. 17) ipsius - - studio, seiner Curiosität/ Neugier. 18) famae suae, quantumuis magnae vastaeque haec regio antecedit, das Land ist noch viel merkwürdiger/ als man von ihm

Fertili solo flumen manat. 19) Baetin appellant. Mitissimus 20) aër incumbit, numquam non oculorum prospectum transmittens. Nomen regioni ex amne impositum. 21) Ipse Oceanum subit fere Herculis columnas alluente ostio haud procul extra oram, vbi maria quondam ruptis aggeribus Tarsin ab Africa magna auulsere. 22) Crederes in eo regno superesse, quae aetatem auream beauit, iucunditatem. Ipsa hiems leniter calet, 23) nihil vmquam rigoris afflante borea. Quod alioquin aestate corporibus difficillimum, hic molliore zephyrorum aura opportune mitigatur; quippe 24) subeuntes meridie, calorem solis, ne vapores trahat, premunt. Itaque 25) annum vna veris autumnique salubritas mutatis fideliter vicibus quasi cohaerentium commendat. Valles et perpetua planitie campi 26) messem semel iterumque in annos singulos sufficiunt. 27) Lauri cum malis punicis iasminisque viarum vtrinque limites describunt. In montibus 28) passim fusi greges ouium tenuissima lana, quae cunctis gentibus, quarum ad me nomen peruenit, aduehitur. Aurum argentumque non vno loco fodi potest. Cete-

ouft herrliches rühmt. 19) Baetis hodie Guadalquinir. 20) aer incumbit - - transmittens, es ist immerdar daselbst eine sehr stille und heitere Luft. 21) ipse - - ostio, derselbe ergießt sich ins Meer nahe bey des Herculis Säulen / woran er vorbey fließt / nahe bey Gades / Cadix. 22) crederes - - iucunditatem, es scheinet / dieses Reich habe noch was von den guldenen Zeiten übrig behalten. 23) nihil - - borea, indem sie nichts von den rauhen Nordwinden spühren. 24) subeuntes - - premunt, da sie gemeiniglich um die Mittags-Zeit sich erheben / so dämpfen sie die allzugrose Sonnenhitz. 25) annum - - commendat, das ganze Jahr hindurch wechsele eine angenehme Frühlings und Herbst-Witterung mit einander ab. 26) messem semel iterumque in annos singulos sufficere, alle Jahr zwey mahl Ernte bringen / können eingeerntet werden. 27) lauri - - describunt, alle Strasen sind mit Lorbeer-Granat- und Jasmin-Bäumen besezt. 28) passim fusi greges ouium, hin und wieder zerstreute

Ceterum vtrumque parui aestimant incolae. Imo 29) per simplicitatem suam beati ne diuitiis quidem putant accensendum: adeo ipsis omnia viluerunt, quibus simpliciter opus non habet humana necessitas.

CAPVT XIII.

1) Auri argentique non alium ac ferri vsum, gentibus his vomeres e. g. ex illis fabricantibus, viderunt esse nostri, cum ad eas primo excurrere. Domi enim se continentes, 2) nulloque exteris iuncti commercio, 3) aere etiam excudendo abstinebant. 4) Pecori aut agris plerique vacant; pauci operibus, quae ingenio manuque perficiuntur, eas solummodo artes et opificia 5) permittente vsu, quarum omnino eget humana conditio. Quamquam autem viri maximam partem colendis agris pecudeque curanda occupantur: artes tamen opificiaque, queis ad simplicem ac sobriam viuendi rationem opus habent, haudquaquam praetermittunt.

6) Lanam in fila deducunt feminae, pannosque inde tenues et miri candoris texunt. Panes eaedem parant cibariaque nullo fere negotio, quoniam aut fructibus aut lacte vescuntur incolae. 7) Ouium

 pellibus

Heerden Schaafe. 29) per simplicitatem suam beati, nach ihrer glückseligen schlechten Lebens-Art.

(Cap. XIII.) 1) auri -- fabricantibus, daß diese Völker das Gold und Silber auf nämliche Weise wie das Eisen gebrauchen, da sie z. E. Pflugschaar daraus machen. 2) nullo exteris iuncti commercio, da sie mit den Auswärtigen kein Gewerb treiben. 3) aere excudendo abstinebant, sie prägten auch keine Münze. 4) pecori -- perficiuntur, die meiste legen sich auf die Vieh-Zucht und Ackerbau, wenige auf Künste und Handwerker. 5) permittente vsu, da ihre Gewohnheit nur diejenige Künste zuläßt; da bey ihnen nur diejenige Künste im Schwang gehen. 6) lanam in fila deducere, Wolle spinnen. 7) ouium -- muniunt, die Schaaf-

pellibus suas, coniugumque ac liberorum tibias plantasque leuiter muniunt. Tabernacula construunt alia ex ceratis tegumentis animalium, alia ex detractis arborum corticibus. Eaedem domesticorum vestes et faciunt et lauant. 8) Munda supellex admirationem intuentibus mouet. Ceterum vestes nulla arte confectas et rudes gerunt. 9) Mitissimo namque regionis ingenio molliorem duntaxat, eumque leuissimum, pannum obiiciunt, 10) quem nulla sectione concinnatum oblongis sinubus ad obseruandam honestatem arbitraria forma circumducunt corpori.

Viri praeter ea, quae ad agriculturam pecudumque custodiam pertinent, nullis vacant artibus, nullis opificiis. Excipe modum ferro lignisque vtendi cum fructu; quamquam ex ferro 11) ruri colendo tantum idonea cudunt. 12) Quae ad architectonicen spectant, artes, cum domos non exstruant, accensent superuacaneis. 13) Animum plus aequo affigi terrae afferunt factis habitationibus, quae supersint exstinctis dominis. Sufficere, non esse expositum caeli incommodis. Ceteras autem artes, quibus apud Graecos, Aegyptios 14) aliosque, qui idoneis moribus institutisque reguntur, populos 15) grandis

Häute brauchen sie zu Strümpf und Schuhen vor sich rc. 8) munda - - mouet, über den reinlichen Hausrath muß man sich wundern/ wann man ihn sieht. 9) mitissimo regionis ingenio, da sie ein so gelindes Clima haben. 10) quem nulla - - corpori, welches sie ungeschnitten nach der Länge aus Ehrbarkeit um den Leib herum schlagen/ wie ein jeder will. 11) ruri - - cudunt, sie schmieden nur das aus dem Eisen/ was zum Feldbau dienlich ist. 12) quae - - superuacaneis, die Künste/ die zur Architectur gehoren/ zehlen sie unter die unnöthige. 13) animus plus aequo affigitur terrae, das Gemüth wird allzusehr an die Erde gleichsam angeheftet. 14) aliosque - - reguntur, bey andern wol gesitteten Völkern. 15) artes quibus grandis honor est.

grandis honor est, velut 16) mollitudinis vanitatisque incrementa damnant.

CAPVT XIV.

Si de illis gentibus mentionem quis faciat, quae scienter parant aedificia splendida, lautas ex agro argentoque supellectiles, 1) vestes acu infertisque gemmis pictas, 2) exquisitos et suffimentis aptos odores, cupedias, 3) instrumentaque numeroso concentu: earum luxum hunc 4) suggillant in modum: Istarum gentium fortunam quis miserabitur satis, quae, 5) ne non deprauentur, 6) improbo etiam labore pertinacique ad id industria incumbunt? haec ipsa abundantia inutilium rerum 7) emollit animum obtunditque; supplicium profecto iis, qui ex illa se etiam felices existimant: minus affluentes allicit, et vt affluant, 8) prouocat ad vniuersa iniquitatis facinora. 9) Ecquis erit autem, qui 10) corrumpendis moribus natam pestem, copiam, laudet? Agite! 11) ampliusne quam nos valent vigentque hi delicatuli? 12) viuuntne aetatem largiorem?

Q 5 13)

Künste / welche doch gehalten werden. 16) mollitudinis vanitatisque incrementa, Dinge / die nur mehr zur Weichlichkeit und Eitelkeit helfen.

(Cap. XIV.) 1) vestes -- pictae, gestickte und mit Edelsteinen besetzte Kleider. 2) exquisiti et suffimentis apti odores, auserlesen / herrliches Rauchwerk. 3) instrumenta numeroso concentu, musicalische Instrumenten. 4) suggillare luxum alicuius, eines Pracht verkleinern / verächtlich davon reden. 5) ne non deprauentur, damit sie ja verderbt werden. 6) improbo labore pertinacique industria ad aliquid incumbere, sich alle Mühe geben. 7) emollire et obtundere animum, das Gemüth schwächen und weichlich machen. 8) prouocare ad vniuersa iniquitatis facinora, zu aller Bosheit anreitzen. 9) ecquis erit qui laudet? wer wird loben? 10) corrumpendis moribus nata pestis, eine Pest der Sitten. 11) ampliusne - - delicatuli? sind diese zärtliche Leute gesünder / und stärker als wir? 12) viuere aetatem longiorem,

13) num eos inter pulcrius conuenit? num pacificatoribus egent minus? nihilne et minus seruiunt, turbantur, affliguntur? 14) alia sane nobis et vere persuasimus: 15) aemulationibus scilicet eos ardere: 16) arrodi sordida, ignobili, mutuaque inuidia: 17) agitari perpetuis turbis ob ambitionem, et metus nutrientem auaritiam: imo ne idoneos quidem esse capiendae simplici et sincerae voluptati, 18) quos inanissimae tot rerum necessitati, velut vnico humanae felicitatis subsidio, stolida credulitas mancipauit.

Ecce tibi 19) sanissimos (Adoamus pergit) istorum hominum sensus, quos non aliunde, atque ex diligenti solius, 20) omnemque apparatum auersantis, naturae cognitione hauserunt. Oderunt porro 21) mores nostros politulos, et scitulos. Neque tamen, qua mores eorum publici diriguntur, 22) horrida aut inculta est, sed perfacilis perque amoena simplicitas. 23) Vna viuunt non diuisis inter se agris. 24) Principi familiae domus singulae obtemperant obseruantia, quae regem decet. Is filiorum, is

länger leben. 13) num -- conuenit? sind sie einiger? 14) alia -- persuasimus, wir sind eines ganz andern versichert. 15) aemulationibus ardere, Eifersucht unter einander haben. 16) arrodi -- inuidia, einander schändlicher Weise beneiden. 17) agitari perpetuis turbis, in beständiger Unruhe seyn. 18) quos -- mancipauit, welche ihre thörichte Einbildung ganz zu Sclaven gemacht hat von der rc. welche nach ihrer thörichten Meynung sich einbilden, als hätten sie diese eitle Dinge ohnumgänglich nöthig. 19) sanissimi sensus, vernünftige Gesinnung, Gedanken. 20) omnem apparatum auersatur natura, die Natur hat vor allem Ueberfluß einen Abscheu. 21) mores polituli et scituli, allzu höfliche und überkluge Sitten, Gebräuche. 22) non horrida aut inculta, sed perfacilis perque amoena simplicitas, nicht eine tumme und unanständige, sondern ganz natürliche und liebenswürdige Einfalt. 23) vna -- agris, sie haben ihre Felder unter sich gemein und ungetheilt. 24) princeps

is nepotum delicta 25) ex patrio instituto, 26) adhibitoque reliquorum de familia consilio punit; quamquam perrara, et ferme peregrina sint animaduersionis exempla in gente hac ante alias felici. Nam et morum et fidei integritas, et 27) imperatis sponte obuia industria, horrorque improba audendi, quod in ea castigetur, nihil admittit.

CAP.VT XV.

Astraea, quam ad caelos aiunt fuga transiisse, ex his, me hercle, nondum terris cessit. Tribunalia non habent. Suum cuique tribunal et aequissimus iudex conscientia. Bona omnia communia seu omnium sunt. Ex iis, quae arbores agrique gignunt, ex lacte, quod greges suppeditant, eam sibi opulentiam parant, vt ad vitam sobriam moderatamque, quam viuunt, commode instituendam opus haud sit 1) agrum in portiones describi. In regione hac vsque adeo felici et splendida, quoniam 2) instabiles sunt nec affixae domibus familiae, consumto victu pabuloque vnius loci in alium tabernacula sua transportant. Itaque non implicantur litibus 3) auaritia commodorum; non laxatur, quo 4) coëunt, vinculum fraternae amicitiae: voluntatum verissima coniunctio numquam dissoluitur. Atque haec animorum consensio, haec ab alieno iugo

familiae, das Haupt/ der Vornehmste einer Familie. 25) ex patrio instituto, als Vater. 26) adhibito -- consilio, so/ daß er die übrige von der Familie mit zu Rath ziehet. 27) imperatis sponte obuia industria, der bereitwillige Gehorsam.

(Cap. XV.) 1) agrum in portiones describere, die Felder vertheilen/ einem jeden seinen Theil davon zumessen. 2) instabiles -- familiae, die Familien haben nicht ihren beständigen und gewissen Sitz an einem Ort. 3) auaritia commodorum, Vortheilhaftigkeit/ Interesse. 4) vinculo coire,

iugo immunitas adhuc diligentia carendi inutilibus diuitiis vanisque voluptatibus 5) ftetit.

Omnes vti liberi, ita etiam conditione aequales funt. Nullumque inter eos discrimen, nifi quod vel ex feniorum experientia nafcitur, vel ex iuniorum quorumdam 6) praeter morem maturefcente fapientia, qui tum 7) fenilem virtutem aequiparant. Violentia, dolus, perfidia, controuerfiae, lites, pugnae, quam aliis peftifera, tam his fortunatis populis ignota funt nomina. 8) Agnino cruore haec tellus vix vmquam tepet, 9) tantum abeft, vt 10) humanum biberit vel femel. 11) Cerneres obftupefieri pacis ftudiofum hunc populum, cum, quae incidere alibi, calamitofa praelia, feftinatae expugnationes, excidiaque regnorum ac prouinciarum referuntur ab aduenis. 12) Ergone, inquiunt, mortalitate non alias fatis multati funt homines, etiamfi mortem fibi per mutuas caedes non maturant? 13) vitae humanae tantilla funt fpatia: eorum tamen tarditatem et moram quis non credat his pugnatoribus difplicere? ideone viuunt, vt 14) communibus aerumnis vna contabefcant mutui furoris victimae?

CA-

durch ein Band verknüpfet seyn. 5) ftetit, ist aufrecht, unversehrt erhalten worden. 6) praeter morem maturefcens fapientia, frühzeitige, ausserordentlich reiffe Weisheit. 7) fenilem virtutem aequiparare, denen Alten an Tugend gleich kommen. 8) agnino -- tepet, es wird nicht leicht eines Lammes Blut vergossen. 9) tantum abeft, will geschweigen. 10) humanum fanguinem terra bibit, es ist Menschen-Blut vergossen worden. 11) cerneres obftupefieri hunc populum, dieses Volk entsetzet sich recht. 12) ergone mortalitate -- homines, ist der Tod dann denen Menschen nicht ohnehin gewiß genug. 13) vitae -- difplicere, das menschliche Leben ist so kurz, doch sollte man fast meynen, es wäre dasselbe diesen Kämpfern zu lang. 14) communibus aerumnis vna contabefcunt mutui furoris victimae, sie machen einander unglücklich, und reiben selbst einander in ihrer Tollheit auf.

CAPVT XVI.

Sed 1) neque illud monſtro carere putant, eſſe maximo numero, qui victores gentium, et egregios bello viros admiratione et honoribus proſequantur. 2) Vah ſtolidam vecordiam (ita ſtomachantur) 3) aucupari felicitatem ſuam ex aliorum imperio, dum imperare vel vni, ſalua prudentia et incolumi iuſtitia, tam arduum eſt, et obnoxium infinitis moleſtiis! quis igitur 4) ex coacta ſubditorum ſibi obedientia tripudiet? viri prudentis eſt, aequiore ferre animo, ſeu 5) dociles populos iugique patientes a diis regendos acceperit, ſeu 6) qui patris bonitatem et paſtoris vigilantiam ab eo efflagitant. At domitores gentium, et 7) vno armorum ſuffragio reges, id demum agunt, vt ob 8) putidum et aberrantis duntaxat cerebri aeſtimatione inſignem titulum tyrannici imperii 9) in amplexus iniquiſſimae ſortis ſeſe coniiciant. Flagellum eſt, qui domat regna, ab iratis generi humano ſuperis 10) medio indignationis ardore immiſſum in ſceleratas terras ad ſubuertenda imperia, 11) ad propagandum quoquouerſus terrorem, deſperationem et miſe-

(Cap. XVI.) 1) neque -- putant, auch dieſes kommt ihnen ſelzam vor/ können ſie nicht begreiffen. 2) vah ſtolidam vecordiam, iſt das nicht eine Tollheit. 3) aucupari ſuam felicitatem ex re, ſeine Glückſeligkeit in etwas ſuchen. 4) ex coacta - tripudiare, ſich über den erzwungenen Gehorſam der Unterthanen freuen. 5) docilis iugique patiens populus, ein folgſam und williges Volk. 6) qui patris -- efflagitant, die von ihm als von einem gütigen Vater/ oder als einem ſorgfältigen Hirten begehren tractirt zu werden. 7) vno armorum ſuffragio reges, die ſich durch nichts als durch die Waffen zum Regiment empor geſchwungen/ das Reich durch Waffen erkämpfet haben. 8) putidus -- titulus, ein ſchändlicher und in bloſer thörichten Einbildung beſtehender Titul. 9) in amplexus - - coniicere, ſich in einen unglückſeligen Zuſtand hinein ſtürzen. 10) medio - - ardore, aus lauterem Unwillen. 11) ad -- terrorem, überall nichts als

miseriam, 12) ad imperanda tot iuga, quot in orbe sunt homines praeter aliena imperia. 13) Defuturum ergo putat, vnde commendabilis ipse sit, nisi violentia, nefas, ambitio, rapinae, 14) tyrannis illata in circumfusos populos 15) famae scaturigines fodiat? numquam, numquam nisi pro libertate molienda bella. Felix, qui nec seruitutem patitur, nec vt patiantur alii, ambitione incitatur. Illi autem bellatores, 16) idola ceteroquin gloriae, torrentes sunt superfusi ripis, qui 17) ingenti sane superbiunt specie, at 18) vastissimo fertilitatis, quam modico humore iuuare poterant, detrimento.

CAPVT XVII.

Telemachus hac Adoami de Baetica descriptione mirum in modum laetatus, postea 1) ad diuersa largioribus interrogatiunculis excurrit. Inter alia percontabatur, 2) num quis ea in regione vini vsus? hoc genere potus, (Adoamus respondit) quoniam non conficiunt ipsi, omnino se prohibent. Neque in caussa vuarum defectus: quippe 3) praestantissimas, si quae alia, haec gignit regio. Ceterum fami, non siti pellendae eas cum fructibus reli-

Schrecken anzurichten. 12) ad imperanda -- imperia, so viel Sclaven zu machen, als freye Leute in der Welt sind. 13) defuturum -- ipse sit, meynt er dann, er könne sich durch nichts sonst beliebt machen. 14) tyrannis illata in circumfusos populos, angemaßte tyrannische Herrschaft über die herumliegende Völker. 15) famae scaturigines fodere alicui, einem einen Nahmen machen. 16) idola ceteroquin gloriae, die sonsten grosen Ruhm zu haben scheinen. 17) ingenti superbire specie, ein groses Ansehen machen. 18) vastissimo fertilitatis detrimento, zu gröstem Schaden der Früchte.
(Cap. XVII.) 1) ad diuersa -- excurrere, noch allerhand weitere Fragen machen. 2) num quis -- vsus, ob man auch Wein da habe. 3) si quae alia, haec regio praestantissimas gignit vuas, es giebt hier so gute Trauben, als irgend in

reliquis adhibent. Contra, quod vuis exprimitur, velut perniciosum humano generi, damnant: vinumque, inquiunt, veneni genus et furoris quoddam ac vesaniae semen est, non mortiferum, non vitam, sed naturam eripiens homini, quippe quem parem beluae facit. Nec humano corpori vino opus, nec robori. Nam vinolentorum assidue tam periclitatur valetudo, quam probitas.

Post haec iuuenis: scire velim, 4) quibus ibidem legibus teneantur ad rem vxoriam adiicientes animum? Et Adoamus: cum vna tantum et 5) in indissolubilem vitae torique societatem conueniunt. Viri in seruata, quam vxoribus debent, fide 6) summam laudis, non minus ac aliae nationes vxorum decus in odio alieni amoris ponunt. Numquam alia gens studiosior honestatis et pudicitiae fuit. Feminarum vt eximia est perque amoena species: ita par simplicitas, et 7) otium semper perosa modestia. 8) Coniugia eorum nec molesta turbis, nec sterilia sunt, et 9) exemta vituperationis ignominiae. Putares vtrumque coniugem vnam duntaxat animam in diuersis corporibus habere. Onus domesticae curae diuisum est, viro curante, quae agenda foris, vxore 10) ad domestica incumbente intra aedium ambitum: adeoque 11) socia laborum est, et quasi nata mariti solatio; quippe cuius fiduciam sibi conciliat, et maiorem ex probitate, quam pulcritudine amorem consequitur. Itaque 12) non prius quam vtrius-

einem Land. 4) quibus -- animum, was sie da vor Gesetze, Gebräuche haben beym heurathen. 5) in indissolubilem -- conuenire, sich unauflöslich mit einer Ehegattin verbinden. 6) summam laudis ponere in re aliqua, sein gröstes Lob in etwas suchen. 7) otium perosa modestia, eine arbeitsame Bescheidenheit. 8) molestum turbis coniugium, eine unfriedsame Ehe. 9) exemptum vituperationis ignominiae, untadelhaft. 10) ad domestica incumbere -- ambitum, der häuslichen Geschäften daheim abwarten. 11) socia laborum, eine Gehülfin. 12) non prius -- iucunditas, sie brin-

vtriusque vita cessat vitae socialis iucunditas. De cetero tota natio quoniam nec immoderate viuit nec improbe, neque praeter honestatem: quam diutissime commodeque valet; nec desunt, qui integrum iam seculum vixere, aut 13) vicesimum etiam annum seculo adiecere vegeti adhuc, et 14) praeter senilem torporem impigri.

CAPVT XVIII.

His auditis: superest, Telemachus subiungit, vt qua ratione bella et 1) armatas cum finitimis inimicitias euitent, intelligam. Tum Adoamus: hoc regnum, inquit, alia ex parte freto, alia, 2) qua septemtrionem spectat, altero munimento, praealtis montibus ab adiacentium populorum confiniis dirimitur. Deinde vero ciues eius ob virtutem 3) aliis gentibus in honore sunt. Ab accolis certe hi ipsi saepenumero iam postulati sunt iudices pertinaciorum controuersiarum, terrasque et vrbes, de quibus disceptabatur, acceperunt tuendas. 4) Extra suspicionem scilicet versatur haec prouida natio, vtpote 5) nemini adhuc armis infesta. Risum non tenet, si qui de regibus meminerunt, qui ortas de regnorum suorum finibus 6) lites profligare non possint. Ergone illud timendum est, inquit, ne 7) mortales terrae deficiant, cum tamen numquam

gen ihr ganzes Leben in vergnügter Ruhe zu. 13) vicesimum etiam annum seculo adiicere, hundert und zwanzig Jahr alt werden. 14) praeter senilem torporem impiger, noch frisch/ munter/ lebhaft.

(Cap. XVIII.) 1) armatae inimicitiae, Feindseligkeiten. 2) qua septemtrionem spectat, auf der Seite gegen Mitternacht. 3) aliis gentibus in honore esse, bey andern Völkern geehrt seyn. 4) extra suspicionem versari, bey niemand in einigem Verdacht stehen/ niemand verdächtig fallen. 5) nemini armis infestum esse, niemand gewaltthätig mit Waffen angreiffen. 6) lites ortas profligare, den entstandenen Streit schlichten. 7) mortales deficiunt terrae, es gebricht denen

quam valeat tantum de illis occupare humana auiditas; 8) vt incultae sterilitati sua non relinquenda sit portio. Quodsi autem superat adhuc, 9) quod nemo quispiam vindicauit sibi ad agrestem cultum, absit, vt 10) suscipiamus vel defensionis consilium, si 11) in agros quis nostros inuolet ex finitimis. Arrogantiam praeterea et fastum nemo est, qui ex illis populis non oderit. Execrantur perfidiam; nec 12) desiderium admittunt propagandorum suorum finium. Vnde vicini cum nec habeant, quod ab illis formident, nec habere se putent, quod propulsare metum non debeat; 13) religioni ducunt, eorum quieti obstrepere. Insuper Baeticam suam potius, aut cum morte vitam mutarent, quam cum seruitute libertatem. Adeoque tam arduum est eos iugo submittere, quam arduum illis vel 14) aduersam alienae libertati voluntatem pati. Ecce subsidia, quibus 15) integritatem perpetuae cum finitimis suis concordiae conciliant.

Narrandi finem Adoamus demum faciebat modo negotiandi, quo Phoenices vtuntur in Baetica. Mirabantur, alebat, hi populi, cum aspicerent alios e locis tam longinquis aduectos mari. Permiserunt nobis vrbem ponere in insula, quam Gades appellant; benigneque acceptis impertiti sunt ex omnibus,

R quae

Leuten an Land. 8) vt incultae -- portio, daß nicht immer noch etwas ungebautes übrig bleibe. 9) quod nemo -- cultum, was niemand sich als eigen zu pflanzen angemaset hat. 10) suscipere defensionis consilium, sich zu wehren gedenken. 11) inuolare in agros alicuius, einem seine Güter anfallen / angreiffen. 12) desiderium non admittere, das Verlangen nicht bey sich aufkommen lassen. 13) religioni duco, quieti eius obstrepere, ich machte mir ein Gewissen / ihn in seiner Ruhe zu stöhren. 14) aduersam alienae libertati voluntatem pati; eine Neigung bey sich aufkommen lassen / andern in ihrer Freyheit hinderlich zu seyn. 15) integritatem -- conciliare; eine beständige aufrichtige Ein-

quae possidebant, 16) recusato etiam, quod offerebamus, pretio; polliciti insuper, omnem lanam, 17) quam domestico vsui detrahere pateretur necessitas, vltro se tradituros. Et vero eius tum ingentem copiam nobis misere dono: gens tam benefici ingenii, vt gestiant superflua peregrinis dispertiri.

CAPVT. XIX.

Ceterum loca, in quibus metallum gignitur, cum 1) nihil inde deriuarent commodi, nobis haud grauabantur 2) cedere. 3) Leuiter delirare homines putabant, qui labore improbo multaque vexatione in terrae visceribus scrutarentur, ex quo nec possent beate, nec cum simplicitatis iucunditate viuere. Parcite telluris visceribus: (erat haec eorum non inurbana cauillatio) satis vobis sit, tergum eius vomeribus scindere. Sic vere nutricem habebitis: sic labori vestro reddet felix haec mater, metalla quod superat: neque enim metalla inuestigat humana cupiditas, nisi vt 4) vitae mercetur subsidia.

Inuitati plerumque sunt a nobis ad rem nauticam, 5) oblata erudiendi ad eam opera. Monebamus etiam, paterentur iuuentutem suam huius artis perdiscendae caussa in Phoeniciam duci. Quid illi? docerentur sane, inquiebant, et ipsi indigere iis rebus, quibus consuetudo vestra nullo iam pacto carere

tracht mit seinen Nachbarn beybehalten. 16) recusato pretio, ohne die Bezahlung anzunehmen. 17) quam - - necessitas, so viel sie von ihrem eigenen nothwendigen Gebrauch entbehren könnten / was sie selber nicht nothwendig braucheten.

(Cap. XIX.) 1) nihil inde deriuare commodi, keinen Nutzen davon haben. 2) cedere, überlassen. 3) leuiter delirare, eine ziemliche Thorheit begehen. 4) vitae subsidia mercari, sich die nöthige Lebens-Mittel anschaffen / kauffen. 5) oblata - - opera, und haben wir uns anerboten sie darin zu

rere poteſt. * Haec reſpicerent, haec vnice anhelarent neglecta virtute, vt, quae cupiunt, conſequerentur iniqua et maligna induſtria: haud abſimiles homini, qui, quamquam 6) firmis cruribus ac difficillimo ſuffecturis itineri, 7) ipſa deſuetudine eundi paulatim opus habet, aegrotantium more, aliena opera, 8) cum concedendum eſt aliquo, vti. Atque ipſam quidem nauticarum rerum ſcientiam videntur non odiſſe. Admirantur induſtriam, et, quo a nobis exercetur, ingenium. Eam ipſam tamen parum felicem exiſtimant eſſe. Rationem hanc adferunt: 9) neceſſaria viuendi auxilia ſi ſufficiat domeſticum ſolum, quid excurritur ad extraneum? aut 10) vltra exigendum, quam naturae ſit ſatis? digna hercle naufragio cupiditas, quae vt mercantium auaritiam exſatiet, vt libidinem nutriat ceterorum mortalium, 11) exitium inter terrores pelagi conſectatur.

Hac Adoami narratione magnopere delectabatur Telemachus. Exultabat, adhuc dum eſſe, quos ad tantam ſapientiam et felicitatem diſciplina ſanae rationis euexiſſet. Quam 12) longe et quam belle, inquit, id hominum genus abit a moribus frigidis et

 plenis

unterrichten. * haec reſpicerent -- virtute, ſollten ſie dahin alle ihre Abſichten und Begierden richten mit Hintanſetzung der Tugend. 6) firma crura ac difficillimo ſuffectura itineri, Beine die ſtark genug ſind, auch wol die beſchwerlichſte Reiſe zu unternehmen. 7) ipſa deſuetudine eundi, dardurch, daß er ſich ganz aus der Gewohnheit zu gehen ſetzet, des gehens ganz entwohnet wird. 8) cum -- aliquo, wann er etwa hin zu gehen hat. 9) neceſſaria -- extraneum? wann man in ſeinem eigenen Land genugſame Lebens-Mittel hat, was braucht es in auswärtige zu reiſen? 10) vltra exigere, mehr verlangen, ſuchen. 11) exitium inter terrores pelagi conſectari, ſeinen Tod unter den ſchröcklichen Begebenheiten des Meers ſuchen. 12) longe abire a moribus aliorum, weit von anderer Sitten unterſchieden ſeyn.

plenis ambitione illarum gentium, quibus 13) summam alioquin laudem sapientiae deferimus! sed tanta iam est animorum nostrorum ex infelici consuetudine peruersitas, 14) vt nobis persuaderi alia patiamur omnia, quam non fallere, quae de hac naturali simplicitate referuntur. Nobis illorum quidem mores 15) festiuum acroama sunt; at illis, puto, vita nostra videtur 16) nocturnae speciei portentum.

Finis Libri Octaui.

FA-

13) summam laudem sapientiae alicui deferre, einen vor allen andern als weise rühmen. 14) vt nobis--fallere, daß wir eher alles andere glauben, als daß das wahr seye. 15) festiuum acroama, ein lustiges Mährlein. 16) nocturnae speciei portentum, ein seltsamer Traum.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER NONVS.

CAPVT I.



Dum hos inter se habent sermones, 1) soporis et ad medium prouectae noctis obliti: immisso ab infesto quodam numine errore longius ab Ithaca nauigium deflectitur, factumque, vt, 2) qui ad clauum sedebat, Atha-

R 3 mas

(Cap. I.) 1) soporis - - obliti, und darüber des Schlafes, und daß es schon Mitternacht wäre, vergessen. 2) qui ad

mas 3) operam in ea perderet perquirenda. Neptunus quidem non auersabatur Tyrios. Ceterum 4) turbini exemtum Telemachum euasisse in Calypsus oram 5) vehementer indignabatur. At longe vehementius exarsit Venus, aspiciens gestientem Telemachum ob deuictas illecebras, 6) quas tanta, sed inutili, arte Cupido admouerat. Itaque ipso doloris aestu Cytheram, Paphon, Idaliamque deserit; 7) splendidissimos honores insulae suae destituit, locosque auersata, in quibus Telemacho fuisset despicatui, in Olympum 8) enititur ad aggregatos Ioui deos. Is locus est, 9) vnde astrorum infra se arbitrantur cursum. 10) Longe lateque explicatus terrae globus ipsis massa luti, eaque permodica, videtur esse. 11) Vniuersus oceanus, quem nullum ingenium metiatur, nullaque industria, 12) non aliam illuc quam guttarum transmittit speciem, dictam massam non large rigantium. Amplissima regna inde despicientibus apparent quasi arenulae, quibus 13) continentis illius luti planities obseritur. Illam innumerabilem multitudinem populorum, illos fortissimos et 14) numero superiores exercitus formicis comparant dii, ad occupandum graminis cauli-

clauum sedebat, der Steuermann. 3) operam perdere in perquirenda regione, ein Land vergebens wieder suchen. 4) turbini eximi, einem Sturm entgehen. 5) vehementer indignabatur, es verdroß ihn sehr. 6) quas -- admouerat, mit welchen der Cupido wiewol vergebens an ihn gesetzet hatte. 7) splendidissimos -- destituit, setzet alle die ansehnlichste Ehren / die ihr in dieser Insul erzeigt wurden / hintan. 8) eniti, auffsteigen. 9) vnde -- cursum, wo sie glauben / daß alle Gestirne unter ihren Füssen herumlaufen: sie über alle Gestirne erhaben seyen. 10) longe -- videtur esse, die so weit ausgebreitete Erdkugel kommt ihnen nur als ein geringer Klump vor. 11) vniuersus -- industria, das unermeßliche Welt-Meer. 12) non aliam speciem transmittere, nicht anderst aussehen. 13) continentis -- planities, die Ebene des Erdbodens. 14) numero superior, un-

cauliculum super 15) tumulo, ex stillis coenoso, prosilientibus ad bellum. Rident caelestes animi vel grauissima negotia, quibus 16) confligatur 17) humana fragilitas, vtpote 18) affinia rebus, quas amat pueritia. 19) Ieiunitatis inopiaeque damnant, quidquid siue gloriae ac dignitatis titulo, siue potentiae ciuilisque doctrinae nomine ambitiosis mortalibus 20) grandescit.

Atque hoc, de quo diximus, loco Iouem aeterno residentem solio colunt. Ille etiam abyssos 21) peruadit intenta acie oculorum, 22) qui abstrusissimis latebris cordium impertiuntur diem. Fronte serena mitique 23) abstergit, turbare quae possint, et 24) hilaritatem orbi aspergit vniuerso. Contra caelos quatit 25) vel leuiter moto vertice, terrasque perturbat. Quin attoniti ad fulgorem maiestatis eius, contremiscunt 26) subeuntes dii.

CAPVT II.

Et forte tunc adierat Venus, 1) cum nullum vacaret caelestis curiae subsellium. Iam 2) nihil celabat venustatum, quibus dea pulcritudinis

 noscita-

zahlbar. 15) tumulus ex stillis coenosus, ein sumpfichter Hügel. 16) confligari negotiis, sich mit Geschäften bemühen / plagen. 17) humana fragilitas, die schwache Menschen. 18) negotium affine rebus, quas amat pueritia, ein kindisches Geschäft. 19) ieiunitatis inopiaeque damnare aliquid, etwas vor elend armseliges Gezeug halten. 20) grandescere, groß vorkommen. 21) peruadere aliquid intenta oculorum acie, etwas genau durchschauen. 22) qui - - diem, welche / Augen / auch das verborgenste des Herzens Tag machen / beleuchten. 23) abstergere, vertreiben. 24) hilaritatem orbi vniuerso adspergere, die ganze Welt frölich machen. 25) vel leuiter moto vertice, wann er nur sein Haupt ein wenig bewegt. 26) subeuntes dii, die Götter die sich zu ihm nahen wollen.

(Cap. II.) 1) cum - - subsellium, da die ganze Versammlung der Götter beysammen war. 2) nihil celabat venusta-

noscitatur inter ceteras. 3) Premebat nitoris varietas in fluente deae tunica versicoloris Iridis superbiam, quacum atris ex nubibus emergit 4) hoc pignus pacati caeli, mitiorumque ab astris exspectandarum vicium nuncia. In zona, quam circumdederat tunicae, 5) Gratias diuinum artificium distinxerat. 6) Neque temere vagabantur ab humero capilli, simpliciter circumeunte fascia ex auro. Obstupescebant dii tantae pulcritudinis ceu tunc primum viso miraculo: 7) perstringebatur attonitus oculus, non secus atque obtundi solet acies post diuturnas tenebras subito intuentis in solem. 8) Aberrabant in mutuos aspectus, ducente admiratione: sed et 9) rursus colligentes semet reuertebantur ad tantae voluptatis spectaculum. Ceterum animaduertebantur manantes lacrimae, 10) dolorisque ingentis non occultus index cernebatur vultus.

Interea Venus Ioui leniter appropinquabat leuique motu, 11) qualem in aere describunt, quae pollent praepete volatu. Ille amanter intuens venientem, consurgensque dulci cum risu, oblato amplexu: Quid,

tum, sie erschien in aller ihrer Annehmlichkeit. 3) premere versicoloris Iridis superbiam, den Regenbogen an Pracht der bunten Farben übertreffen. 4) hoc pignus -- nuncia, dieses Zeichen und Vorbot gelinderer Witterung. (Zierliche Beschreibung des Regenbogens.) 5) Gratias -- distinxerat, die Gratien waren sehr künstlich darauf gebildet. 6) neque -- ex auro, ihre Haare waren auf der Schulter mit einer Binde von Gold zusammen gebunden. 7) perstringebatur -- in solem, ihr Auge war von Erstaunen ganz geblendet / wie / wann man etwa nach langer Finsterniß plötzlich in die Sonne schauet. 8) aberrabant -- admiratione, sie sahen sich untereinander / einer den andern vor Verwunderung an. 9) rursus -- spectaculum, bald richteten sie wieder alle zusammen ihre Augen auf das so angenehme Bild. 10) doloris -- vultus, man sahe ihr nicht undeutlich im Gesicht an / daß sie schmerzlich betrübt seye. 11) qualem -- volatu, wie die Vögel pflegen durch die Luft zu flie-

Quid, gnata, doles? inquit. 12) Mouent hae lacrimae. Age! 13) animum tuum audacter me doce. 14) Amantissimum tui, et, quod nosti, indulgentem Iouem habes.

Venus et multa vocis suauitate, et 15) concinnis gemitibus responsum commendans: o omnium, quae et sunt, et aguntur, conscie diuum hominumque Pater! caussam petis doloris mei? Minerua non contenta foedissimo Troiae tam illustris et meae excidio, 16) nec parata Paridi ob spretam formam poena, 17) in me grassatur longius. Per mare, per terras secum trahit Vlyssis filium, illius, qui 18) immanem in modum confecit Pergama. Minerua Telemachi comes est. Haec caussa eius ab 19) hoc consilio absentiae. Illa ducente 20) temere ingessit se in Cyprum meo ludibrio, pertinaciter spreta, qua tu me dignaris, potentia: 21) recusata aris meis thuris vel tantilla particula: aperte damnatis celebritatibus, quibus ibidem litant mihi, reiectisque cum contemtu, 22) quibus eum delinitum ibam, illecebris. 23) Frustra ad preces meas intentauit Neptunus scelesto supplicium: frustra pro-

 cellas

gen. 12) mouent hae lacrimae, deine Thränen gehen mir zu Herzen. 13) animum -- doce, offenbare mir deines Herzens Anliegen. 14) amantissimum -- habes, du weißt wol/ daß dich Jupiter liebt/ und dir alles zu gefallen thut. 15) responsum commendare concinnis gemitibus, ihre Antwort mit anständigen Seufzen begleiten/ vorbringen. 16) nec parata -- poena, noch mit der Strafe/ wormit sie sich an dem Paris wegen Verachtung ihrer Gestalt gerochen. 17) longius grassari in aliquem, seine Grausamkeit noch weiter an einem ausüben. 18) immanem -- Pergama, der Troja auf eine so grausame Art verstöret hat. 19) hoc consilium, diese Versammlung/ der Gottheiten nämlich. 20) temere -- ludibrio, hat er sich in Cypern hinein gewagt/ zu meinem Spott. 21) recusata -- particula, er hat nicht das geringste Weyhrauchs-Opfer auf meine Altäre gebracht. 22) quibus -- ibam, mit welchen ich ihn zu gewinnen suchte. 23) frustra intentare alicui supplicium, einem

cellas, 24) vndarumque commouit a fundo excitos cumulos. Eiectus in Calypsus insulam horribili naufragio, 25) extorsit palmam, quem ad labefactandum animum illius miseram, Cupidini. Non flos ipse aetatis, non Calypsus diuina profecto species, non Nympharum etsi festiuissima elegantia 26) pares fuere Palladiae astutiae; 27) tantum abest, vt ignes quantumuis acerrimi Cupidinis exusserint frigentem ad vniuersa voluptatis incendia. Illa, illa exemit; 28) exemit autem? imo eripuit iuuenem insulae et mihi. En contumeliam meam! en ludibrium, genitor! 29) puero palmam cedit Venus.

CAPVT III.

Daturus Veneri solatium Iupiter: fateor, inquit, Mineruam nati tui arma repulisse a Telemacho, 1) gloriamque ipsi maiorem praeparare merito iuuentutis. Nec placet, honorem eum non habuisse altaribus tuis. Sed neque me penes est, tuo illum arbitrio potestatique subiicere. Permitto tamen, (vide, amabo, quid dem tibi) vt porro terra marique exagitatus, extra patriam sit et fortunae etiam iniquiori obnoxius. Ceterum vt 2) succumbat vel vindictae tuae, vel, quibus captiuas humanum genus, illecebris, haec 3) Diphthera vetat. Itaque

vergebens suchen zu strafen. 24) vndarum - - cumulos, aus dem untersten Grund des Meers die Wellen erregen. 25) extorquere palmam Cupidini, den Cupido besiegen. 26) pares - - astutiae, vermochten nichts wider die List der Pallas. 27) tantum - - incendia, will geschweigen, daß Cupido mit allen seinen Reitzungen eine Lust zur Liebe in seinem eißkalten Herzen hätte anzünden können. 28) exemit autem? imo eripuit, ja, was sage ich entnommen? vielmehr mit Gewalt entrissen. 29) puero - - Venus, einem Knaben solle sich Venus gewonnen geben.

(Cap. III.) 1) gloriam alicui praeparare merito maiorem, einem einen grösern Ruhm als er verdient zubereiten. 2) succumbere vindictae alicuius, ein völliges Schlachtopfer eines Rache werden. 3) Diphthera, das Fell der Ziegen

Itaque solatio tibi, filiae, satisque sit, tot alios heroes esse, tot caelestes, qui imperio tuo obsequuntur.

Inter haec verba augusta lenitate arridens Veneri, 4) fulgorem eiaculabatur ex oculis, 5) qualem nubes acrius collisae praemittunt tonitribus. Flexusque ad imprimendum ei suauium, 6) vniuersi nectaris odorem Olympo aspirauit. 7) Non poterat tam blando Ioue dea non pati, ad teneritudinem suum deflecti animum. 8) Apparebat ori aspersa hilaritas, quamquam dolentis ad fletum vsque. 9) Demisso itaque modice velo subtrahebat vultum, ne constaret, in verecundiam et perturbationem eam incidisse. Ceterum talia dixisse Iouem approbabat praesentium communis laetitia. Protinusque Venus ad Neptunum decurrit, de puniendo Telemacho habitura consilium.

Neptunus, auditis ex Venere, quae ad illam Iupiter, 10) alias constabat mihi, inquit, non immutari fata. 11) Demus, ab iis prohiberi iuuenis exitium. Ergo saltem nihil omittendum, vt infelix et diu peregrinus sit. Phoenicum nauem, qua vehitur, cum in amore mihi sint, haud patiar mergi. Mea haec gens, illi 12) maxima imperio meo incrementa

Amaltheae, welche den Jupiter gesäuget, welches er ihr zu Ehren aufbehalten, und zur Schreibtafel gebraucht, darein er alles Thun und Schicksale der Menschen aufgeschrieben, vnde, haec Diphthera vetat, die Schicksale lassen dieses nicht zu. 4) fulgorem ex oculis eiaculari, einen Glanz aus den Augen schiessen lassen. 5) qualem - - tonitribus, gleich denen Blitzen. 6) vniuersi - - adspirare, den Himmel mit einem ganz göttlichen Geruch erfüllen. 7) non poterat - - animum, die Göttin mußte durch solches Liebkosen des Jupiters aufs zärtlichste gerühret werden. 8) apparebat - - vsque, sie lies in ihrem Gesicht einige Freudigkeit merken, obwol sie vor innern Betrübniß lieber geweinet hätte. 9) demisso velo subtrahere vultum, einen Vorhang, Schleyer, vor das Gesicht ziehen. 10) alias constabat, ich wußte vorhin. 11) demus, laß es aber seyn. 12) maxima im-

ta adiiciunt. Illi 13) discretas maribus terras vinculo iunxere commercii; 14) alias cultores mei fidelissima religione, 15) non fraudulenter quaestuosi, non temere, non segniter agentes, primique, per quos gentes 16) anguste viuere et egere desierunt. 17) Mea igitur pace numquam subibunt naufragium. Efficiam autem, vt gubernator nauis, 18) deerrans itinere, abstrahatur ab Ithaca, quam recta petit. His acquiescens Venus 19) cum maligno risu praepetem currum, quo vtitur, reflectit in Idaliae prata; 20) reditumque eius loci Risusque celebrantes cum Gratiis, venienti choreas per iucundam odoratis floribus humum circumdedere.

CAPVT IV.

Iam Neptunus citra moram ablegabat, 1) aberrationes creaturum, numen, somniis haud absimile, nisi quod illa imponant dormientibus, hoc 2) vigilantium circumueniat sensus. 3) Mendacia ingenti numero circumstrepunt, ad exitiabile numinis sui imperium parata volatilis turba. Tum quidem

perio alicui incrementa adiicere, den Wachsthum eines Reichs sehr befördern. 13) discretas maribus terras vinculo iungere commercii, die durch das Meer weit von einander getrennte Länder durch die Handlung zusammen verbinden. 14) alias -- religione, sie verehren mich sonsten aufs heiligste. 15) non fraudulenter quaestuosi, sie treiben ihr Gewerb ohne Betrug. 16) anguste viuere et egere, genau und kümmerlich sich betragen. 17) mea pace, mit meinem Willen/ ich werde es nimmermehr geschehen lassen/ daß rc. 18) deerrare itinere, des rechten Wegs verfehlen. 19) cum maligno risu, von aussen lachend/ darbey aber von innen unwillig. 20) reditumque -- circumdedere, und wurde da von ihren Hauffen mit angenehmsten Scherzen und Lachen auf denen Blumen reichen Auen empfangen.
(Cap. IV.) 1) aberrationes creaturum, numen, eine Gottheit/ welche sie auf Irrwege bringen sollte. 2) vigilantium sensus circumuenire, die Wachende verführen/ irre machen. 3) mendacia -- circumstrepunt, rings um sie herum sind ein

dem decipiendi initium a subtili et fascinato succo factum, quem Athamantis oculis numen infudit. Forte is 4) lunam toto lucis apparatu cursusque siderum et Ithacae littus obseruabat cum cura. Iamque 5) praerupti accessus insulae eum subibant: cum 6) tota oculorum fallacia coepit obrui. Aliud caelum, aliam terram videt. 7) Diuertisse a soliti tenoris cursu opinabatur stellas, et rediisse, vnde moueri coeperant: Olympum etiam a pristinis suis legibus terramque a se ipsa deflexisse. 8) In morae et erroris auxilium opposita ab illo numine gubernatori nauis 9) inanis Ithacae species, dum interim a vera Ithaca magis ac magis aufertur. Sed et ipsa 10) imago ficti littoris insulaeque longius recedebat, 11) quo propius premebatur a nauigantibus; 12) praeuertebatque nauigii cursum perseuerantur fugitiua, 13) Athamante vtique dubio, quid de fugiente hac Ithaca cogitaret. 14) Videbatur ipsi quandoque allabi fremitus, quo impleri portus consueuere. Iamque diligenter parabat se ad exsequendum, quod datum erat, imperium. Quippe ne Telemachum aduenisse rescîscerent coniurati Penelopes proci, ad mino-

Hauffen lügen. 4) luna -- apparatu, der Mond ist in seinem vollen Glanz. 5) praerupti -- subibant, er hatte schon vor sich die gähe Felsen der Insul. 6) tota -- obrui, auf einmal wurden ihm seine Augen ganz verführt. 7) diuertere a soliti tenoris cursu, von seinem sonst gewohnlichen Lauf abweichen. 8) in morae -- auxilium, ihn immer mehr aufzuhalten, und in Irrthum zu bringen. 9) inanis Ithacae species ei opposita est, es ist ihm ein falsches Ithaca vor die Augen gestellet worden, die Gottheit hat ihm ein falsches Bild von Ithaca vor die Augen gebracht. 10) imago longius recedit, das Bild verliert sich immer weiter. 11) quo propius -- nauigantibus, je näher die Schiffende ihm zu kommen trachteten. 12) praeuertebat -- fugitiua, je stärker das Schiff lief, je weiter entfernte sich Ithaca, und flohe vor ihm. 13) Athamante -- dubio, so daß Athamas freylich nicht wußte, sich nicht darein finden konnte. 14) videbatur -- fremitus, es dunkte ihn bisweilen, er hörte ein Ge-

minorem ab Ithaca insulam nauigium iussus erat appellere. Interdum scopulorum metu, quibus haec 15) ora impeditur, credebat se audire horribiles mugitus ex fluctibus, hic plerumque ingenti mole allidentibus ad cautes. Deinde vno eodemque momenti interuallo sentiebat adhuc distare litus. Subitoque hac existente locorum distantia 16) altissimi montes nubecularum praeferebant speciem, 17) quibus, occidente sole, desinens in terras horizon intercipitur. Ergo stupere Athamas, 18) immissisque praestigiis fictarum imaginum occupari, vt numquam ante hoc tempus, animo; credere demum se nocturno viso decipi. Haec dum fiebant Tyriis, a Neptuno negotium Euro datur, promouendi ad 19) diuersam Hesperiae oram nauigium. Eo itaque 20) ad imperata incumbente non segniter, paulo post decretum a Neptuno portum tetigere.

Iamque 21) aurora promicabat in diem, stellaeque solis metu inuidiaque ignes suos parum integros inferebant oceano: cum Athamas: Quid haereo, exclamat? Ithaca prope est. Eia Telemache! non abiuerit hora, cum videbis Penelopen, et forte 22) restitutum Vlyssem solio.

CAPVT V.

Inter hunc clamorem cohortantis excitatus a grauissimo sopore Telemachus ad gubernatorem ascen-

räusch. 15) ora impeditur scopulis, die Küste ist mit vielen Felsen umgeben. 16) altissimi -- speciem, die höchste Berge kamen ihm nur wie kleine Wölklein vor. 17) quibus -- intercipitur, die sich wann die Sonne untergeht/ am äussersten Horizont aufziehen. 18) immissis -- animo, und wurde durch die zauberische Blendung der falschen Bilder mehr als jemalen in seinem Gemüth eingenommen. 19) diuersa ora, die seitwarts gelegene Küste. 20) ad imperata incumbere, dem Befehl nachkommen. 21) aurora -- oceano, die Morgenröthe brach an/ und die Sterne verlohren ihren Glanz vor der nahen Sonne. 22) restitui solio, wieder in sein Reich eingesezt werden.

aſcendit, 1) primisque nunciis carum amplectitur, vicinam oram fixis oculis, quantum ſcilicet 2) nondum ſatis exterſus ſomnus permittebat, intuetur. Vt autem vidit, 3) non his littoribus, non his crepidinibus praecingi Ithacam, 4) ſolutus in gemitum: Ah! vbi ſumus? inquit. Non haec mea Ithaca. Erraſti, Athamas! minus certe peritus es huius procul a Phoenicibus diſſiti littoris, 5) Excepit in ſermone iuuenem Athamas: 6) nae portentum ſit me falli, hanc primam inſulae faciem ſi inſpicio. 7) Quam non ſemel intraui hunc portum! 8) ſcopulos venientibus obiicit, ex quibus nec minimum ignoro. 9) Vix patrium portum iſto fidelius mihi depingit memoria. Vide hunc montem praealtum, hanc 10) rupem turris altitudine! 11) accipe ſonantes fluctus ex adliſione ad alteram rupem. 12) Quam ambae quaſi lapſum minitantur ſubeunti pelago! en Mineruae 13) templum eductum ad nubes! en arces! et Vlyſſis regiam!

Falleris, amice, Telemachus regerit. Imo oram video, ſatis elatam, ſed ſine rupium impedimento incubantem mari. Vrbem aſpicio, ah! quam diuerſam ab Ithaca. Siccine a diis mortales ludimur?

Dum

(Cap. V.) 1) primis nunciis, auf die erſte Nachricht. 2) nondum ſatis exterſus ſomnus, der noch nicht völlig aus den Augen gewiſchte Schlaf. 3) non his -- Ithacam, daß dieſes nicht die ufer von Ithaca ſeyen. 4) ſolui in gemitum, ſeufzen. 5) excipere aliquem in ſermone, einem gleich auf ſeine Rede antworten. 6) nae -- inſpicio, das müßte ein Wunder ſeyn/ wann ich die Inſul nicht kennen ſollte. 7) quam non ſemel, wie oft. 8) ſcopulos -- ignoro, er iſt bey ſeiner Einfahrt mit Felſen umgeben/ die ich vom gröſten an bis auf den kleinſten nur zu wohl kenne. 9) vix patrium -- memoria, ich kenne kaum das Geſtad meines Vaterlands ſo gut. 10) rupes turris altitudine, ein Fels der ſo hoch als ein Thurn. 11) accipe ſonantes fluctus, höre die rauſchende Wellen. 12) quam ambae -- pelago! wie drohen ſie nicht beede dem Meer ſelbſt mit ihrem Einſturz! 13) templum eductum ad nubes, ein bis an die Wolken reichen-

Dum haec cum affectu iuuenis, Athamas desubito mutatis oculis et cessantibus praestigiis oram et ipse sine errore aspexit. Itaque certus fraudis: Fateor, Telemache, exclamat, curam meam fefellit inimicum numen. Putabam me videre Ithacam, 14) obuersante integerrima imagine eius, quae hoc puncto temporis veluti nocturna species dilabitur. Aliam vrbem prospicimus, vt credo, Salentum, quam ex Creta pulsus Idomeneus nuper moliri coepit in Hesperia. Subeunt 15) muri, eminentes in altum, 16) nondum accepta vltima manu. 17) Portum intueor adhuc praecingendum munitionibus.

Interea 18) dum Athamantem detinet operum coeptae vrbis nouitas, vicemque suam deplorat Telemachus: factum vrgente vento, quem Neptunus 19) inuexerat, vt 20) passis plenisque velis proxime portum admouerentur vadosae crepidini, 21) stationi nauium securitatem praebiturae.

CAPVT VI.

Constabat Mentori tam Neptuni inuidia, quam Veneris dira calliditas; nihilque mouebatur Athamantis errore, 1) si lenem risum excipias. Naue in dictum a littore subuecta locum: 2) tentaris a Ioue, inquit, o Telemache! 3) non destinaris

der Tempel. 14) integerrima eius imago mihi obuersatur, ich sehe sein Bild vollkommen vor mir. 15) muri eminentes in altum, Mauren / die aufangen erhaben zu werden. 16) muri nondum acceperunt vltimam manum, die Mauren sind noch nicht ausgebaut. 17) portus adhuc praecingendus munitionibus, ein Hafen / der erst muß fortificirt werden. 18) dum - - nouitas, indem Athamas die Werker der neu angeleaten Stadt so beschauet. 19) ventum inuehere, einen Wind weben lassen. 20) passis plenisque velis admoueri vadosae crepidini, mit vollen Segeln in eine Rheede einlaufen. 21) stationi - - praebiturae, wo ihre Schiffe sicher ankern konnten.
(Cap. VI.) 1) si - - excipias, ohne daß er darüber lächelte. 2) tentari, auf die Probe gesezt werden. 3) non destinaris

ſtinaris exitio. Tentaris autem, vt iter tibi ſternat ad gloriam. Labores Herculis, labores genitoris tui cogita: neque hanc cogitationem vmquam depone. Imbellis et vecors eſt, pati qui renuit. Fortunam, 4) cui moleſtiae tuae iucundae ſunt, patiendo fatiges oportet et agendo fortia. Malim Neptunum iraſci tibi, quam blandiri in inſula tua deam. Quid moramur? quin intremus hunc portum. Amicorum is eſt. Graeci nimirum eum tenent. Idomeneus, quem tam atrociter fortuna afflixit, miſerebitur eorum, quos premit eadem. Tum 5) ſucceſſum eſt ad portum, in quem Phoenices, gens quippe omnibus amica ob pacis commerciique foedus, a Salentinis facile admiſſi.

Hic inſpicere, admirari Telemachus initia nouae vrbis. Sicuti 6) planta, haud ita pridem auſpicata radicem, 7) tractis ex nocturno rore alimentis, acceptoque 8) in rudimentum pulcritudinis matutini ſolis radio, adoleſcit: 9) folliculum, cui molliter inuoluitur, explicat: effundit cum vigore folia, 10) odoratum denique florem penitus elicit admirabili varietate colorum, 11) ſingulis intuendi momentis eius nitore adaucto: ita Idomenei oppidum efflore-ſcens ad maritimam oram, adoleſcebat in dies horasque ſingulas cum incremento magnificentiae, prodigioſaque altitudine oſtentabat procul meantibus in

S pelago

exitio, es iſt nicht auf deinen Untergang angeſehen. 4) cui -- ſunt, das ſeine Freude hat dich zu plagen. 5) ſucceſſum eſt ad portum, ſind wir in den Hafen eingefahren. 6) planta -- radicem, eine noch zarte Pflanze, (die noch nicht lang angewurzelt.) 7) tractis -- alimentis, durch den Nahrungs-Saft, den ſie von dem Nacht-Thau bekommt. 8) in rudimentum pulcritudinis, zu Vermehrung ihres Schmucks. 9) folliculus, der Knopf einer Blume. 10) odoratum -- colorum, in die ſchönſte Blühte mit dem angenehmſten Geruch und bunten Farben ausſchläget. 11) ſingulis -- adaucto, ſo daß man von Augenblicken zu Augen-

pelago exteris, 12) quae ob nouitatem mirarentur ornamenta architectandi sollertiae. 13) Strepebat, quantum patuit, littus operarum clamoribus, malleorumque ictibus. 14) Grues architecti vocant machinas, funibus varie ductis attollentes onera. His appensa saxa trahebantur sursum. 15) Ineunte die euocata accensaque operariorum industria ab iis videlicet, qui praefecti erant operi. Idomeneus, quaecumque volebat fieri, 16) nullo internuncio exposuit ipse, effecitque auctor praesens, vt mira accuratione, et exquisito studio procederet inceptum opus.

CAPVT VII.

Ceterum Cretenses facta exscensione strenue 1) praestabant, quidquid Telemacho et Mentori argumento esse poterat, venisse eos ad homines non mediocriter amicos. Properabant ad Idomeneum nuncii, adesse Vlyssis filium. Et ille: Eho! Vlyssis filium? Vlyssis, amici mei, oraculi nostri, herois, per quem destructa Pergama? 2) huc mihi iuuenem! Faxo, intelligat, 3) quam non ex vulgi more patrem ipsius dilexerim. Itaque protinus eum sistunt

blicken neuen Glanz daran gewahr wird. 12) quae ob -- sollertiae, neue und bewunderns-würdige Zierrathen der Baukunst. 13) strepebat -- ictibus, das Geschrey der Handwerks-Leute und schlagen der Hämmer erschallete weit und breit an dem ganzen Ufer. 14) Grues, Krahnen, Machinen, womit man die Lasten aus den Schiffen durch Seiler in die Höhe zieht. 15) ineunte -- industria, mit anbrechendem Tag wurden die Arbeiter zum Geschäft beruffen und ermuntert. 16) nullo internuncio, ohne einen Unterhändler: selbst, gegenwärtig.

(Cap. VII.) 1) praestabant, quidquid argumento esse poterat, erzeigten ihnen lauter Merkmahle, woraus sie erkennen konnten. 2) huc mihi, bringt mir ihn herbey. 3) quam non ex vulgi more &c. wie ungemein, wie ausneh-

fiſtunt regi, 4) pro hoſpitali benignitate ſupplicantem et docentem nomen ſuum.

Idomeneus miti et 5) ſolatium praeferente vultu: agnouiſſem te, inquit, puto, etiamſi nomen patriamque tuam mihi non indicaſſent mei. 6) Ipſe hic Vlyſſes eſt. 7) Sic eius accendebantur, ſic vigebant impauido aſpectu celebres oculi. Hi geſtus fuere, et exterior habitus, cuius primum moderatio et continentia admirabilem celabat alacritatem animi ingeniumque, quo nihil amoenius: quin et ipſi riſus ita temperati: 8) hic modus agendi parum ſollicitus: haec vox, ita dulcis, ita candida, 9) illabensque in animos validius, quam vt moram indulgeret ſuſpendendi aſſenſum ob erroris metum. Es, mehercle! es Vlyſſis filius. Sed et meus eris. Ah fili! mi fili! 10) quis ad hanc te gentem caſus? profectus ad nos es inueſtigandi patris cauſſa, de quo tamen ego nihil? illum, quam me fortuna haud iactauit minus. Infelix ille ob non inuentam patriam, ob inuentam ego: quippe quam deorum in me indignatio repleuit. Sub has voces in Mentorem intendebat oculum, credebatque, eum hominem eſſe, cuius vultum noſſet, nomen duntaxat reddere non amplius valeret memoria.

Ceterum Telemachus multo fletu: ignoſce, rex, inquit, dolori meo, quem continere haudquaquam poſſum, etſi animum ad laetitiam cogere deberet regiae beneuolentiae celebrandum beneficium. Tuum

S 2 ipſius

mend ꝛc. 4) pro hoſpitali benignitate ſupplicare, demüthig bitten, daß man einen als einen Gaſt gütig aufnehmen wolle. 5) ſolatium praeferens vultus, ein liebreich, tröſtliches Angeſicht. 6) ipſe hic Vlyſſes eſt, es iſt das vollkommene Ebenbild des Ulyſſes. 7) ſic eius -- oculi, ſo feurig, ſo lebhaft, ſo unerſchrocken waren ſeine Augen. 8) hic modus -- ſollicitus, ſo ungezwungen, ſo natürlich ſein Bezeugen. 9) illabens -- metum, ſo eindringend ſeine Stimme, daß ſie ihm keine Zeit lieſſe. ſich zu beſinnen, oder daran zu zweiflen, daß er es ſeye. 10) quis ad -- caſus?

ipsius desiderium, quo Vlyssem prosequeris, docet, quantum dolere ob frustra quaesitum genitorem filius debeam. 11) Quae freta non excussi! quae maria, quas terras, et quam diu, vt inuenirem! At per irata numina carendum eius aspectu est, imo carendum vel nunciis, qui de naufragio, quod eum aiunt fecisse, 12) sine errore edoceant; carendum ipsa denique Ithaca, vbi desideria 13) ex procorum insidiis emergendi miseram Penelopen conficiunt. In Creta, vbi, quam grauia sustinueris, intellexi, speraui tui me 14) copiam habiturum, credidique nefas esse itinere meo tentare, in qua condidisti regnum, Hesperiam. Sed huc ad te extrusit nos 15) fortuna, humanarum rerum arbitra, et ne procul non a patria oberrem, pertinax obstaculum. Ceterum 16) ex omnibus noxam mihi leuissimam nocuit, cum huc loci me perduxit. Reiicit a patria; at conspectu me solatur 17) rari inter magnanimos prodigii.

CAPVT VIII.

Haec dicentem vehementissime amplexus Idomeneus ducit in regiam, petens ab eo senis, qui comitabatur eum, nomen. Alias, inquit, hunc, puto, hominem, hanc prudentis viri speciem vidi. Docente Telemacho, Mentorem eum esse, Vlyssi amicum, puero sibi custodem datum, 1) assequi

was vor ein Schicksal führt dich hieher? 11) quae freta -- diu, es ist kein Meer kein Land/ das ich nicht schon lang durchsuchet habe. 12) sine errore edocere, sichere Nachricht geben. 13) ex procorum insidiis emergere, der Freyer los werden. 14) copiam alicuius habere, Gelegenheit haben/ einen anzutreffen. 15) humanarum rerum arbitra, fortuna, das Glück/ dessen Schicksal wir unterworfen sind. 16) ex omnibus -- nocuit, das ist der geringste Schad/ den es mir zugefügt. 17) rarum inter magnanimos prodigium, ein seltenes Muster der Großmuth.
(Cap. VIII.) 1) assequi sermone eius in me merita non

qui ſermone eius in ſe merita ſe non poſſe: rex protinus 2) flexus propiore veſtigio, Mentori dextram offert, et: Fuit, inquit, cum nos inuicem vidimus. 3) Poteſne referre animum ad profectionem in Cretam? ſubeuntne, quae tum mihi ſuadebas vtilia? Quae ego, 4) iuueniliter tunc aeſtuans et indulgens ludicris, riſi: at demum 5) magiſtra calamitate addidici, quae, vt credibilia mihi eſſent, non optaui. Ah 6) vtinam admiſiſſem tuum exercitatae ſenectutis conſilium! Video autem et admiror, poſt tanta tempora te 7) mihi paene eumdem reddi, 8) nihilque depoſuiſſe ex priſtino habitu. Adhuc illa oris alacritas, adhuc ille vigor perſeuerat. Soli 9) crines declinarunt in canitiem.

Mentor autem: ſi rex magne, inquit, 10) auribus conſueuiſſem inſeruire, ipſe pariter affirmarem, 11) perſeuerare adhuc in ore tuo ſpecioſae iuuentutis florem, quo illuſtrabare 12) nondum Phrygibus infenſa Graecia. Sed diſplicere tibi, quam veritatem offendere malim; quamquam ſermones ipſi, quos cordate profers, videntur odiſſe adulatorum lenocinia, vtque 13) non confidentius quam ſincerius

poſſum, ich kan nicht ausſprechen/ wie hoch er ſich um mich verdient. 2) flecti propiore veſtigio, näher zu einem hingehen. 3) poteſne referre animum ad &c. kanſt du dich noch entſinnen 2c. 4) iuueniliter aeſtuans et indulgens ludicris, in meiner Jugend-Hitz/ und Belieben an eitlen Ergötzlichkeiten. 5) magiſtra calamitate addidici, die Noth hat mich gelehret. 6) vtinam -- conſilium, wollte GOtt ich hätte deinem als eines geübten alten Rath gefolget. 7) mihi paene idem redderis, ich treffe dich faſt noch in gleicher Geſtalt an. 8) nihil depoſuit ex priſtino habitu, er hat ſich in nichts geändert. 9) crines declinant in canitiem, die Haare werden anfangen grau. 10) auribus inſeruire, flattiren/ reden was einer gerne hört. 11) perſeuerat -- flos, du ſieheſt noch eben ſo ſchön und jung aus. 12) nondum -- Graecia, da Griechenland den Phrygiern noch nicht gehäſſig war. 13) non confidentius quam ſincerius agere cum aliquo, eben ſo vertraulich als aufrichtig gegen einem

rius agatur tecum, 14) inuitare. 15) Non nullius me hercle operae fuiſſet te ex vultu cognoſcere, a ſe nunc tantopere diuerſo atque immutato; cuius quidem cauſſam aerumnas tuas fuiſſe, ſatis intelligo. Sed fuere hae tibi perutiles, animum quippe tuum ad ſapientiam inſtituerunt. Facile tolerandae ſunt 16) incumbentes ori rugae, ſi, 17) dum ſenſim illae ſubeunt, ad ſolidae virtutis exercitium continenter incumbit animus. Ceterum 18) corporeae regum vires prae aliorum mortalium profligantur, vtpote quibus, dum premuntur aduerſis, curae et aegritudines animi, item illa, quae corpus in laſſitudinem dant, 19) immaturam canitiem accelerant; dum proſpere habent, voluptates, quam bella, maiorem cladem afferunt. Nihil enim voluptate, quae modum non tenet, damnoſius. Haec quippe facit, vt regum, 20) ſeu pace, ſeu armis vtantur, 21) eius ſint generis tam labores quam deliciae, * quibus 22) in aetatis ruinam praeter naturae ordinem neceſſe eſt labi. Vita ſobria, moderata, ſimplex, tranquilla, non cupiditatibus, non intemperantiae obnoxia, et 23) expers otii, viri ſapientis, vigorem iuuentutis tuetur, 24) infami temporis inconſtantia alioqui mobiliorem.

CA-

handlen. 14) inuitare, reitzen. 15) non nullius operae fuiſſet, es wäre mir ſchwer geweſen. 16) incumbentes ori rugae, die Runzeln im Geſicht. 17) dum - - ſubeunt, bis man dieſelbe nach und nach bekommt. 18) corporeae - profligantur, die Leibes-Kräften der Könige werden vor andern Menſchen geſchwächt / nehmen ab. 19) immaturam canitiem accelerare, vor der Zeit grau machen. 20) ſeu pace - - vtantur, ſie haben gleich Frieden oder Krieg. 21) eius generis eſſe, ſo beſchaffen ſeyn: * quibus, daß dardurch. 22) in aetatis ruinam praeter naturae ordinem labi, vor der Zeit und wider den ordentlichen Lauf der Natur alt werden. 23) expers otii vita, ein Leben / darbey man nicht müſſig geht. 24) infami - - mobiliorem, welche ſonſt unbeſtändiger als die Zeit ſelbſt.

CAPVT IX.

Diutius Mentorem auditurus fuisset rex, sermonibus eius mirum in modum affectus; nisi interpellassent eum admonentes de sacrificio, quod debebat Ioui. Itaque euntem eum sequebantur aduenae 1) inter cuneos populi, 2) quos vtriusque lateri applicuerat diligentius exteros spectantium auiditas. Hi homines, Salentini aiebant, admodum inter se differunt. Commendat iuniorem vigor ingens, et morum admirabilis suauitas. 3) Ostentat, quidquid iuuentus leporis ac venustatis habet. 4) Neque vero declinat ad muliebrem languidamque elegantiam. 5) Hi anni, quantumuis teneri, prae se ferunt virilem animum, 6) roburque laboribus etiam diuturnis suffecturum. Contra alteri 7) aetas quamquam longe grauior nihil demsit de integritate virium. 8) Speciem eius vultumque minus quidem reuerentur primi obtutus, amantque. At 9) fixi e propinquo deprehendunt in eo numerosam animi probi et sagacis notam, 10) indolemque admirabilem ab excelsitate. Hercle isto peregrinantium

(Cap. IX.) 1) inter cuneos populi, unter einer häuffigen Menge Volks. 2) quos -- auiditas, welche aus Begierde diese Fremdlinge genauer zu sehen/ sich auf beyden Seiten zu ihnen gedrungen hatten. 3) ostentat -- habet, es leuchtet alles an ihm herfür/ was je die Jugend schönes und angenehmes hat. 4) neque vero -- elegantiam, doch hat seine Schönheit nichts weibisches noch weichliches an sich. 5) hi anni -- animum, er zeiget bey seinen noch so jungen Jahren schon ein männliches Gemüth. 6) robur -- suffecturum, Stärke genug auch vor langwierige Strabazen. 7) aetas -- virium, er hat bey seinem schon höhern Alter noch nichts an seinen muntern Kräften verloren. 8) speciem -- amantque, in dem ersten Anblick meynt man nicht/ daß viel Ehrfurcht und liebenswürdiges an ihm seye. 9) fixi e propinquo deprehendunt &c. wann man ihn in der Nähe und genauer betrachtet/ so wird man an ihm viele Merkmahle gewahr. 10) indoles admirabilis ab excelsitate, eine

tium habitu dissimulauerunt se futuri cum mortalibus dii.

Ventum est interea ad templum. 11) Insignem debebat magnificentiam, Idomenei religioni, liberaliter colentis, 12) ad quem genus suum referebat, Iouem. Marmoreae columnae, 13) iaspidis variatae colore, 14) geminum ordinem intus circumscribebant aedi, 15) in argenteum quaeque desinentes caput. 16) Parietes marmore vestitos ornabant 17) imagines dimidia eminentia, quae Iouem tauri specie eaque arte referebant 18) rapta Europa transmittentem in Cretam, vt videretur vndis etiam hoc habitu imperare. Aliae deinde nascentem 19) Minoem imitabantur, adolescentem aliae. Nonnullae demum exhibebant 20) valentioribus annis insulae suae leges dantem in perpetuum incrementum felicitatis. His adiuncta visebantur, 21) quae obsessis Pergamis praecipue commemorabilia contigere, Idomeneo egregii ducis laudes inde consecuto. Inter haec praeliorum rerumque belli gestarum simulacra Telemachus genitorem requirebat. Vidit hic Rhesi, tum forte a Diomede interfecti, abducentem

bewundernswürdige Großmuth. 11) templum insignem magnificentiam debet religioni Idomenei, Idomeneus hatte diesen Tempel aus heiliger Ehrfurcht gegen den Jupiter sehr prächtig geziert. 12) ad aliquem genus suum referre, sein Geschlecht von einem herleiten. 13) iaspidis colore variatus, mit Jaspis-Farbe angestrichen. 14) columnae geminum ordinem circumscribunt aedi, die Säulen stehen in einer gedoppelten Reyhe inwendig im Tempel. 15) columna in argenteum desinit caput, die Säule hat ein Capital/ oder Kranz von Silber. 16) parietes marmore vestiti, marmorirte Wände. 17) dimidia eminentia imagines, Bilder von halb erhobener Arbeit. 18) rapta Europa -- Cretam, wie er die Europa entführt/ und mit ihr nach Creta übergesetzet. 19) imitari Minoem adolescentem, dem Minos gleich sehen/ oder den Minos vorstellen/ wie er in der Jugend war. 20) valentioribus annis, in seinem höhern Alter. 21) quae obsessis -- contigere, was sich bey

centem equos: ibi congregatis vniuersis ducibus cum Aiace de Achillis armis concertantem; denique ex fatali equo 22) in Troianas clades prosilientem.

Cognouit eum Telemachus confestim ex factis hisce heroe dignis, quae et 23) frequenti tunc voluebantur sermone, et ipse Mentor etiam denarrabat Telemacho: 24) Ibat in lacrimas, mutatoque vultu praeferebat perturbationis notas, quod cum Idomeneus aduerteret, etsi ad tegendum dolorem auerso Telemacho: Ne erubescas, rex inquit, gloria genitoris tui fortunaque etiam aperte et palam nobis commoueri.

CAPVT X.

1) Religioso domicilio columnae, gemina serie descriptae, circumdant ingentis laxitatis porticus. Subter has interea 2) confluens populus stipabatur in turmas. 3) Adiuuabant publicam pietatem cantiones quaedam, laudem celebrantes 4) torquentis fulmen. Pueri puellaeque modulabantur diuisi in choros sui sexus, atque ad id muneris ob meliorem formam selecti. 5) Spargebant promissum in humeros capillum, cui ornamentum 6) rosae praestabant, in sertum textae, et 7) capitibus

S 5

Belagerung Troja merkwürdiges zugetragen. 22) in Troianas clades, zur Niederlag so vieler Trojaner. 23) haec frequenti sermone voluuntur, es ist überall viel redens hievon. 24) ire in lacrimas, heftig anfangen zu weinen.

(Cap. X.) 1) Religioso -- porticus, zwischen denen in gedoppelter Reyhe stehenden Säulen waren sehr weite Gänge in dem Tempel. 2) confluens -- in turmas, das in groser Menge zusammen gekommene Volk stellt sich hauffenweis und dicht in einander da hinein. 3) adiuuabant -- quaedam, bey dem offentlichen Gottesdienst wurden einige Lieder abgesungen, zum Lob etc. 4) torquentis fulmen, sc. Dei, Iouis. 5) spargere -- capillos, die Haare über die Schultern herab fliegen lassen. 6) in sertum textae rosae, in einen Kranz geflochtene Rosen. 7) capita odoribus de-

tibus odore delibutis impositae; candidaeque vestes erant, quibus singuli induebantur. Centum tauri sacrificii loco adhibiti a rege, propitiante Iouem, 8) vt assisteret bellum molito finitimae genti. Aureae argenteaeque 9) paterae erant et depressioris aluei, quibus ex victimis sanguinem excipiebant sacrificuli, 10) vbique vapores diffundentem.

Erat Theophanes aetate prouecta, amicus deorum, 11) rei diuinae in templo praepositus. Hic, cum caedebantur victimae, caput 12) ora purpureae tunicae velauerat. Tum ad inspicienda adhuc palpitantia exta progressus, diuo tripodi insedit, protinusque: Quos huc misistis dii, quinam hi aduenae? Qui si abessent, belli nostri funestus sit exitus, Salenti praesens ruina, 13) priusquam initia sua extra fundamenta efferret. Video heroëm iuuenem, quem sapientia ducit manu. Cetera tacere mortalis iubeor.

Haec vociferantis 14) aspectum repentina mutauerat feritas. 15) Emicabant scintillis oculi, visi ad alia, atque praesto tum erant, pertingere. 16) Afflabatur immodico aestu facies: 17) percitum et alienatum a se exasperabant horrentes capilli, os spumans, proiecta in altum et 18) in rigorem lapsa brachia,

libuta, gesalbte Häupter. 8) vt assisteret -- genti, daß er ihm beystünde in dem Krieg/ den er wider eine benachbarte Nation vorhatte. 9) paterae depressioris aluei, sehr weite Becher. 10) sanguis vbique vapores diffundit, das Blut rauchet überall. 11) rei -- praepositus, Priester des Tempels. 12) ora tunicae, das Ende seines Rocks. 13) priusquam -- efferret, ehe noch der Grund davon recht erbauet. 14) aspectum -- feritas, ward sein Angesicht plötzlich verstellt und ganz wild. 15) emicabant scintillis oculi, die Augen funkelten. 16) afflabatur -- facies, das Gesicht wurde über die massen hitzig. 17) percitum -- capilli, wie er ganz ausser sich selbst war/ so verstelleten ihn noch mehr die in die Höhe stehende Haare. 18) in rigorem lapsa

brachia, vox 19) vltra humanam intensa. 20) Cóncitabatur ad anhelitum, impulsus interiori numine, quod continere sinu non valebat.

Porro vociferatus: Felix Idomeneu, exclamat, quid video! quanta auersa discrimina! quam iucunda pax domi! quae foris pugnae! quae victoriae! 21) Gemit, o Telemache! resupina in pulueres hostilis ferocia impendente ferro tuo. Corruunt ad pedes tuos aeratae portae, 22) vallaque non admittentia humanum vestigium. O magna diua, cuius pater . . . . visurus es, o iuuenis. . . . 23) Sic coeptam sententiam incidit insolitus stupor, visusque Theophanes tacere inuitus.

CAPVT XI.

Rigebat pauore vniuersa concio. Idomeneus concussus metu non audebat monere, vt sacra verba vates absolueret. Ipse Telemachus motus rei insolentia, vix poterat aut intelligere, quae audierat, aut credere se audisse ex oraculo tam sublimes 1) sortes. Mentor vnus ad diuinas voces intrepidus: Quid placeat diis, rex, inquit, intelligis. Vinces, quaecunque gens inimica sit tibi, et per filium vinces amici tui. 2) Fac, istud tibi dolori ne sit. 3) In rem tuam conuerte, per eum quod praestant dii.

Non-

brachia, seine starrende Arme. 19) vltra humanam intensa vox, die übermenschliche/ alle menschliche Kräften weit übersteigende laute Stimme. 20) ad anhelitum concitari, ganz aus dem Athem kommen. 21) gemit resupina in pulueres hostilis ferocia, die in den Staub gelegte Macht der Feinde seufzet unter deinem Schwerd. 22) valla - - vestigium, die Wälle/ die kein Mensch übersteigen kan. 23) sic coeptam - - stupor, also bricht er plötzlich vor ungewohnlichem erstarren seine angefangene Rede ab.

(Cap. XI.) 1) sortes, Aussprüche des Orackels. 2) fac - - ne sit, werde nicht jaloux, eifersüchtig darüber. 3) in rem suam conuertere aliquid, sich etwas zu nutzen machen.

Nondum Idomeneus ex consternatione receperat animum: vnde 4) obtorpente lingua, frustra conabatur voluntatem respondendi verbo sequi. Contra 5) Ithacus in leuiore perturbatione promtior Mentori respondit: Gloriam, quam insignem mihi caelum parat, non respicio. At quid verbum vltimum: Visurus es? . . Patremne meum, an solam Ithacam? 6) ah quod sermonis cursum intercepit silentium? Ita 7) roboratur, quae animum suspendit haesitatio. Vlysses! Genitor! tu sis vtinam, quem ego visurus sum! et 8) vtinam hoc voto, quae futura sunt, velim! at 9) blandior inutiliter affectui meo. Scilicet infelicem ludis, crudele oraculum, quem adiecta vocula in fortunae posuisset sinu.

Increpabat haec lamenta comes. Venerare, inquit, quae tibi reuelarunt, dii. Cetera, quae condunt, caue velis perscrutari. 10) Meretur sine consilio curiositas in ruborem dari. Sapientissima 11) pietas est deorum, quod mortalium fata 12) premant tenebris, 13) ex quibus nequeunt humano ingenio trahi. Vtile est praeuidere, quae in nostra sunt potestate, vt recte fiant et cum consilio. Sed neque minus vtile est nescire nostris superiora viribus, et 14) quae de nobis omnipotentis diphthera decreuit.

Hae

4) obtorpente - - sequi, seine Zunge war ganz starr/ und wollte gern/ aber konnte nicht antworten. 5) Ithacus, idem quod Telemachus. 6) ah quod - - silentium, ach! warum hat er doch nicht ausgeredet. 7) roboratur - - haesitatio, so werde ich nur mehr in Zweifel und Ungewißheit gesetzet. 8) vtinam - - velim, wollte GOtt mein Wunsch würde wahr. 9) blandior - - meo, ich flattire mir vergebens. 10) meretur - - dari, ein unbesonnener Fürwitz verdienet beschämt zu werden. 11) pietas deorum, hier/ Güte der Götter. 12) premere tenebris, verborgen halten. 13) ex quibus - - - trahi, daß sie kein Mensch ergründen kan. 14) quae de - - decreuit, was die göttliche Schicksale über

Hae Mentoris voces, auditae cum animi commotione, tamen 15) aegre querelas Telemachi compescuere. Ceterum 16) discusso pauore Idomeneus suo nomine laudes Iouis exordiebatur, qui Telemachum iuuenem, qui sapientissimum Mentorem ad obterendos hostes suos misisset.

CAPVT XII.

Igitur post rem diuinam exornato lautissimo conuiuio, versoque sermone ad vtrumque hospitem: Fateor, cum in Cretam euersa Troia reuerterer, regnandi praecepta me nondum calluisse. 1) Ex tantae insulae imperio quae sors me deiecerit, ignorare, amici, non potestis, quippe qui post meam fugam asseuerastis vos contendisse in Cretam. 2) Non tamen nihil fortunae debeo, quod portentosa vicissitudine 3) erudierit incautum ad disciplinam prudentiae. 4) Transmittebam maria fugitiuorum more, qui deorum hominumque odiis 5) perurgentur: 6) idque demum impertiebatur mihi pristinae dignitatis vniuersus apparatus, vt 7) ludibria calamitatis meae molestiasque augeret. 8) Fugam meam excepit haec squallens ora, 9) vbi Penates meos

uns beschlossen. 15) querelas alicuius aegre compescere, eines Klage mit harter Noth stillen. 16) discusso pauore, nachdem er sich aus seinem Schrecken / Bestürzung erholt. (Cap. XII.) 1) Ex tantae -- deiecerit, durch was vor ein unglückseliges Schicksal ich um die Herrschaft über eine so grose Insul gekommen seye. 2) non -- debeo, doch hab ich noch von Glück zu sagen. 3) erudire incautum ad disciplinam prudentiae, einen Unvorsichtigen klug machen. 4) transmittere maria, die Meere hin und her durchschiffen. 5) perurgeri, verfolgt werden. 6) id demum -- apparatus, das hatte ich von aller meiner vorigen Hoheit. 7) hoc ludibria calamitatis meae molestiasque auget, das macht mir mein Unglück schmählicher und beschwerlicher. 8) fugam -- ora, auf meiner Flucht bin ich endlich auf diese wüste Küste gekommen. 9) vbi -- exposui, wo ich mich auf vieles

meos supplex exposui. 10) Vacua erat agrestique cultu, septa obductaque dumetis et vepribus. 11) Horrebant siluestria, ipsi telluri non inferiora senio. 12) Montosa praeter ferarum aegre patiebantur vestigium. 13) Eo res meae deuenerant, vt gratulari mihi debuerim, hanc incultam superesse terram, quam obtinere cum exigua militum manu comitumque fuga, et ex qua parare mihi possem secundam patriam. Quippe sperare non amplius audebam aspectum beatae insulae, quam vt regerem 14) dii hanc mihi animam dederant. Miseram, aiebam mecum, catastrophen! nae ego tragicum regibus exemplum. Dignus mehercle sum, in quem omnes intueantur, qui regnant, sceptro vt sapiant. Persuadent scilicet sibi, 15) non existente, cui pareant, non esse, quod metuant, cum tamen ipsum hoc sit, ob quod nihil metuere non debeant. Ecce! ego hostibus formidini, subditis mihi carus fui. Dominabar 16) genti non destitutae viribus, non pugnandi, opus si erat, desiderio. Idomenei 17) nomen remotissimi populi cum admiratione acceperant. 18) Florebat ager imperii mei ad subsidium non vitae modo, sed etiam iucunditatis. 19) Aerario

Kleben habe niedergelassen. 10) vacua, agrestique cultu septa obductaque dumetis et vepribus regio, ein wüstes ungebautes Land, wo nichts als Dornen und Hecken anzutreffen. 11) horrent siluestria -- senio, es sind von uralten Zeiten her da lauter Waldungen. 12) montosa -- vestigium, Gebürge, wohin niemand kommt, als wilde Thiere. 13) eo res meae deuenerunt, so weit ist es mit mir herunter gekommen. 14) dii -- dederunt, die Götter haben mich lassen gebohren werden. 15) non existente, cui pareant, weil sie niemand über sich haben. 16) gens non destituta viribus, ein Volk, dem es nicht an Macht fehlet. 17) nomen eius -- acceperunt, sein Nahm ist renommirt bey allen auch den entlegensten Völkern. 18) florebat - iucunditatis, mein Land brachte nicht nur dasjenige hervor, was zu nothwendigem Unterhalt, sondern auch was zur Plaisir diente. 19) aerario -- opum, hundert Städte mußten mir

rario vrbes centum inferebant census, ex facultate aestimatos opum. 20) Salutabar Iouis nepos populis, in sua ipsorum patria, Creta, geniti, crescebatque erga me populorum communis amor, quod Minoem habebam auum, quippe cuius legibus, 21) quantum vigent valentque ipsi, debent. Ecquid tum deerat felicitati meae, nisi ea moderate vtendi prudentia? Sed fastu, sed assentationibus, quas amabam, 22) excidi solio. Et vero 23) vapulabit hac sorte, quisquis cupiditatibus animum et adulationi rex dederit. Ceterum in die numquam 24) vultum demisi in tristitiam, sed laetus simulata fiducia, quo minus 25) frangerentur meorum animi. Agite, inquiebam, aedificemus vrbem, rerum omnium, quas amisimus, futuram solatium. Exempla, qui circum nos iacent, populorum commendant, quod decreui. Videmus Tarentum in proximo, cui Phalantes cum Lacedaemoniis suis 26) nouum hoc regnum adiecit. Petiliam amplam vrbem Philoctetes huic eidem orae imposuit. Metapontidem quoque coloniam non ignoratis. Pigriores ergo erimus his, et aduenis, et eadem, qua nos, ratione palantibus: 27) non iniquior, non pertinacior nos fortuna premit.

CA-

Tribut geben / je nach Proportion des Vermögens / oder nach eines jeden Vermögen. 20) salutari, genennet werden / heissen. 21) quantum vigeo, valeoque ipse, tibi debeo, dir habe ich alle meine Macht und Vermögen zu danken. 22) excidere solio, um sein Reich kommen. 23) vapulabit hac sorte, quisquis &c. so wirds allen geben. 24) vultum demittere in tristitiam, sich die Traurigkeit im Gesichte anmerken lassen. 25) franguntur animi eorum, sie lassen den Muth sinken. 26) regnum nouum adiicere Tarento, ein neues Reich zu Tarent aufrichten. 27) non iniquior -- premit, es verfolgt uns kein härteres Unglück / als eben diese auch.

CAPVT XIII.

Hanc 1) medicinam sociorum dolori adhibebam, dum 2) occultum et pestiferum vulnus dolebam saeuire in animo. Solatio mihi erat, 3) discussa caelo luce 4) vmbris liberius me posse calamitosos gemitus impertiri. 5) Somnum ex oculis non guttae, sed duo imbres diluebant lacrimarum. Nihilominus 6) nouum semper ardorem postridie afferebam ad coeptum opus. Vides iam, Mentor, quid mihi in hac ora tam 7) triste induxerit senium.

Expositis, quae sibi acciderant mala, Idomeneus hospites rogat praesentis belli auxilium; vtique, quod adpromittebat rex, finito eo, reducendos in Ithacam. Interea mittam, inquit, in disiunctissimas oras, qui 8) certiora de Vlysse colligant. Quocunque locorum, quos nouimus, vel mare eum eiecerit, vel irati dii, potero rex sequi, vt eum referam. Atque vtinam adhuc superstes sit! vos vero optimis nauium, quas vmquam Cretes condidere, referri curabo in patriam, iis videlicet, 9) quibus materia adhibita, quam illustris ex Iouis partu Ida protu-

(Cap. XIII.) 1) medicinam dolori alicuius adhibere, eines Schmerzen/ Betrübniß suchen zu heilen. 2) occultum - - in animo, ich empfinde eine heimliche und gefährliche Wunde in meinem Gemüth. 3) discussa caelo luce, bey Nacht/ im finstern. 4) vmbris liberius possumus calamitosos gemitus impertiri, bey Nacht und im Dunklen kan man desto freyer sein Unglück beseufzen. 5) somnum - - lacrimarum, ich konnte vor den häuffigen Thränen nicht schlafen. 6) nouum ardorem afferre ad coeptum opus, mit neuer Munterkeit das angefangene Werk antreten/ fortsetzen. 7) triste alicui inducere senium, einen alt machen. 8) certiora colligere de aliquo, gewissere Nachricht von einem einholen. 9) quibus - - protulit, die von dem Holz gebauet/ das auf

protulit, 10) ruinae ex vndis et putredini resisten-tem. 11) Sacra est a nascentis religione, et 12) tam procellis quam scopulis formidini ac reueren-tiae. Furat Neptunus, aestuet; at numquam aude-bit in ea ligna concitatos fluctus immittere. Quam-obrem vos securos velim, penitusque certos, sine discrimine, sine molestia reuersuros vos in Itha-cam, neminemque ex caelestibus fore, qui in pristi-nos pelagi errores vos queat coniicere. Et breuis et facilis eo hinc cursus est. Remissa Phoenicum naue, quae vos in ora nostra exposuit, id vnum nunc agite, vt, quod paulo ante ego sum auspica-tus 13) imperium, vltimam a vobis accipiat ma-num. Sic 14) multiplicis calamitatis meae seriem aliena, amicorum tamen, manus finiet; sic te di-gnum Vlysse filium suspiciemus, Telemache: quem etsi iam 15) in Stygem inclemens fatum transmi-sisset, in te amans tui Graecia sibi crederet resti-tutum.

Haec 16) loquentem intercipiens Telemachus: Ita vero remittemus nauem cum Phoenicibus. Quid moramur sumtis armis congredi cum hostibus tuis? tuis autem? imo nunc etiam nostris. Acesten, Troianum, et infensum Graeciae victorem effecimus

T in


dem Berg Ida, wo Jupiter gebohren, gewachsen ist. 10) haec materia ruinae ex vndis et putredini resistit, dieses Holz kan von den Wellen und Fäulniß nicht verderbet werden. 11) sacra -- religione, es ist dem, der da gebohren geheiligt. 12) tam procellis -- reuerentiae est haec materia, Sturm-winde und Felsen scheuen sich, und haben eine Ehrfurcht für diesem Holz. 13) imperium vltimam a vobis accipiat ma-num, helfet das Reich vollends etabliren, zum Stande bringen. 14) multiplicis calamitatis seriem finire, an dem vielfältigen Elend ein Ende machen. 15) in Stygem in-clemens fatum eum transmisit, das harte Schicksal hat ihn ins Reich der Todten versezt. 16) loquentem intercipere.

in Sicilia. 17) Ergone plus nec praeſtabimus, nec iuuabimur a diis pugnantes pro illo ex heroibus Graeciae, quorum manu data in ruinam Priami iniqua moenia? vtrumque nobis ſpopondit, quod audiuimus, oraculum.

Finis Libri Noni.

FA-

einem in die Rede fallen. 17) ergone plus nec praeſtabimus, ſollten wir nicht mehr ausrichten.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER DECIMVS.

CAPVT I.

Iam 1) generoso pugnae impetu Telemachus exarserat. At Mentor non acri, non perturbato vultu in eum intuens: Desiderio gloriae, inquit, quo cum laude impelleris, multum delector. Memineris tamen, parentem non nisi ob ingenii consiliorumque diuiniorem praestantiam ante alios ad Troiam claruisse. Achilles quamquam non vinci, non vulnerari potuit, imo nec dubitare, se terrorem mortemque vbique terrarum omnibus-

(Cap. I.) 1) generoso pugnae impetu exardescere, einen

que illaturum, quibus intulisset bellum, expugnare Troiam non valuit. Quid? quod 2) ad murorum eius partem infimam cecidit: ipsumque Hectorem, nobilitatum tot victoriis, 3) non excepit viuendi melior finis. Contra Vlysses, cuius fortitudinem moderabatur ratio, 4) igne obarmatus ferroque penetrauit se in medios cuneos Troianorum: euertit turres illas excelsas, magnificas, vniuersaeque Graeciae, in excidium eius vrbis coniuratae, per decem integros annos formidolosas. Praestat virtus cum consilio, 5) ardore et impetu feroci animo, quantum Pallas bellorum praesidi deo. Itaque discamus inprimis et maxime rationes modosque belli, quod erit gerendum, et 6) quae praeterea cum eo coniunguntur. Discrimen detrecto nullum. Refert tamen, o rex, prius ex te cognoscere, iustumne bellum? deinde quocum hoste geras? et quibus denique viribus? num 7) suffecturis prospero euentui?

Tum rex: Barbara natio fuit, in quam primo incidimus huc appulsi. Dispersa per siluas victitabat venatu iisque, 8) quae arbores sponte enituntur ad praebendum obsonium. Mandurios vocant. Aduentu nostro armisque conspectis in montes profugerant territi. At, 9) quem sub signis habebam, miles desiderio tum regionis, numquam antehac visae, tum 10) consequendi siluestrem praedam longius pro-

edlen und heftigen Trieb zu fechten bekommen. 2) ad murorum partem infimam, unten an den Mauren der Stadt: da er dieselbe bey weiten noch nicht bestiegen hatte. 3) non excepit -- finis, er hat auch nicht besser/ glücklicher/ sein Leben beschlossen. 4) igne -- Troianorum, ist mit Feuer und Schwerd mitten unter die Trojaner hinein gedrungen. 5) ardore et impetu vehemens animus, ein hitzig und heftiges Gemüth. 6) quae -- coniunguntur, die übrige Umstände dessen. 7) vires sufficiunt prospero euentui, die Macht ist stark genug/ daß man einen glücklichen Ausgang hoffen kan. 8) ea quae arbores -- obsonium, Baum-Früchten. 9) quem -- miles, meine Soldaten. 10) consequendi sil-

progressus a littore, 11) in fugitiuos incidit. Ex quibus praecipui: maritimas terras, inquiunt, tam 12) idoneas humano cultui huc 13) diuertentibus vobis reliquimus, capta in montes propemodum inuios fuga. Hoc vnum superest fugientibus receptaculum. Rem facietis sane iniquam, si vel hic 14) otio et libertati nostrae graues eritis. Vagabundi estis, (id quod conspicimus) 15) incerti locorum, dispersi, et numero nobis inferiores. Vita vestra in manibus nostris sita est, sic vobis eripi posset a nobis, vt, si libitum esset, 16) ne nuncius quidem cladis ad vestros posset venire socios. Verum absit hoc malum, vt caedamus 17) naturae nostrae participes. Recedite potius, memores inprimis, vos per humanitatem nostram misericordiamque viuere, deinde, hanc moderationis et magnanimitatis legem ex populo, quem immanem et barbarum vocatis, vos didicisse.

CAPVT II.

Hunc in modum a barbaris dimissi nostrates in castra reuertuntur, nunciantes, quae accidissent sibi. 1) Haud leuiter rem ferebant armati, indignum aestimantes, Cretas vitam debere fugitiuis non hominibus, sed hominum monstris. Igitur variis instructi armis siluas repetunt, longe quam antea frequentiores: inuadunt in hostem protinus

uestrem praedam, ein Wildpret zu erhaschen. 11) incidere in fugitiuos, denen flüchtigen in die Hände gerathen. 12) terra humano cultui apta, ein fruchtbar Land/ das wol kan angebauet werden. 13) diuertentibus vobis, euch/ die ihr euch hieher gewendet. 14) otio alicuius grauem esse, einen in seiner Ruhe stören. 15) incerti locorum, ihr wißt nicht/ wo ihr euch hinwenden wollet. 16) vt ne nuncius -- socios, daß nicht ein Mann übrig bliebe/ der nur den eurigen sagen könnte/ wie es euch gegangen. 17) naturae nostrae participes, die auch Menschen sind/ wie wir.
(Cap. II.) 1) haud -- armati, meine Soldaten waren nicht

Nondum Idomeneus ex consternatione receperat animum: vnde 4) obtorpente lingua, frustra conabatur voluntatem respondendi verbo sequi. Contra 5) Ithacus in leuiore perturbatione promtior Mentori respondit: Gloriam, quam insignem mihi caelum parat, non respicio. At quid verbum vltimum: Visurus es? . . Patremne meum, an solam Ithacam? 6) ah quod sermonis cursum intercepit silentium? Ita 7) roboratur, quae animum suspendit haesitatio. Vlysses! Genitor! tu sis vtinam, quem ego visurus sum! et 8) vtinam hoc voto, quae futura sunt, velim! at 9) blandior inutiliter affectui meo. Scilicet infelicem ludis, crudele oraculum, quem adiecta vocula in fortunae posuisset sinu.

Increpabat haec lamenta comes. Venerare, inquit, quae tibi reuelarunt, dii. Cetera, quae condunt, caue velis perscrutari. 10) Meretur sine consilio curiositas in ruborem dari. Sapientissima 11) pietas est deorum, quod mortalium fata 12) premant tenebris, 13) ex quibus nequeunt humano ingenio trahi. Vtile est praeuidere, quae in nostra sunt potestate, vt recte fiant et cum consilio. Sed neque minus vtile est nescire nostris superiora viribus, et 14) quae de nobis omnipotentis diphthera decreuit.

Hae

4) obtorpente - - sequi, seine Zunge war ganz starr / und wollte gern / aber konnte nicht antworten. 5) Ithacus, idem quod Telemachus. 6) ah quod - - silentium, ach! warum hat er doch nicht ausgeredet. 7) roboratur - - haesitatio, so werde ich nur mehr in Zweifel und Ungewißheit gesetzet. 8) vtinam - - velim, wollte GOtt mein Wunsch würde wahr. 9) blandior - - meo, ich flattire mir vergebens. 10) meretur - - dari, ein unbesonnener Fürwitz verdienet beschämt zu werden. 11) pietas deorum, hier / Güte der Götter. 12) premere tenebris, verborgen halten. 13) ex quibus - - - trahi, daß sie kein Mensch ergründen kan. 14) quae de - - decreuit, was die göttliche Schicksale über

Hae Mentoris voces, auditae cum animi commotione, tamen 15) aegre querelas Telemachi compescuere. Ceterum 16) discusso pauore Idomeneus suo nomine laudes Iouis exordiebatur, qui Telemachum iuuenem, qui sapientissimum Mentorem ad obterendos hostes suos misisset.

CAPVT XII.

Igitur post rem diuinam exornato lautissimo conuiuio, versoque sermone ad vtrumque hospitem: Fateor, cum in Cretam euersa Troia reuerterer, regnandi praecepta me nondum calluisse. 1) Ex tantae insulae imperio quae sors me deiecerit, ignorare, amici, non potestis, quippe qui post meam fugam asseuerastis vos contendisse in Cretam. 2) Non tamen nihil fortunae debeo, quod portentosa vicissitudine 3) erudierit incautum ad disciplinam prudentiae. 4) Transmittebam maria fugitiuorum more, qui deorum hominumque odiis 5) perurgentur: 6) idque demum impertiebatur mihi pristinae dignitatis vniuersus apparatus, vt 7) ludibria calamitatis meae molestiasque augeret. 8) Fugam meam excepit haec squallens ora, 9) vbi Penates meos

uns beschlossen. 15) querelas alicuius aegre compescere, eines Klage mit harter Noth stillen. 16) discusso pauore, nachdem er sich aus seinem Schrecken / Bestürzung erholt.

(Cap. XII.) 1) Ex tantae -- deiecerit, durch was vor ein unglückseliges Schicksal ich um die Herrschaft über eine so grose Insul gekommen seye. 2) non--debeo, doch hab ich noch von Glück zu sagen. 3) erudire incautum ad disciplinam prudentiae, einen Unvorsichtigen klug machen. 4) transmittere maria, die Meere hin und her durchschiffen. 5) perurgeri, verfolgt werden. 6) id demum -- apparatus, das hatte ich von aller meiner vorigen Hoheit. 7) hoc ludibria calamitatis meae molestiasque auget, das macht mir mein Unglück schmählicher und beschwerlicher. 8) fugam -- ora, auf meiner Flucht bin ich endlich auf diese wüste Küste gekommen. 9) vbi -- exposui, wo ich mich auf vieles

meos ſupplex expoſui. 10) Vacua erat agreſtique cultu, ſepta obductaque dumetis et vepribus. 11) Horrebant ſilueſtria, ipſi telluri non inferiora ſenio. 12) Montoſa praeter ferarum aegre patiebantur veſtigium. 13) Eo res meae deuenerant, vt gratulari mihi debuerim, hanc incultam ſupereſſe terram, quam obtinere cum exigua militum manu comitumque fuga, et ex qua parare mihi poſſem ſecundam patriam. Quippe ſperare non amplius audebam aſpectum beatae inſulae, quam vt regerem 14) dii hanc mihi animam dederant. Miſeram, aiebam mecum, cataſtrophen! nae ego tragicum regibus exemplum. Dignus mehercle ſum, in quem omnes intueantur, qui regnant, ſceptro vt ſapiant. Perſuadent ſcilicet ſibi, 15) non exiſtente, cui pareant, non eſſe, quod metuant, cum tamen ipſum hoc ſit, ob quod nihil metuere non debeant. Ecce! ego hoſtibus formidini, ſubditis mihi carus fui. Dominabar 16) genti non deſtitutae viribus, non pugnandi, opus ſi erat, deſiderio. Idomenei 17) nomen remotiſſimi populi cum admiratione acceperant. 18) Florebat ager imperii mei ad ſubſidium non vitae modo, ſed etiam iucunditatis. 19) Aerario

Flehen habe niedergelaſſen. 10) vacua, agreſtique cultu ſepta obductaque dumetis et vepribus regio, ein wüſtes ungebautes Land/ wo nichts als Dornen und Hecken anzutreffen. 11) horrent ſilueſtria -- ſenio, es ſind von uralten Zeiten her da lauter Waldungen. 12) montoſa -- veſtigium, Gebürge/ wohin niemand kommt/ als wilde Thiere. 13) eo res meae deuenerunt, ſo weit iſt es mit mir herunter gekommen. 14) dii -- dederunt, die Götter haben mich laſſen gebohren werden. 15) non exiſtente, cui pareant, weil ſie niemand über ſich haben. 16) gens non deſtituta viribus, ein Volk/ dem es nicht an Macht fehlet. 17) nomen eius -- acceperunt, ſein Nahm iſt renommirt bey allen auch den entlegenſten Völkern. 18) florebat - iucunditatis, mein Land brachte nicht nur dasjenige hervor/ was zu nothwendigem Unterhalt/ ſondern auch was zur Plaiſir diente. 19) aerario -- opum, hundert Städte mußten mir

rario vrbes centum inferebant censſus, ex facultate aeſtimatos opum. 20) Salutabar Iouis nepos populis, in ſua ipſorum patria, Creta, geniti, creſcebatque erga me populorum communis amor, quod Minoem habebam auum, quippe cuius legibus, 21) quantum vigent valentque ipſi, debent. Ecquid tum deerat felicitati meae, niſi ea moderate vtendi prudentia? Sed faſtu, ſed aſſentationibus, quas amabam, 22) excidi ſolio. Et vero 23) vapulabit hac ſorte, quisquis cupiditatibus animum et adulationi rex dederit. Ceterum in die numquam 24) vultum demiſi in triſtitiam, ſed laetus ſimulata fiducia, quo minus 25) frangerentur meorum animi. Agite, inquiebam, aedificemus vrbem, rerum omnium, quas amiſimus, futuram ſolatium. Exempla, qui circum nos iacent, populorum commendant, quod decreui. Videmus Tarentum in proximo, cui Phalantes cum Lacedaemoniis ſuis 26) nouum hoc regnum adiecit. Petiliam amplam vrbem Philoctetes huic eidem orae impoſuit. Metapontidem quoque coloniam non ignoratis. Pigriores ergo erimus his, et aduenis, et eadem, qua nos, ratione palantibus: 27) non iniquior, non pertinacior nos fortuna premit.

CA-

Tribut geben/ je nach Proportion des Vermögens/ oder nach eines jeden Vermögen. 20) ſalutari, genennet werden/ heiſſen. 21) quantum vigeo, valeoque ipſe, tibi debeo, dir habe ich alle meine Macht und Vermögen zu danken. 22) excidere ſolio, um ſein Reich kommen. 23) vapulabit hac ſorte, quisquis &c. ſo wirds allen geben. 24) vultum demittere in triſtitiam, ſich die Traurigkeit im Geſicht anmerken laſſen. 25) franguntur animi eorum, ſie laſſen den Muth ſinken. 26) regnum nouum adiicere Tarento, ein neues Reich zu Tarent aufrichten. 27) non iniquior -- premit, es verfolgt uns kein härteres Unglück/ als eben dieſe auch.

CAPVT XIII.

Hanc 1) medicinam fociorum dolori adhibebam, dum 2) occultum et peftiferum vulnus dolebam faeuire in animo. Solatio mihi erat, 3) difcuffa caelo luce 4) vmbris liberius me poffe calamitofos gemitus impertiri. 5) Somnum ex oculis non guttae, fed duo imbres diluebant lacrimarum. Nihilominus 6) nouum femper ardorem poftridie afferebam ad coeptum opus. Vides iam, Mentor, quid mihi in hac ora tam 7) trifte induxerit fenium.

Expofitis, quae fibi acciderant mala, Idomeneus hofpites rogat praefentis belli auxilium; vtique, quod adpromittebat rex, finito eo, reducendos in Ithacam. Interea mittam, inquit, in disiunctiffimas oras, qui 8) certiora de Vlyffe colligant. Quocunque locorum, quos nouimus, vel mare eum eiecerit, vel irati dii, potero rex fequi, vt eum referam. Atque vtinam adhuc fuperftes fit! vos vero optimis nauium, quas vmquam Cretes condidere, referri curabo in patriam, iis videlicet, 9) quibus materia adhibita, quam illuftris ex Iouis partu Ida protu-

(Cap. XIII.) 1) medicinam dolori alicuius adhibere, eines Schmerzen/ Betrübniß suchen zu heilen. 2) occultum - - in animo, ich empfinde eine heimliche und gefährliche Wunde in meinem Gemüth. 3) difcuffa caelo luce, bey Nacht/ im finstern. 4) vmbris liberius poffumus calamitofos gemitus impertiri, bey Nacht und im Dunklen kan man desto freyer sein Unglück beseufzen. 5) fomnum - - lacrimarum, ich konnte vor den häuffigen Thränen nicht schlafen. 6) nouum ardorem afferre ad coeptum opus, mit neuer Munterkeit das angefangene Werk antreten/ fortsetzen. 7) trifte alicui inducere fenium, einen alt machen. 8) certiora colligere de aliquo, gewissere Nachricht von einem einholen. 9) quibus - - protulit, die von dem Holz gebauet/ das auf

protulit, 10) ruinae ex vndis et putredini resisten-
tem. 11) Sacra est a nascentis religione, et 12)
tam procellis quam scopulis formidini ac reueren-
tiae. Furat Neptunus, aestuet; at numquam aude-
bit in ea ligna concitatos fluctus immittere. Quam-
obrem vos securos velim, penitusque certos, sine
discrimine, sine molestia reuersuros vos in Itha-
cam, neminemque ex caelestibus fore, qui in pristi-
nos pelagi errores vos queat coniicere. Et breuis
et facilis eo hinc cursus est. Remissa Phoenicum
naue, quae vos in ora nostra exposuit, id vnum
nunc agite, vt, quod paulo ante ego sum auspica-
tus 13) imperium, vltimam a vobis accipiat ma-
num. Sic 14) multiplicis calamitatis meae seriem
aliena, amicorum tamen, manus finiet; sic te di-
gnum Vlysse filium suspiciemus, Telemache: quem
etsi iam 15) in Stygem inclemens fatum transmi-
sisset, in te amans tui Graecia sibi crederet resti-
tutum.

Haec 16) loquentem intercipiens Telemachus:
Ita vero remittemus nauem cum Phoenicibus. Quid
moramur sumtis armis congredi cum hostibus tuis?
tuis autem? imo nunc etiam nostris. Acesten,
Troianum, et infensum Graeciae victorem effecimus

T in

dem Berg Ida, wo Jupiter gebohren, gewachsen ist. 10) haec materia ruinae ex vndis et putredini resistit, dieses Holz kan von den Wellen und Fäulniß nicht verderbet werden. 11) sacra - - religione, es ist dem, der da gebohren geheiligt. 12) tam procellis - - reuerentiae est haec materia, Sturmwinde und Felsen scheuen sich, und haben eine Ehrfurcht für diesem Holz. 13) imperium vltimam a vobis accipiat manum, helfet das Reich vollends etabliren, zum Stande bringen. 14) multiplicis calamitatis seriem finire, an dem vielfältigen Elend ein Ende machen. 15) in Stygem inclemens fatum eum transmisit, das harte Schicksal hat ihn ins Reich der Todten versezt. 16) loquentem intercipere.

in Sicilia. 17) Ergone plus nec praeſtabimus, nec iuuabimur a diis pugnantes pro illo ex heroibus Graeciae, quorum manu data in ruinam Priami iniqua moenia? vtrumque nobis ſpopondit, quod audiuimus, oraculum.

Finis Libri Noni.

FA-

einem in die Rede fallen. 17) ergone plus nec praeſtabimus, ſollten wir nicht mehr ausrichten.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER DECIMVS.

CAPVT I.

Iam 1) generoſo pugnae impetu Telemachus exarſerat. At Mentor non acri, non perturbato vultu in eum intuens: Deſiderio gloriae, inquit, quo cum laude impelleris, multum delector. Memineris tamen, parentem non niſi ob ingenii conſiliorumque diuiniorem praeſtantiam ante alios ad Troiam claruiſſe. Achilles quamquam non vinci, non vulnerari potuit, imo nec dubitare, ſe terrorem mortemque vbique terrarum omnibus-

(Cap. I.) 1) generoſo pugnae impetu exardeſcere, einen

que illaturum, quibus intulisset bellum, expugnare Troiam non valuit. Quid? quod 2) ad murorum eius partem infimam cecidit: ipsumque Hectorem, nobilitatum tot victoriis, 3) non excepit viuendi melior finis. Contra Vlysses, cuius fortitudinem moderabatur ratio, 4) igne obarmatus ferroque penetrauit se in medios cuneos Troianorum: euertit turres illas excelsas, magnificas, vniuersaeque Graeciae, in excidium eius vrbis coniuratae, per decem integros annos formidolosas. Praestat virtus cum consilio, 5) ardore et impetu feroci animo, quantum Pallas bellorum praesidi deo. Itaque discamus inprimis et maxime rationes modosque belli, quod erit gerendum, et 6) quae praeterea cum eo coniunguntur. Discrimen detrecto nullum. Refert tamen, o rex, prius ex te cognoscere, iustumne bellum? deinde quocum hoste geras? et quibus denique viribus? num 7) suffecturis prospero euentui?

Tum rex: Barbara natio fuit, in quam primo incidimus huc appulsi. Dispersa per siluas victitabat venatu iisque, 8) quae arbores sponte enituntur ad praebendum obsonium. Mandurios vocant. Aduentu nostro armisque conspectis in montes profugerant territi. At, 9) quem sub signis habebam, miles desiderio tum regionis, numquam antehac visae, tum 10) consequendi siluestrem praedam longius pro-

edlen und heftigen Trieb zu fechten bekommen. 2) ad murorum partem infimam, unten an den Mauren der Stadt: da er dieselbe bey weiten noch nicht bestiegen hatte. 3) non excepit -- finis, er hat auch nicht besser/ glücklicher/ sein Leben beschlossen. 4) igne -- Troianorum, ist mit Feuer und Schwerd mitten unter die Trojaner hinein gedrungen. 5) ardore et impetu vehemens animus, ein hitzig und heftiges Gemüth. 6) quae -- coniunguntur, die übrige umstände dessen. 7) vires sufficiunt prospero euentui, die Macht ist stark genug/ daß man einen glücklichen Ausgang hoffen kan. 8) ea quae arbores -- obsonium, Baum-Früchten. 9) quem -- miles, meine Soldaten. 10) consequendi sil-

progreſſus a littore, 11) in fugitiuos incidit. Ex quibus praecipui: maritimas terras, inquiunt, tam 12) idoneas humano cultui huc 13) diuertentibus vobis reliquimus, capta in montes propemodum inuios fuga. Hoc vnum ſupereſt fugientibus receptaculum. Rem facietis ſane iniquam, ſi vel hic 14) otio et libertati noſtrae graues eritis. Vagabundi eſtis, (id quod conſpicimus) 15) incerti locorum, diſperſi, et numero nobis inferiores. Vita veſtra in manibus noſtris ſita eſt, ſic vobis eripi poſſet a nobis, vt, ſi libitum eſſet, 16) ne nuncius quidem cladis ad veſtros poſſet venire ſocios. Verum abſit hoc malum, vt caedamus 17) naturae noſtrae participes. Recedite potius, memores inprimis, vos per humanitatem noſtram misericordiamque viuere, deinde, hanc moderationis et magnanimitatis legem ex populo, quem immanem et barbarum vocatis, vos didiciſſe.

CAPVT II.

Hunc in modum a barbaris dimiſſi noſtrates in caſtra reuertuntur, nunciantes, quae accidiſſent ſibi. 1) Haud leuiter rem ferebant armati, indignum aeſtimantes, Cretas vitam debere fugitiuis non hominibus, ſed hominum monſtris. Igitur variis inſtructi armis ſiluas repetunt, longe quam antea frequentiores: inuadunt in hoſtem protinus

ueſtrem praedam, ein Wildpret zu erhaſchen. 11) incidere in fugitiuos, denen flüchtigen in die Hände gerathen. 12) terra humano cultui apta, ein fruchtbar Land/ das wol kan angebauet werden. 13) diuertentibus vobis, euch/ die ihr euch hieher gewendet. 14) otio alicuius grauem eſſe, einen in ſeiner Ruhe ſtören. 15) incerti locorum, ihr wißt nicht/ wo ihr euch hinwenden wollet. 16) vt ne nuncius -- ſocios, daß nicht ein Mann übrig bliebe/ der nur den eurigen ſagen könnte/ wie es euch gegangen. 17) naturae noſtrae participes, die auch Menſchen ſind/ wie wir.
(Cap. II.) 1) haud -- armati, meine Soldaten waren nicht

tinus repertum 2) nec fegni, nec incruenta dimicatione: tela vtrinque effufa grandinis in modum: in praerupta montium reiecti barbari, quo fugientes fequi noftris temerarium vifum.

Haud multo poft mittuntur ad me duo ex fenioribus gentis eius, 3) confilio maxime valentibus, petentes pacem. Pelles ferarum, quas ipfi percutiunt, ferebant dono, 4) frugesque, quibus incolam alit regio. His mihi traditis hanc orationem habuerunt:

Altera manu gladium, altera oleam, rex, praeferre nos vides (habebant autem vtrumque.) Et pacem et bellum offerimus. Quod placet, elige. Vtinam illam velis! pacis cauffa turpe non putauimus, tibi concedere, 5) quae iucunde accumbunt mari, quaeque idoneo calore folis ad fertilitatem et copiofe gignenda grati faporis alimenta praeparantur. Omni fcilicet alimento gratior pax, cuius amore receffimus in edita montium 6) loca, nuda vernis, nudaque autumni deliciis, vtpote quas gelu rigens humus, aeternaeque niues non admittunt. Execramur inhumanam illam amentiam, quae 7) praeclaro conquirendae gloriae famaeque titulo ftolide in regna, ftolidius graffatur in homines, ex communi natura vtique confanguineos. Quodfi et 8) te inutilis haec atque infana cupido famae tangit, non dolemus; fed miferemur duntaxat tui, obteftantes deos, 9) ne noftros in animos hanc peftem trans-

damit zufrieden/ nahmen es empfindlich auf. 2) nec fegni --dimicatione, nicht faul/ und nicht ohne Blutvergieffen. 3) confilio maxime valentes, fehr kluge und verftändige Männer. 4) fruges --regio, Früchte/ die in ihrer Gegend wachfen. 5) quae -- mari, die angenehme Gegenden an dem Meer. 6) loca nuda -- deliciis, Oerter/ wo weder von den Frühlings Ergötzlichkeiten/ noch von den Früchten des Herbfts etwas anzutreffen. 7) praeclaro--titulo, unter dem rühmlichen Vorwand/ fich einen grofen Nahmen zu machen. 8) inutilis haec cupido te tangit, du bift von diefer eitlen Begierde eingenommen. 9) ne noftros--

transfundant. Ceterum si ad tantum nefas aut studia vos erudiunt litterarum, 10) in quibus anxie versatur Graecia, aut industria morum ciuilium, ex quibus aucupamini laudem: profecto gentem nostram his rebus tam vtilibus carere vtilissimum ducimus. Honorificum nobis esse arbitrabimur, indoctos et barbaros, iustos tamen humanosque et ab auiditate proprii commodi perfidiaque alienos esse. Expediet nobis illos aemulari, quibus pauca sufficiunt, quique vanissimam et multorum indigam mollitiem rident. 11) Cordi nobis sunt, praeter 12) integritatem valetudinis, sobrietas et libertas, corporis animique firmitas: virtutis studium, reuerentia erga deos; in propinquos beneuolentia, continentia in prosperis, robur in aduersis; fides in vniuersos; veri stabilis et intrepida professio; 13) animus denique ab adulationibus semper immunis. Vides iam mores earum gentium, quae tuam per nos amicitiam ambiunt. Quodsi adeo te oderunt dii, vt pacem recuses caeco consilio: agnosces sero nimis, qui 14) sanae humanaeque rationis ductu se dederunt paci, eos lacessitos bello prae ceteris fore terribiles.

CAPVT III.

Haec senum ad me oratio; inter quam non potui, quin vtriusque oratoris 1) facies fixis oculis contemplarer. Barba illis promissa et neglecta: 2) hac succinctiorem comam grauior aetas

transfundant, daß sie uns nichts so schädliches in Sinn kommen lassen. 10) in studiis litterarum anxie versari, sich sorgfältig auf die Studien legen. 11) hoc mihi cordi est, das ist mir theuer / wehrt. 12) integritas valetudinis, Gesundheit. 13) animus ab adulationibus immunis, ein Abscheu vor Schmeicheleyen. 14) sanae rationis ductu, nach dem Trieb der gesunden Vernunft.
(Cap. III.) 1) faciem alicuius fixis oculis contemplari, einem starr in das Gesicht sehen. 2) hac - - asperserat, die

aetas asperserat. 3) Densa supercilia imminebant perspicacibus oculis. Non pauidi obtutus aut gestus: 4) vox grauis, et auctoritate singulari se commendans: agendi ratio ingenua et sine dolo. Tegebantur pellibus, super humeros, quibus incubabant, adstrictis et occultantibus lacertos 5) brachiaque, illis athletarum magis valida ac in certamine fideliora. Ceterum responsum reddidi, me pacem velle. 6) Fide pluribus conditionibus inuocatisque diis firmata cum donis remittuntur ad suos. At 7) nondum deorum odia, quibus paterno spoliatus sum regno, fatigaueram. Venatores nostri, famam nunc sancitae pacis adhuc ignorantes, obuiam barbarorum multitudinem, legatos suos, e castris nostris regressos, comitantium, cum furore aggressi, caesa illorum parte, ceteros in fugam auersos persequuntur ad nemus. Haec caussa 8) instaurati belli. Creduntque barbari nos nec bona fide iurare, nec promittere.

9) Maiores copias inducturi in nos, Locrenses Apulosque vocant auxilio praeter Lucanos, quique Crotonam, Neritum et Brundusium colunt. Lucani adducunt currus falcibus perquam acutis armatos. Ex Apulis ferae, quam strauit, exuuias quisque induit, 10) clauamque gestat duratam crebris nodis 11)

Haare auf dem Haupt waren kürzer als dieser/ nämlich Bart/ und vom Alter schon weißlecht. 3) densa - - oculis, dichte Augbraune/ und lebhafte Augen. 4) vox - - commendans, ihre Stimme war ernsthaft/ und von sonderbarem Nachdruck. 5) brachia illis - - fideliora, Aerme/ die da stärker und zum kämpfen tüchtiger sind/ als sonsten die Aerme der Fechter. 6) fide - - ad suos, wir bestätigten den Bund untereinander mit vielen Versicherungen und Bezeugung der Götter/ und schickten sie rc. 7) nondum deorum odia fatigaueram, die Götter hatten noch nicht genug in ihrem Haß/ Verfolgung/ gegen mir. 8) instauratum bellum, erneuerter/ aufs neue entbrannter Krieg. 9) maiores - - in nos, damit sie uns mit grösserer Macht überziehen könnten. 10)

11) praefixamque radiis ex ferro. Corpora gigantum magnitudine, et adeo firmata sunt exercitiis, quibus assueuere, vt solo aspectu faciant metum. Locrensibus origo ex Graecia. 12) Nondum in exteriores mores penitus lapsi, mitiora ceteris habent ingenia, inuicti sane, postquam 13) militari maiorum disciplinae exterorum robur vitaeque asperioris consuetudinem adiunxerunt. Leuiora 14) scuta texunt viminibus, inductaque corio 15) obiiciunt telis. Praelongi gladii haerent. 16) Brutiis concitatiori cursu non cerui, non damae aguntur. 17) Crederes, eorum pedibus nec mollissima gramina premi. 18) Vestigia certe ab illis vix accipit sabulum. 19) Celerrimo impetu inuectos in hostem videas non minori celeritate subduci ex oculis. 20) Crotona idoneos iaciendis sagittis mittit. 21) Arcus, etiam vsu vulgati, adeo resistunt flectentibus, vt a nemine Graecorum ex vulgo 22) parari ad iactum queant. 23) Capient praemia, si quando se ad ludos nostros comparabunt. Tela letali veneno illi-

claua durata crebris nodis, eine Keule voll Knoten. 11) praefixa radiis ex ferro claua, eine mit eisernen Spitzen beschlagene Keule. 12) nondum -- lapsi, sie haben die fremde Sitten noch nicht gar angenommen. 13) militari -- adiunxerunt, sie haben neben der Kriegs-Zucht / die sie von ihren Voreltern her haben / auch die Dauerhaftigkeit der Auswärtigen / und eine harte Lebens-Art sich angewöhnet. 14) scuta texere, Schilde machen. 15) scuta obiicere telis, die Schilde gegen die Pfeile vorhalten. 16) Brutiis -- aguntur, die Brutier laufen wie die Hirsche und Gemsen davon. 17) crederes -- premi, man sieht auf dem weichsten Graß nicht / wo sie hintreten / so leicht laufen sie davon. 18) vestigia -- sabulum, wenigstens spühret man auf dem Sand ihre Fußstapfen nicht. 19) celerrimo -- oculis, so schnell sie auf den Feind anlaufen / so behend machen sie sich wieder aus dem Staub. 20) Crotona -- mittit, die von Croten kommen / sind gute Schützen. 21) arcus -- flectentibus, auch die bey ihnen sonst gebräuchlichste Bogen sind so schwer zu spannen. 22) parare ad iactum arcum, einen Bogen spannen. 23) capient -- comparabunt, sie

illinunt ex herbis, quas ad Auerni ripam legi 24) fama sparsit. Ad Neritios vero, Brundusios Messapiosque quod attinet, solo robore corporis, nullaque virtute animi valent. Conspecto hoste horribiles clamores edunt. E funda non aptius, quam densius excussis 25) lapidibus caeli serenitatem obscurant; ceterum sine ordine praelium inire soliti. Atque haec sunt, carissime hospes, quae cupiebas cognoscere. Inde habes, quare et cuiusmodi cum hominibus nobis sit belli dissidium.

CAPVT IV.

His relatis a rege 1) impatiens morae Telemachus iam imminebat pugnae, 2) nihil praeter arma ratus desiderari. At Mentor occurrens intempestiuo ardori: Cur Locrenses, inquit, quamquam oriundi ex Graecia, cum barbaris aduersum te, o rex, coiuere in foedus? cur tot nationes aliunde aduectae hanc oram amicam sibi, tu inimicam habes? 3) Nondum omnia deorum odia te doces fatigasse. Ego vero sic existimo, multum superesse, 4) quod de deorum institutis diligentior discipulus absoluas. Tot 5) casuum, quibus es perfunctus, disciplina, ecce! nondum occupare seu praeuertere bella didicisti. Retineri ab armis barbaros potuisse ex iis, quae tu de ipsorum candore et fide

werden allemal den Preiß davon tragen / wann sie sich auf unsere Spiele legen wollten. 24) fama sparsit, man sagt. 25) lapidibus excussis caeli serenitatem obscurare, so viel Steine mit Schleudern werfen / daß es dick finster davon wird.

(Cap. IV.) 1) impatiens -- pugnae, konnte vor Begierde schier nicht warten / bis der Streit angienge. 2) nihil -- desiderari, als der davor hielte / es wäre nichts übrig / als daß er nur zu den Waffen griefe. 3) vid. Cap. antec. 4) quod -- absoluas, das du von den Göttern zu lernen / und auszuüben hast. 5) casibus perfungi, die unglücks-Fälle

fide enarrasti, satis superque intelligo. Sed 6) exitiosissimorum tumultuum mater insolentia. Obsides dare et ab iis accipere potuisses. Exigui negotii fuisset addere abeuntibus ex praefectis tuis, qui 7) redeuntium securitati praesentia sua prospicerent. Quin renouato quamquam bello fieri poterat, vt mitigarentur irati, docendo videlicet, lacessitos duntaxat fuisse ab ignorantibus, 8) quae modo vtrimque venissent in pactum. 9) Offerendum praeterea fuisset, quidquid in securitatis postulassent pignus, 10) poenaque sancienda in eos, qui violassent foedus. Quaenam autem subsecuta sunt ipsum belli initium? Et rex:

Postquam 11) omnem aetatem armis idoneam omni festinatione conscripserant, finitimosque ad auxilium, quin odium etiam nostri concitarant: dedecori mihi credebam fore, 12) oleam opponere armatae barbariae. Tutissimum ex praesentibus visum, continuo itinera quaedam et angustias montium leuius custoditas occupare. Facile obtinuimus, inde 13) facti perdomandis hisce aduersariis omnino pares. Turres quippe ibidem a nobis positae, vnde copias nostras e montibus inuasuri telis possunt obrui, contra terrae eorum sedesque praecipuae 14) excur-

überstehen. 6) exitiosissimorum tumultuum mater insolentia, aus dem Hochmuth entstehen die gefährlichste Unruhen. 7) redeuntium securitati praesentia sua prospicere, einige conuoiren lassen / daß sie sicher zurück ziehen können. 8) quae modo - - pactum, worüber man sich erst neuerlich verglichen hätte. 9) offerendum - - pignus, man hätte ihnen alle Versicherung geben sollen / die sie nur verlangt hätten. 10) poenam sancire in aliquem, einen strafen. 11) omnem aetatem armis idoneam conscribere, alle junge Mannschaft aufbieten / was Waffen tragen kan. 12) oleam opponere armatae barbariae, denen zum Krieg gerüsteten Barbaren den Frieden anbieten. 13) facti pares perdomandis &c. und sind dadurch in den Stand gesetzet worden 2c. 14) excursionibus et populationibus infestare terram,

excurſionibus et populationibus noſtris infeſtari pro libito. Ita arduum nobis haud eſt, innumerabiles copias aduerſariorum repellere longe minori manu. Ceterum adeo creuit difficultas reparandae pacis, vt 15) inanis adhuc in ea poſita ſit opera. Turres, quas excitaui, munimenta libertatis noſtrae, deſerere nobis haud licet, 16) niſi volentibus exponi periculo aeternarum incurſionum; illis autem 17) eaedem clauſtra futurae ſuae ſeruitutis videntur.

CAPVT V.

Ad haec reſponſum a Mentore: Sapiens es, Idomeneu, ideoque cupidus nudae ac ſimpliciſſimae veritatis, neque 1) ex illo anguſtarum mentium numero, quae et verum timent cognoſcere, et 2) ea, quibus deprauantur, non audent corrigere, ac propterea omni auctoritate ſua potentiaque ad patrocinium delictorum ſuorum abutuntur. Itaque affero, gentem hanc, miſſis, qui peterent pacem, tibi 3) praeclaro et admirabili documento extitiſſe. Quid enim? num aut non potuit, aut timuit aut noluit te a ceruicibus ſuis depellere? At bellicoſa eſt et finitimorum praepotenti multiplicique auxilio valida natio. Quin exempla imitaris tantae lenitatis et moderationis? Scilicet falſa dedecoris opinio, et ſpecies quaedam inanis gloriae cauſſa

in ein Land ſtreiffen / und Beute machen. 15) inanis adhuc in hac re poſita eſt opera, es iſt bisher alle Mühe / die man deßwegen angewandt / vergebens geweſen. 16) niſi - - incurſionum, wo wir uns nicht wollen in Gefahr ſetzen / daß ſie uns immer überfallen können. 17) eaedem - - videntur, ſie ſehen eben dieſelbe alſo an / daß wir ſie dardurch wollen einſchlieſſen / und künftighin uns dienſtbar machen.

(Cap. V.) 1) non es ex illo anguſtarum mentium numero, du biſt nicht von denen niederträchtigen Gemüthern. 2) ea, quibus deprauantur, ihre unarten / Fehler. 3) praeclaro alicui documento eſſe, einem eine vortrefliche Lehre

caussa totius est, in quo versaris, periculi. Timebas, ne 4) aequo insolentiorem hostem facias; at non timuisti, ne redderes validiorem: cum insolentia tua sit factum, vt tot gentium et inimicum tibi sanciretur foedus. Illae vero turres, quas tanto laudas opere, 5) quid nisi necessitatem afferunt accolis exitium aut patiendi, aut, vt ne seruiant, inferendi tibi? Excitasti eas, ne pericliteris; atqui inde ipsum tantum tuum periculum. Regnorum tutissima propugnacula et munimenta sunt iustitia, lenitas, fides, certaque finitimorum fiducia, se 6) extra discrimen vicinae seruitutis versari. Fortissima moenia obnoxia casibus. Bellorum fortuna peruicax et inconstans est. At si carus affinibus sis, si dignus, in quo confidant (eris autem comperta lenitate tua industriaque colendae pacis) numquam inferior bello, raro in armis futurus es, amicitia propinquorum fiduciaque vnico videlicet existente ad bellum et propulsandum et anteuertendum adiumento. Esto etiam, te per nefas lacessi a finitimo. Tum sane finitimi omnes, quorum quippe interest seruari tua, sine mora 7) insurgent aemulo. Tot igitur populis, quibus incolumitas tua intelligitur prodesse, ferentibus tibi suppetias, plus certe valuisses, quam exstructis propugnaculis, 8) quae nullam medicinam vulneri sortis tuae relinquunt. Profecto nisi cunctatus fuisses 9) te liberare nascente propinquorum inuidia, 10) adolesceret inter beatas

geben. 4) aequo insolentiorem aliquem facere, einen allzu hochmüthig machen. 5) quid nisi- accolis, zu was taugen sie anderst, als daß sie die Angränzende nöthigen. 6) extra -- versari, ausser der Gefahr seyn, von denen Benachbarten in Dienstbarkeit gesetzet zu werden. 7) insurgere aemulo, sich wider einen Feind aufmachen. 8) quae nullam - relinquunt, welche dein Unglück unheilbar machen. 9) nascente alicuius inuidia se liberare, eines Neid gleich in dem Anfang suchen zu vermeiden. 10) adolescere inter beatas oleas, in friedlichem glücklichen Wolstand blühen, zu-

tas oleas, quam exorsus es, regia: 11) tute ipse disceptantis Hesperiae suspicereris arbiter. Verum agamus iam aliud, et maxime, qua ratione praeterita possint emendari futuris? Diuersas Graecorum colonias in hac ora esse memorasti sub sermonis initium. Ab his petenda auxilia. Nondum apud eas exoleuit Minois, ab Ioue geniti, illustre nomen, nondum etiam tua ipsius merita; qui bono totius Graeciae ad Troiam insignem nostros inter heroes nauasti operam. Quin hos saltem populos adiungis tibi?

Hic docere rex 12) illis omnibus fixum, 13) nullius in partes concedere. Quamquam enim, inquit, me non oderunt penitus: at splendore ipso, quem vel 14) incunabula vrbis meae ostentabant, mouebantur; veritique aliarum, quae circumiacent, nationum exemplo, ne insidiaremur libertati suae, existimabant, subactis, qui montes colunt, 15) ambitionem nostram grassaturam latius. Paucis habe. Nemo quispiam amicus mihi. Quid? quod et vires meas optant minui, 16) quorum nondum apertas inimicitias subiui, ne vnum quidem socium partibus meis indulgente inuidia.

CAPVT VI.

Nae isthaec, Mentor interponit, 1) rerum tuarum deterrima conditio. Vires consumis, vt videare magnis viribus, dumque terribilem te

nehmen. 11) tute--arbiter, du würdest von ganz Hesperien als Schiedsmann in allen ihren Strittigkeiten hoch gehalten werden. 12) fixum mihi est, ich habe beschlossen. 13) nullius in partes concedere, neutral bleiben. 14) incunabula vrbis, der Anfang/erste Grundlegung einer Stadt. 15) ambitio eius grassatur latius, er greift in seinem Hochmuth weiter um sich. 16) quorum - - subiui, welche ihre Feindseligkeiten noch nicht offentlich gegen mir verspühren lassen.

(Cap. VI.) 1) rerum tuarum deterrima est conditio, es

te exteris et exosum facis, 2) prouidendo iustum tanto bello apparatum, domi in egestatem te coniicis. Infelicem sane, iterumque infelicem te, qui istis malis 3) altero tanto sapere debueras! Ergone alius casus errorque adhuc permittendus a superis, vt ad praeuidenda, quae summis regibus minantur, mala te erudiant? At rem mihi permitte: et quaenam Graecorum coloniae societatem tuam aspernentur, diligenter expone.

4) Primam ex iis mentionem, inquiebat rex, Tarentum meretur. Triennium est, 5) cum coepit a Phalante. Hic ex Laconia contraxerat ingentem multitudinem iuuenum, 6) quos ex alieno toro matres conceperant. Redeuntibus ex bello maritis haud alia cura illarum fuit, quam negando propulsare suspicionem flagitii. Neque sane pauci, 7) quorum legitimi natales desiderabantur, 8) ad indomitam morum licentiam ipsa ignoratione genitorum fuere grassati. Ceterum legum seueritas 9) frenum adhuc iniecit impotenti libidini. Quod cum ferre non potuissent, secuti Phalantem, hominem intrepide temerarium, atque ambitiosum, callidumque ad trahendos animos, occupata hac ora 10) Tarentum Lacedaemoni substituerunt. Petilia haud procul

steht sehr schlimm um dich. 2) prouidere iustum tanto bello apparatum, sich hinlänglich zu einem so grosen Krieg rüsten. 3) altero tanto sapere debueras, du hättest um so mehr witzig werden sollen. 4) primam mentionem hoc meretur, zuerst muß ich dessen gedenken. 5) cum coepit a Phalante, da Phalantes seine Regierung daselbst hat angefangen aufzurichten. 6) quos--conceperant, uneheliche Jünglinge. 7) quorum legitimi natales desiderantur, von denen man nicht gewiß weißt, von wem sie da seyn: oder welche aus keinem rechtmässigen Ehebett gezeuget. 8) ad indomitam morum licentiam grassari, in eine ausgelassene Lebens-Art hinein gerathen. 9) frenum iniicere impotenti libidini, einem in seiner unmässigen Begierde Einhalt thun. 10) Tarentum Lacedaemoni substituerunt, sie haben Tarent zu einem andern Lacedämon gemacht: Tarent anstatt Lace-

procul est in diuerso littore, disciplina, non viribus melior Tarento. Moenibus Philoctetes cinxit, praeclarum nomen 11) allatis Alcidae sagittis consecutus ad Troiam. Metapontidem denique finibus nostris sapientissimus Nestor apposuit 12) suorum ex Pylo adiutus manu.

Ergone, hospes inquit, Nestorem in Hesperia, non item 13) in partibus tuis habes? Nestorem, qui 14) a multis fortiter gestis in Phrygia heroem probauit te, legitque amicum sibi? Atqui hanc amicitiam, rex inquit, sustulere callidae hominum, solo nomine barbarorum, industriae. Eo certe adduxere prudentissimum virum, vt crederet me captare Hesperiae tyrannidem. At liberemus eum hoc errore, Mentor respondet. Nestorem Telemachus vidit, 15) ante deductam huc terrarum coloniam, ante magna ob Vlyssem patrem suscepta itinera nostra. 16) Tenebitur adhuc heros hic memoria tanti viri, quamque filium eius amanter exceperit. Est autem 17) caput apud eum agendae rei, suspicionem abolere, quae ab aduersariis tuis iniecta ipsi est. Excitasti passim suspicionem, alienam libertatem dolere tibi. 18) Haec fax praesentis belli, qua extincta

dämon zu ihrem Sitz erwehlet. 11) allatis Alcidae telis, dardurch daß er des Herculis Pfeile herbey gebracht / (ohne welche die Stadt Troja nicht sollte können erobert werden. vid. Hederichs Real-Schul-Lexicon.) 12) suorum ex Pylo, seiner Pylier / Einwohner der Stadt Pylus. 13) in partibus suis habere aliquem, einen auf seiner Seite haben. 14) a multis fortiter gestis heroem probare aliquem, einen wegen seiner vielen tapferen Thaten vor einen bewährten Helden erkennen. 15) ante coloniam, ehe er sich hier mit seinem Volk aufs neue niedergelassen. 16) teneri adhuc memoria alicuius, eines noch ingedenk seyn. 17) caput agendae rei, das Haupt-Werk / Haupt-Geschäft. 18) haec fax -- refrigescet, das ist die Ursach des gegenwärtigen Kriegs / wann die aus dem Weg geraumt / so wird der Krieg selbst bald ein Ende nehmen.

tincta istud refrigescet. Sic iterum habe: rem mihi permitte.

CAPVT VII.

Ita 1) in differentis amplexum rex effudit sese magnitudine interioris solatii, 2) quod voci quoque attulit moram. Difficulter tandem expedita lingua: O venerabilem, inquit, et caelesti sapientia canitiem, missam a bonis superis, vt emendet, quidquid perperam a me gestum adhuc! Fateor: odissem in alio, qua tu vteris, dicendi licentiam. Sed et istud pronuncio, tuum vnius consilium posse ad petendas pacis conditiones inducere hunc animum. Statueram aut perire, aut, quidquid vspiam hostium, vincere. Sed aequum est prudentiae tuae obsequi, non cupiditati meae. Felix Telemache, qui vel numquam, 3) vel Idomeneo certe leuius delinques tantae sapientiae discipulus. Fac, senex optime, fac pro imperio. In te par Mineruae facultas suadendi salubria. I, promitte, et 4) vel per iacturam omnium, quae possideo, paciscere. Placebit Idomeneo, quidquid videbitur tibi.

Habitos hos vltro citroque sermones multiplex ex improuiso tumultus rupit. Exaudiebantur fragores curruum, hinnitus equorum; fremitus non tam clamantis, quam foedum in modum vociferantis multitudinis, 5) clangorque tubarum ipsa sonitus ad stridoris similitudinem praefracti asperitate concitantium militares impetus. Publicae voces nunciabant

V adesse

(Cap. VII. 1) in differentis amplexum effundere sese, einem währender Rede um den Hals fallen. 2) id voci quoque attulit moram, das machte / daß er nicht gleich reden konnte. 3) vel -- delinques, oder doch bey weitem nicht so wie ich / der Idomeneus dich versehen wirst. 4) vel per -- paciscere, schliesse mit ihnen einen Tractat/ sollte es mich auch gleich alles kosten was ich habe. 5) clangor -- impetus, ein kriegerischer Schall der Trompeten / (der mit

adesse hostem: 6) multis ambagibus collocata in viarum angustiis praesidia fefellisse: oppugnatum venire Salentum. Viri aetate graues feminaeque pauere et trepidare inter gemitus visi: Ergone relinquenda erat dilecta patria, tam fertilis, tam beata Creta, 7) quaerendumque cum infelice rege per tot maria exilium, vt hic coniungeremus domicilia, 8) ah! Troiae finem habitura! Perstringebantur fulgore oculi e recentibus muris prospicientium in late circumiectos agros, 9) galeis, loricis, scutisque, exceptos a sole radios iacientibus in transuersum. 10) Horrescebat solum eminentibus sarissis haud aliter, atque aestiuis caloribus per circumfusum Ennae muris agrum in Sicilia densos aristarum ordines iusto agrestis operae praemio Ceres consueuit disponere. Iam curribus appensae falces notabantur, multum acie sua nocturae. Neque difficile erat nationum internoscere discrimen, 11) ex quibus conflabatur hostilis exercitus.

Mentor, vt inimicum agmen melius prospiceret, conscendit in editam turrim, proxime sequentibus rege et Telemacho; statimque emissis oculis Philoctetem, alibi Nestorem cum Pisistrate filio aspexit. 12) Extrema aetate Nestorem facile distinguebat ab omni exercitu. Itaque viso eo, Idomeneum inclamans:

seinem greßlichen Ton selbst zum Krieg Muth machte.) 6) multis -- fefellisse, daß er durch eine weite Detour denen Besatzungen in den engen Pässen entgangen. 7) quaerere exilium, einen Ort in der Fremde suchen. 8) ah! -- habitura, welche auf eben solche unglückliche Weise wie Troja sollten zerstöret werden. 9) galeis -- transuersum, wo die Helme/ Panzer/ und Schilde von den Sonnen-Strahlen schimmerten. 10) horrescebat -- disponere, der ganze Boden steckte dicht voll von aufgerichteten Picken/ eben so wie zur Sommers-Zeit auf dem um die Stadt Enna herumliegenden Feld die Aehren in dichter Reyhe stehen/ zur Belohnung der Arbeit des Ackermanns. 11) ex quibus -- exercitus, welche die feindliche Armee ausmachten. 12) ex-

maros: Eho! Philoctetem et Nestorem tibi quidem nihil nocituros, sed nec hostibus credideras futuros auxilio? Ecce sumtis armis nocituros tibi! Et alterae illae 13) copiae, seruatis ordinibus, suspensoque subeuntes gradu, Laconum, puto, sunt, et Phalantem habent ducem. Nemo quispiam amicus tibi, 14) hostes habes, quot haec ora accolas, a te ipso, quamquam non sciente, irritatos.

CAPVT VIII.

Inter haec verba Mentor confestim relicta turri contendit ad 1) portam ciuitatis obuersam regioni, qua veniebat hostis, iussitque ea reclusa sibi viam dari, Idomeneo 2) imperatoriam Mentoris in agendo constantiam vehementer obstupescente, nec rationem eius, quod acturus erat, auso percontari. At ille signo dato, ne quis ipsum sequeretur, obuiam procedit hosti: mirantique, hominem vnum non vereri tantis occurrere copiis, eminus ostensa olea significat pacis venire internuncium. Vbi exaudiri potuit, conuocari rogabat principes exercitus. Quo facto hunc in modum alloquebatur vniuersos:

Non ignoro, viri, ex florentissimis Hesperiae nationibus congregati, vos ad communem libertatem duntaxát defendendam huc conuenisse. Laudo hoc etiam armatum propositum. At finite, quaeso, qua ratione et libertas et honor vestrarum gentium incolumis esse etiam 3) sine clade valeat, audientibus vobis exponam.

V 2 Quis

trema aetate homo, ein sehr alter Mann. 13) copiae - - gradu, Völker, die in so schöner Ordnung und so langsam einher marschiren. 14) hostes - accolas, du hast eben alle, die in dieser Küste um dich herum wohnen, zu Feinden.

(Cap. VIII.) 1) porta obuersa regioni, ein Thor das auf eben der Seite der Stadt war. 2) imperatoria constantia, eine majestätische Standhaftigkeit. 3) sine clade, ohne

Quis ignorat, Troianae expeditionis oraculum, Neſtor, quem inter omnes intueor, quis ignorat, inquam, quanta incommoda, quanta diſcrimina bellum vel ipſis afferat, qui iuſte et 4) auſpicibus diis capeſſunt arma? ex iis flagellis, quibus humanum genus caſtigant ſuperi, acerbiſſimum bellum eſt. Et vniuerſum quidem Graeciam 5) quantum decennalis expeditio attriuerit, ſemper tuae inhaerebit triſti memoriae. Quae, ſuperi! inter duces diſſenſio! 6) quae impotentis fortunae ludibria! 7) quae clades ab Hectore! 8) quae ciuitatum omnium etiam validiſſimarum calamitas ex diuturna regum ſuorum abſentia! 9) adornato autem reditu, 10) alios ad Capharea hauſit naufragium, 11) alios inter amplexus coniugum ſponſarumque occuparunt fata; 12) vt in Troiam nos armaſſe videatur deorum indignatio. Quos ego quidem nunc precor, ne armis veſtris renouare velint tam funeſtam victoriam. Iacet quidem Troia cineribus ſepulta ſuis. At vero multo magis valeret nunc Graecia, ſi adhuc vrbs illa ſtaret, 13) et foedo Helenae ſuae amore arderet iners Paris. Tu vero, 14) diuturnum fortunae ludibrium et

Blut zu vergieſſen. 4) auſpicibus diis, unter dem Schutz/ Hülfe der Götter. 5) quantum - - attriuerit, wie hart Griechenland in dem zehenjährigen Feldzug ſeye mitgenommen worden. 6) quae - - ludibria! wie ſpielte nicht das unbeſtändige Glück! 7) quae clades ab Hectore! was richtete nicht Hector für ein Würgen an! 8) quae ciuitatum calamitas; was lidten die Städte für Noth. 9) adornato reditu, bey ihrer Retour, Ruckkehr. 10) alios - - naufragium, haben einige bey dem Capharischen Vorgebürg Schiffbruch gelidten. 11) alios - - fata, andere sind geſtorben/ da ſie kaum wieder zu ihren Gemahlinen und Bräuten zuruck gekommen: im Schoos ꝛc. 12) vt in Troiam - - indignatio, daß es ſcheint/ die Götter haben die Griechen im Zorn zu dieſem Feldzug wider Troja angereitzet. 13) et foedo - - Paris, und wann gleichwol der feige Paris ſeiner ſchändlichen Liebe mit ſeiner Helena pflegte. 14) diuturnum fortunae ludibrium, der du ſchon ſo

et in Lemno exul, Philoctetes, 15) aequalis belli aequalem prioribus aerumnis tuis non times exitum? Sed et Lacones 16) mala scio sensisse longioris morae, quae principes, duces et bellatores nostros tenebat in Phrygia. Et quicumque demum in Hesperiam venistis Graeci! 17) alia atque alia perpessi estis, molientes huc transitum. Atqui Troiani belli hi erant 18) effectus et tristes reliquiae.

CAPVT IX.

Post haec verba Pyliis appropinquabat Mentor, quem quia Nestor iam agnouerat, et ipse procedens salutatum: Recreat me, inquit, aspectus tuus. Diu est, cum in Phocide te primo vidi, 1) tria haud amplius numerantem lustra. Ego vero 2) ex ore tuo iam tum legebam notas canescentis, quam postea es assecutus, prudentiae. At at! 3) quis te huc casus? ecqua ratio finiendi belli, quod Idomeneus 4) obtrusit nolentibus? pacis tam vnicum nobis, quam magnum desiderium. Nostra cuiusque magnopere intererat nec lacessere, nec lacessi. At 5) mala fide cum finitimis paciscente Idomeneo,

lang allerhand Unglück unterworfen. 15) aequalis -- exitum, besorgest du nicht/ daß dieser dem vorigen gleiche Krieg einen gleich elenden Ausgang vor dich nehmen werde. 16) mala sentire longioris morae, quae tenet Principes &c. den Schaden empfinden von dem langen Aufenthalt der Fürsten rc. 17) alia -- transitum, wie ein manches habt ihr nicht erlidten/ bis ihr hieher gekommen seyd. 18) effectus -- reliquiae, die traurige Folgen und Früchte.

(Cap. IX.) 1) tria haud amplius numerat lustra, er ist nicht mehr als fünfzehen Jahr alt. 2) ex ore -- prudentiae, ich nahm schon damals aus deinem Gesicht wahr/ wie klug du in deinem künftigen Alter werden würdest. 3) quis te huc casus? was für ein Schicksal führt dich hieher? wie kommst du hieher? 4) obtrudere alicui nolenti bellum, einen auch wider seinen Willen zum Krieg nöthigen. 5) mala fide, cum finitimis pacisci, keinen Vertrag

meneo, 6) vacillabat nostra securitas. 7) Inita cum eo pax ab armis quietem haud afferret nobis, sed foederi, quo iungimur, arae scilicet libertatis nostrae, ruinam. Gens nulla est, 8) quam is celare voluerit ambitionis propositum, 9) vniuersa destinantis tyrannidi suae. Seruiendum itaque erat nobis, nisi curae fuisset, regnum eius prius, quam adolescat, euertere. Perfidus est, eumque aut caedere cogimur, aut 10) pati dominum. Quodsi tu possis vllo modo efficere, vt 11) nec dubie, nec suo vnius emolumento paciscatur, arma non inuiti praesentes exercitus ponent. 12) Nobis vero volupe erit primas sapientiae tuae concedere.

Nestori responsum ab 13) internuncio: Vlysses, id quod non ignoras, filium mihi tradidit instituendum. Isque vt cognosceret, quae accidissent patri, vrgente desiderio Pylon peruenit, tibique 14) praesto fuit. Excepisti illum 15) cum cura cultuque, qualem ab genitoris licebat amico sperare: 16) filii etiam tui societate ornasti. Inde magnis pelago itineribus

seinen Nachbarn halten. 6) vacillat nostra securitas, unsere Sicherheit leydet Noth. 7) inita -- ruinam, wann wir gleich Frieden mit ihme machten / so würden wir doch keinen Frieden (Ruhe vom Krieg) haben / sondern unsere Verbindung / die wir untereinander / als die einige Stütze unserer Freyheit haben / würde nur zertrennt werden 8) quam -- propositum, gegen dem er sein hochmüthiges Vorhaben geheim gehalten hätte. 9) vniuersa destinare tyrannidi suae, alles gerne allein unter seiner Herrschaft haben wollen. 10) pati dominum, sich eines Herrschaft unterwerfen. 11) nec dubie -- pacisci, einen redlichen / sicheren / und uninteressirten Vertrag eingehen. 12) nobis -- concedere, uns wird ein Vergnügen seyn / uns von deiner Weisheit weisen zu lassen. 13) sc. Mentore. 14) praesto esse alicui, sich bey einem einfinden / einem seine Aufwartung machen. 15) cum cura -- sperare, mit so viel Sorge und Hochachtung / als man irgend von einem Freund seines Vaters sich versprechen durfte. 16) filii -- ornasti, er hatte auch die Ehre / in deines Prinzen Gesellschaft zu seyn.

neribus accessit Siculos: in Aegyptum et Cyprum forte venit: Cretam tenuit. Iamque repetebat Ithacam, cum vento, aut diuino potius numine ad hanc deerrauit oram. At felix error, quo accepistis homines, 17) quibus intercedentibus grauissimum bellum a ceruicibus vestris moueatur. Futurum quippe pactum, quantum opus erit, non tam ab Idomeneo, quam a Telemacho atque a me ipso 18) praestabitur.

CAPVT X.

Haec cum Nestore inter foederatos exercitus agentem rex et Telemachus armatique contuebantur e corona muri, 1) acerrimeque intentos, quo vultu acciperetur Mentoris sermo, vellicabat desiderium, 2) e propinquo exaudiendi canam vtriusque viri prudentiam. Et 3) Nestori quidem rerum, quae acciderant, vsu copiaque differendi nemo par habebatur ex Graeciae regibus. Cum oppugnarentur Pergama, ille Achillis ferociae, ille superbienti Agamemnoni 4) adhibuit modum: ille Aiacis arrogantiam; praecipitesque impetus Diomedis repressit. Credidisses, cum disputaret, 5) non verba, sed mel eum fundere. Is vnus erat, qui audiebatur ab vniuersis ducibus: vnus, 6) cui

 exor-

17) quibus -- moueatur, durch deren Vermittlung ein so schwerer Krieg noch von euch mochte abgelehnet werden.
18) praestare pactum, einen Verglich garantiren: Gewährschaft leisten vor 2c.
(Cap. X.) 1) acerrime -- desiderium, da sie sehr genau acht gaben, wie des Mentors Rede aufgenommen würde, so trugen sie ein heftiges Verlangen, waren sie sehr begierig. 2) e propinquo -- prudentiam, in der Nähe zu hören, was die zween kluge Alte mit einander redeten. 3) Nestori -- regibus, es war dem Nestor an Erfahrenheit und Beredsamkeit keiner gleich unter den Königen Griechenlands. 4) adhibere modum superbienti alicui, einem in seinem Hochmuth Einhalt thun. 5) non verba sed mel fundit, seine Worte sind lauter Honig. 6) cui -- silentium, dem

exordienti ſermonem praeſtabatur commune ſilentium: vnus denique, 7) cui cedebat foeda in caſtris diſſenſio. Ceterum 8) integritatem virium eius ingraneſcentis aetatis tentabat frigus; neque tamen ſine ſucco aut lepore erat oratio. Referebat praeterita, vt iuuentutem inſtitueret ad prudentiam, 9) eratque modus, quo referebantur ab eo, vt non incompoſitus, ita ſenili lentitudine temperatus.

Tam venerandum caput, cuius 10) admirationi ſe dederat vniuerſa Graecia, tum ad Mentoris occurſum 11) nihil eloquentiae, nihil dignitatis videbatur retinere. 12) Credidiſſes omnia Neſtoris ex ſenectute ornamenta extingui Mentoris ſenio, vtpote 13) quod prae vigore optime temperati corporis ſibi vindicabat reuerentiam. 14) Verbis vtebatur, quibus nec lepos inerat nec cultus, 15) vi tamen et auctoritate pollebant, quanta tum coepit in Neſtoris ſermone deſiderari. Oratio eius ſemper breuis, vera, et neruoſa; 16) numquam reuoluta ad ea, quae ſemel intuliſſet; 17) duntaxat excurrens ad neceſſaria rei, de qua capiendum erat conſilium.

Quodſi

alles zuhörte/ wann er anfieng zu reden. 7) cui - - diſſenſio, der die tolle Zwietracht in dem Lager ſtillete. 8) integritatem - - frigus, ſeine Kräften waren wol durch das Alter geſchwächt. 9) erat modus - - temperatus, ſein Vortrag war wiewol etwas langſames nach Beſchaffenheit des Alters/ doch in der Ordnung/ und zierlich. 10) admirationi alicuius ſe dare, einen hoch bewundern. 11) nihil - - retinere, es ſchiene als hätte er alle ſeine Beredſamkeit und Anſehen verlohren. 12) crediditſſes - - ſenio, es war gleichſam alles was Neſtor in ſeinem Alter anſehnliches hatte/ durch des Mentors Alter verdunkelt. 13) quod prae - - reuerentiam, welches man noch mehr als ſeine Munterkeit des Leibes verehren mußte. 14) verba, quibus nec lepos ineſt, nec cultus, ungekünſtelte Worte. 15) vi et auctoritate pollent verba, die Worte ſind voller Nachdruck. 16) numquam - - intuliſſet, er wiederholte niemal/ was er ſchon einmal geſagt hatte: ſagte nichts zweymal. 17) duntaxat excurrere ad neceſſaria rei, nur das nöthige

Quodsi autem interdum 18) ad priora retrahebatur aut necessitate inculcandi, quae dixisset, aut persuadendi; 19) redibat semper fusior, 20) ductisque perapposite similitudinibus locuples. 21) Relucebat item in habitu eius, seu agere cum aliis, seu docere volentis, mira quaedam et facillima iucunditas. Ex omnibus tum copiis diuersissimarum gentium nemo erat, quem tam venerabilis vtriusque viri aspectus non mouisset. Itaque dum Salenti hostes 22) stipatis cuneis se premunt, percelluntur que desiderio et cominus aspiciendi et audiendi prudentissimorum par hominum: Idomeneus cum suis 23) tota oculorum cupiditate studioque videndi adnitebatur, quid ex habitu consultantium vultuque 24) diuinare fas esset, cognoscere.

Finis Libri Decimi.

V 5 FA-

von einer Sach vorbringen. 18) ad priora retrahi, wieder aufs vorige kommen müssen. 19) redibat semper fusior, so trug er es immer mit mehreren umständen vor. 20) ductis - - locuples, wußte viele geschickte Gleichnisse anzubringen. 21) relucet in habitu eius mira - - iucunditas, er hat in seinen Geberden selbst was munteres und angenehmes an sich. 22) stipatis - - desiderio, sie dringen sich hauffenweis auf einander / aus Verlangen ꝛc. 23) tota - - adnitebatur, bemühete sich alle Force seiner Augen anzuwenden: sahe mit äusserster Begierde dahin. 24) quid diuinare fas esset, was er etwa errathen/ abnehmen könnte.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER VNDECIMVS.

CAPVT I.



Inter haec Telemachus 1) longioris morae haud patiens clam sese eripit Cretensium multitudini, festinatoque cursu ad portam, qua Mentor excesserat, 2) imperantis voce prodeundi exposcit copiam. Non aduerterat Idomeneus abitum eius. Itaque, vt primum extra portam eum, vicinumque Nestori videbat esse, 3) admirationem haud tenuit. Ceterum agnitus a Nestore iuue-

(Cap. I.) 1) longioris morae impatiens, als der nicht länger warten/ verziehen konnte. 2) imperantis--copiam, fordert mit einer gebietenden Stimme/ daß man ihn hinaus lassen solle. 3) admirationem haud tenuit, er hat sich

iuuenis, cum eum cerneret 4) lentiorem difficilemque pro aetate sibi moliri occursum, 5) prior ipse inuolauit in collum salutaturi, 6) mutuisque amplexibus diu vinctum affatus tandem cum gemitu: O mi pater, inquit! sic compellare te non dubito. Licet per benignitatem in me tuam, et per iniquam sortem, quae me vetat genitorem reperire, licet, inquam, debitum suauissimo Vlyssi nomen tibi impertiri. O pater! care pater, quem rursum intueor! o si intueri et Vlyssem sic queam! Tu, 7) in quo ipsum quasi Vlyssem recipio, tu mitigare profecto dolorem possis, nisi insanabile mihi iactura eius intulisset vulnus.

Mouerat seni lacrimas hic Telemachi affectus, 8) clam vtique gestienti, cum tam concinnos tamque decoros fletus iuuentutis aspiceret. Sed et foederatos omnes in admirationem dabat species, oris suauitas, 9) vulgo maior animus, et inprimis se per medias hostium acies penetrantis fiducia. Ecquid, aiebant, filius hic est senis Salento huc egressi ad Nestoris colloquium? quid dubitamus? 10) Aetas, quantum potest, vtriusque diuersa; at eadem sapientia, nisi quod haec 11) in altero florem, lectissimos vberrimosque fructus ostendat in altero.

Contemplatus Mentor, qua beneuolentia a Nestore acciperetur iuuenis, gratulabatur sibi, 12) suamque ratus occasionem: Vlyssis, inquit, tantum Grae-

sehr verwundert. 4) lentiorem difficilemque pro aetate alicui moliri occursum, einem langsam, und mühlich wegen hohen Alters entgegen gehen. 5) prior -- salutaturi, ist er ihm zuerst eilends um den Hals gefallen. 6) mutuis -- vinctum, nachdem er ihn lang um den Hals gehalten. 7) in quo -- recipio, den ich als den andern Ulysses halte. 8) clam gestire, sich heimlich freuen. 9) vulgo maior animus, ein edles, erhabenes Gemüth. 10) aetas -- diuersa, beede sind dem Alter nach sehr weit von einander unterschieden. 11) in altero -- in altero, bey dem einen blühet sie erst, bey dem andern ist sie schon völlig reif. 12) suam ratus

Graeciae, tantum, Neſtor, tibi dilecti hic filius eſt. En! obſidem eum, et pretioſiſſimum pignus habe, quo Idomenei roborari vnquam fides poteſt. Facile intelligis, me parum ſane velle, vt 13) amiſſum patrem ruina filii excipiat, Mentorique obiectet infelix Penelope, ſobolem vnicam conſumſiſſe ad 14) alendam nouelli regis, Idomenei, ambitionem. Hoc itaque pignore, quod ſponte aduolauit, vt 15) ſeſe vobis aſſereret, quodque pacifici miſerunt dii, vobis, ex tot gentibus delecti viri, 16) ibo conditiones propoſitum, quibus iniri queat pax firma, ſempiterna.

CAPVT II.

Vix protulerat pacis nomen, cum 1) alii atque alii retro ordines militum confuſas voces emiſere. 2) Frendebant itaque perſtrepentes, haud dubii, omnem moram pugnae noxiam ipſis fore, taliaque ab internunciis ob hoc ſolum dici, 3) vt vacuas praeda manus referret mitigata ira. Praecipua erat Manduriorum indignatio, exiſtimantium, Idomeneum ſperare, iterum ipſis poſſe imponi. Conſtituebantque iterum atque iterum interpellare Mentorem, metuentes, ne tanti viri prudentia 4) ſocios in diuerſa abſtraheret. Et iam Graecos omnes, qui in ipſorum partibus erant, ſuſpectos

eſt occaſionem, er profitirte von der Gelegenheit. 13) amiſſum patrem ruina filii excepit, nach dem Vater iſt auch der Sohn verlohren gegangen. 14) alere ambitionem alicuius, einem zu ſeinem Ehrgeitz noch mehr helfen. 15) ſeſe alicui aſſerere, ſich einem zu eigen geben. 16) ire conditiones propoſitum, Bedingungen vorſchlagen.

(Cap. II.) 1) alii -- emiſere, hörte man von einem Reyhen der Soldaten hinter dem andern ein verwirrtes Gemurmel. 2) frendebant perſtrepentes, ſie tobten vor Zorn. 3) vt vacuas -- ira, daß ihr Unwille geſtillet würde/ und ſie wieder leer von Beute abziehen dörften. 4) ſocios in diuerſa

ctos habere coeperant; quod vbi Mentor aduertit, nihil morabatur ad dissoluendam earum gentium amicitiam 5) alimenta suspicioni adiicere. Hoc vt efficeret, ita exorsus est:

Mandurios recte conqueri, omniumque, quas accepere, reparationem iniuriarum merito postulare, haud sane diffiteor. Sed et istud Graecorum in hac ora coloniae merito postulant, 6) ne indigenarum odiis suspicionibusque onerentur. Contra e Graecia aduenas 7) summa oportet voluntate consentire, atque ita se gerere, vt amice habeantur ab incolis. Vnde nil nisi cum moderatione agendum, abstinendumque terris, vnde iniquum est finitimos suos depellere. Equidem scio, 8) aduersam sortem inauspicato tulisse, vt diffideretur Idomeneo. At arduum non est, eum, 9) qua excidit, restituere fidei. Telemachum meque ipsum vades atque obsides habete, 10) amicum eum non dubium futurum. Manebimus apud vos in custodia, 11) non dimittendi, nisi integerrime praestitis, quae venerint in pactum. Ceterum dolorem vestrum, Mandurii (pergebat contentiori voce) illud cumprimis 12) accendit, quod post itinera montium, quos nunc incolitis, occupata dolo, liberum Cretensibus sit in eas sedes irruere, ad quas recessistis hoc animo,

abstrahere, die Alliirte trennen. 5) alimenta suspicioni adiicere, den Argwohn vermehren. 6) ne--onerentur, daß sie nicht bey den alten einheimischen Völkern dieses Lands allzusehr in Haß und Argwohn gerathen. 7) summa voluntate consentire, rechtschaffen zusammen halten. 8) aduersam--Idomeneo, daß Idomeneus das Unglück gehabt/ daß man ein Mißtrauen in ihn setzete. 9) restituere aliquem fidei, qua excidit, einen wieder in den Credit setzen/ so er verlohren. 10) amicus non dubius, ein sicherer Freund. 11) non dimittendi--in pactum, wir wollen nicht los gelassen seyn/ ihr sollt uns nicht los lassen/ bis alles vollkommen erfüllt/ worüber man sich vergleichen wird. 12) dolorem alicuius accendere, einen in Harnisch bringen.

mo, vt vacuae ipsis essent maritimae planities. Haec itaque itinera, 13) hae fauces editis turribus dispositoque Cretensi milite impeditae, re omnino vera bello dederunt caussam. Agite, et si quid pugnatis praeterea, edicite!

CAPVT III.

Tum appropinquans, qui imperabat Manduriis: Quanta, inquit, ad euitandum bellum fecimus! Dii norunt, 1) ab armis semper nobis vacationem fuisse, nisi cum 2) pacificis esse extra noxam seruitutis per Cretensium ambitionem non licuit, ita se habentium, vt debuerimus iureiurando quoque fidem facientes timere. Vah insana gens! ipsa quae vltimam salutis viam, 3) arma, sic in nostras intrusit manus, vt nisi ipsius interitu salui esse non possimus. Haud immerito 4) semper erit nobis persuasum, quamdiu obtinebit illa itinera, terris et libertati nostrae eam insidiari. Quodsi enim 5) vere et vnice captarent cum finitimis amicitiam, contenti hercle iis, quae sponte cessimus, omitterent montium nostrorum aditus occupare, nisi 6) libertati nostrae superbe inhiarent. Nondum, prudentissime senex, nondum gentis huius mores cognouisti, quos satis superque et malo nostro Mandurii didicimus. Desine, superis dilectum caput, morari bellum iustum, necessarium, quo sine haud quiescet vmquam diu Hesperia. Vah ingrata, perfida, crudelis

13) hae fauces - - impeditae, diese Pässe welche die Cretenser euch mit den Thürnen, und Völkern verlegt.
(Cap. III.) 1) ab armis vacatio, Friede. 2) pacificis esse extra noxam seruitutis non licuit, wir haben nicht länger können Friede halten, ohne Gefahr in die Dienstbarkeit zu gerathen. 3) arma in manus alicuius intrudere, einen nöthigen, die Waffen zu ergreiffen. 4) semper erit nobis persuasum, wir werden allezeit glauben 5) vere et vnice captare amicitiam alicuius, aufrichtig nichts anders suchen, als eines Freundschaft. 6) libertati alicuius inhiare, einen

delis natio, missa ab iratis diis in dulcissimae pacis detrimentum, in poenam, quae eheu! perpetrauimus, scelerum. Sed vtique 7) hanc vbi vobis expenderimus, dii, gentem nostram, non hostibus quam nobis aequiores, vlciscemini!

Videbatur ad has voces ardere tota concio, ordinesque obeuntes Mars et Bellona 8) furorem pugnandi renouare in animis, quos Mentor lenire satagebat. Atque is 9) redintegrato sermone: Si nudis, inquit, pollicitationibus agerem, 10) esset profecto, quod fidem vestram deberet suspendere. At 11) certa praesentiaque offero. Si 12) Telemacho et me retentis, nondum extra periculum vos esse arbitramini: faciam, vt duodecim ex nobilissimis fortissimisque Cretensium tradantur vobis. Ceterum tunc Idomeneum quoque obsides a vobis aequum est accipere. Neque enim ille, dum sincera fide desiderat pacisci, aut pacem inibit dubiam, aut 13) indignam gradu suo, sed qualem vos 14) contenditis ipsos ambiisse, quam imperauit ratio, et persuasit modestia, non 15) vitae desiderium molliter tranquillae, non tenuitas virium, non quispiam ex futuris belli periculis metus. Paratus est vel vincere vel mori; pacem tamen anteponit vel illustrissimae victoriae. Erubesceret timere, ne succumbat; 16) committere autem timet, quod iniquum:

suchen um seine Freyheit zu bringen. 7) hanc vbi vobis expenderimus, wann wir diese Strafe werden erduldet haben. 8) furorem pugnandi renouare in animis, die Gemüther wieder aufs neue zum Streit aufhetzen. 9) redintegrato sermone, nachdem er wieder angefangen zu reden. 10) esset, quod - suspendere, so hättet ihr Ursach nicht zu trauen. 11) certa -- offero, ich biete euch nichts an / als was gewiß und wirklich vorhanden ist. 12) Telemacho et me retentis, damit daß ihr den Telemach und mich als Geissel behaltet. 13) indignam gradu suo, der seiner Hoheit unanständig wäre. 14) contendere, sagen / behaupten. 15) vita molliter tranquilla, ein weichliches / feiges Leben. 16)

quum: neque erubeſcit, 17) quae admiſſa perperam, corrigere.

CAPVT IV.

Offert pacem, dum arma gerit. Conditiones pacis non ſuperbe 1) obtrudit: parui enim ducit inuitis extorſa foedera. Sed illud optat pacis genus, quod nulli diffidentium partium graue, imponat inuidiae, dolori, et ſuſpicionibus finem. Et ne multis: Eſt Idomeneo ea mens, qualem vos deſideratis illi adeſſe. 2) Cardo rei eſt, vt, quae dixi modo, 3) argumentis confirmem. Quod quidem facile praeſtabo, ſi 4) aequis liberisque animis dicentem audietis.

Agite ergo, fortiſſimi populi, ſapientiſſimi foederatique principes, et, quid Idomenei offeram nomine, habete. Fas non eſt accolarum fines patere Idomeneo; ſed 5) neque ipſum fas eſt patere accolis. Permittit igitur, aditus et firmata turribus itinera 6) a copiis neutrarum partium inſideri. Vos quamquam oriundi ex Graecia, Neſtor et Philoctetes, praeſenti bello reſtitiſtis Idomeneo. Itaque 7) ſuſpicionem ſtudii partium eius nulli mouebitis. 8) Rerum, quae vos in hoc contingunt negotio, ſumma et caput eſt conſulere publicae paci, et

committere, unterfangen, unternehmen. 17) quae admiſſa perperam, corrigere, ſeine Fehler verbeſſern.

(Cap. IV.) 1) obtrudere, aufdringen. 2) cardo rei eſt, es kommt hauptſächlich darauf an. 3) argumentis confirmare, mit Gründen beweiſen. 4) aequis liberisque animis audire, mit willigen, und uneingenommenen Gemüthern anhören. 5) neque- accolis, es iſt auch nicht billig, daß ſeine Gränzen ſeinen Nachbarn offen ſtehen: daß ſeine Nachbar ihn in ſeinen Gränzen überfallen können, wann und wie ſie wollen. 6) a copiis - - inſideri, von neutralen Völkern beſetzet werden. 7) ſuſpicionem - - mouebitis, ihr werdet bey niemand einen Verdacht erwecken, daß ihr zu partheyiſch vor ihn ſeyd. 8) rerum - - caput eſt, es iſt euch

et libertati Hesperiae. Vos igitur dehinc belli caussae, itineribus, praesidebitis. Vestra tanti interest, Salentum, nouellam et vestrarum similem coloniam, ab gentibus Hesperiae non vastari, quantum arma vestra se opponerent per nefas vicinorum terras opprimenti Idomeneo. Ad neutrum inclinabitis amplius, sed 9) vtrique vos aequali momento impertiemini. Cauete armis obruere gentem tanto vobis opere diligendam. Imo 10) sequestros vos et conciliatores, vnde regum laus et decus petitur, praestate. At enim 11) portentum vobis videbitur, certos esse, a pactis non recessurum Idomeneum. Ego vero id, quod requiritis, ita luculenter ostendam, vt audisse nemo vestrum sit futurus, quem paeniteat.

CAPVT V.

1) Securitatem vtriusque partis, de quibus ante dixi, obsides defendent, ad suos non reuersuri prius, quam faucium angustias intraueritis custodiendas. Numquid aliud vobis in potestate libet habere praeter salutem Hesperiae, Salenti, et ipsius Idomenei? ecquid metuetis inposterum? anne vobis diffidetis ipsi? 2) Idomenei fidem censetis recusandam, 3) qui ne custodes quidem capitis sui habere vos timet, tantum abest, vt velit decipere. Quid? quod et quietem et vitam, et libertatem

 suam

hauptsächlich darum zu thun. 9) vtrique -- impertiemini, es wird euch beydes gleich viel angelegen seyn. 10) sequestrum se et conciliatorem praestare, Mediateur, Mittler seyn. 11) portentum -- esse, es wird euch das selzam vorkommen, daß ihr euch sollet versichert halten.

(Cap. V.) 1) securitatem -- defendent, die Geissel die von beyden Theilen gegeben werden, müssen zur Sicherheit, Versicherung dienen. 2) Idomenei -- recusandam, was habt ihr an des Idomenei Treue weiter auszusetzen. 3) qui ne -- timet, der sich nicht scheuet, euch anzuvertrauen.

ſuam ſuorumque in veſtras tradet manus. Quodſi bona fide ad vtilem pacem aſpiratis, ecce haec ipſa ſeſe et ita ſiſtit, vt repellendae eius ratio vobis ſane nulla relinquatur. Repeto: ad offerendas huiusmodi conditiones pacis nullus Idomeneum metus incitat. Aliud credite. Sola ratio iuſtitiaque 4) hoc decretum animo eius perſuaſit, 5) perinde vtique habentis, pro imbecillitatis argumento, quae ſtudio virtutis agit, ſumi. Sunt, quae peccauit initio. At gloriae ducit ſibi, oblata vobis optione ineundi pacti errores ſuos agnoſcere. Eſt ſane abiecti, vani, ſuaeque penitus ſalutis ignari animi, ſperare, delicta pertinaci ſuperbaque poſſe defenſione tegi. At erroris apud hoſtem confeſſio, eiusque reparandi promtum deſiderium declarant, fieri deinceps non poſſe, vt errare quis velit, 6) nihilque eſſe, quod hoſtis recuſata pace ex tanta et ſana agendi conſtantia non metuat. Itaque conſulite vobis; 7) nec reos iniquitatis vos Idomeneo date. 8) Praeſto pax, praeſto aequitas. Neutram reiicietis impune. Enimuero accipiet tunc Idomeneus manifeſtum aduerſum vos ab aſtris auxilium, quae ne offenderet, ipſe haud immerito verebatur. Ad Telemachum et me quod attinet, 9) pro iuſta cauſſa ſtabimus. Ego vero ſuperos inferosque omnes aequiſſimarum conditionum, quas vobis propoſui, teſtes imploro.

Haec elocutus Mentor oliuae ramum, ſignum pacis, ſublatum manu oſtendit. 10) Caeleſtem tunc ignem oculi eius iaculari viſi, quo perſtricti duces ſtupe-

4) hoc -- perſuaſit, hat ihn zu dieſem Entſchluß gebracht / bewogen. 5) perinde habet, es gilt ihm gleich viel. 6) nihil eſt quod hoſtis non metuat, der Feind hat Urſach / ſich des äuſſerſten zu beförchten. 7) nec reos -- date, gebet nicht zu / daß euch Idomeneus hinwiederum einer Ungerechtigkeit beſchuldigen könne. 8) praeſto pax, es wird euch Frieden anerboten. 9) pro iuſta cauſa ſtare, es mit der gerechten Partie halten. 10) caeleſtem - - viſi, es

ſtupebant. Tantaque fuit ſpecie maieſtatis, vt, 11) quidquid in ſemideis adorat mortalitas, infra dignitatem eius comparationemque extiterit. 12) Rapiebant animos verba, ex ipſa 13) dulci lenitate, qua proferebantur, vim ingentem conſecuta, qualem ſcilicet illae habent 14) vocum praeſtigiae, quibus in Olympo 15) inter concubiae noctis ſilentia lunae ſtellarumque curſus, 16) rabies irati maris, procellarum violentia, 17) aquarum torrentium praeceps fuga momento temporis reprimitur.

CAPVT VI.

Potuiſſet Mentor inter 1) furentes belli aeſtu populos Libero patri par credi, 2) in tigridum verſanti corona, quae oblitae feritatis ſuae, atque ad diuinae dulcedinem vocis coeuntes, 3) innoxiaque lingua demulcentes pedes inter id genus blandimenta ſubiecere ſe numini. Quippe et altiſſimum ſilentium confeſtim conſecutum eſt, et duces 4) reſpectantes inter ſe non reſiſtere viro, non, quis eſſet, complecti animo potuere. 5) Armati fixi eodem veſtigio detinebantur in eius vultu, muſſitare non auſi, ne, ſi quid homini reſtaret dicendum.

ſtrahlte ein göttliches Licht aus ſeinen Augen. 11) quidquid -- extitit, was ſonſt die Menſchen prächtiges an denen Helden verehren/ kommt ſeinem Anſehen doch bey weitem nicht gleich. 12) rapiunt verba animos, die Worte nehmen die Gemüther gänzlich ein. 13) dulcis lenitas verborum, die Anmuth/ womit die Worte vorgetragen werden. 14) vocum praeſtigiae, bezaubernde/ kräftige Worte. 15) inter -- ſilentia, bey ſtiller Nacht. 16) rabies irati maris, das Toben des ſtürmenden Meers. 17) aquarum -- fuga, das heftige Anlaufen der Flüſſe.

(Cap. VI.) 1) furentes belli aeſtu populi, vor Begierde nach Krieg raſende Völker. 2) in tigridum verſari corona, mit Tiegerthieren rings umgeben ſeyn. 3) innoxia lingua demulcere pedes, ohne Schaden zu thun/ die Füſſe lecken. 4) reſpectare inter ſe, ſich untereinander anſehen. 5) ar-

dum; sono strepituue 6) interciperent. Et quamquam dictis eius nihil videbatur posse adiungi, 7) longiorem tamen ab eo sermonem aures requirebant. Vox nulla praetermissa ab audientibus, 8) nulla in animos non impressa fideliter. Et quis dicenti aut non fauere potuit, aut non assentiri, cum 9) minutissimas etiam voces senilis facundiae ambabus auribus et vnice captaret praesentium auiditas! Tandem satis 10) diuturnum silentium lenior soluebat fremitus, sensim serpens, diuersusque ab illis ante confusis vocibus 11) indignatione frendentis militis, et lenissimo sono, 12) quali beneuoli animi assueuere, 13) peruadens auram. 14) Facies explicari liquidissima mansuetudine: 15) arma efferatis Manduriis vna cum dolore effluere: Lacedaemonii cum Phalante suo admirari 16) adeo emollitum rigorem sui ad inimicitias obstinati animi: deposci publico ceterorum suspirio oblatae pacis felicitas. Philoctetes, multa malorum experientia facilior ad motum, lacrimas tenere non potuit. Nestor 17) in

mati -- vultu, die Soldaten stunden auf einem Platz stille/ und hatten ihre Augen unverruckt auf ihn gewandt. 6) intercipere, sich hindern am hören/ überhören. 7) longiorem -- requirebant, so wünschten sie doch/ daß er mehr reden/ und sie also ihm länger zuhören dörften. 8) nulla -- fideliter, sie haben alle Worte tief zu Herzen genommen. 9) minutissimas -- auiditas, alle Anwesende fasseten auch das geringste Wort/ das dem vortreflichen Alten aus seinem beredten Mund gienge/ mit gröster Begierde auf. 10) diuturnum -- fremitus, auf das lange Stillschweigen folgte ein sanftes Gemurmel. 11) indignatione frendens miles, die vor Unwillen rasende Soldaten. 12) quali -- assueuere, der ein Anzeigen günstiger Gemüther ist. 13) peruadere auram, sich in die Luft ausbreiten. 14) facies -- mansuetudine, ihre Angesichter wurden wieder ganz heiter/ und liebreich. 15) arma -- effluere, die Mandurier legten zugleich mit der Erbitterung ihre Waffen ab. 16) adeo -- animi, daß die Härtigkeit ihres so sehr erbittert gewesenen Gemüths auf einmal so sehr erweichet worden. 17) in tener-

in tenerrimos Mentoris amplexus ibat, sermone illius mirum in modum affectus. 18) Omnium vox erat quasi dato emissa signo: Eripis arma nobis, prudentissime senex. Pacem, pacem deposcimus, flagitamus.

19) Sermonem deinde Nestor moliebatur. Sed obstitere socii omnes iam non patientes morae, veriti, 20) ne futurae paci minus amica diceret. Vnde 21) reditum ad clamorem, quo pacem semel iterumque efflagitauerant. Neque silentium impetrari a concione potuit, nisi praefectis ducibusque vna voce, vna mente conclamantibus. At Nestor videns, sibi liberum non esse 22) oratione cohaerente iunctaque vti, haud censuit reluctandum. Vnde: Vides Mentor, inquit, oratio probi viri quid possit. Omnium 23) aestus affectionum impetusque sapientiae et virtutis compescit facundia. Nostra omnium eaque haud iniqua indignatio, 24) obfirmatus item ad pugnandum ardor animi ecce! 25) transit in amicitiam aeternaeque pacis desiderium. Iis, quas tulisti, conditionibus pacem accipimus. Haec referente Nestore copiarum duces 26) assensum porrectis, velut stipulaturi, manibus explicauere.

rimos alicuius amplexus ire, einen auf das zärtlichste umarmen. 18) omnium - - signo, sie schrien alle auf einmal gleich als ob man ihnen ein Zeichen hierzu gegeben. 19) sermonem moliri, reden wollen. 20) ne futurae - - diceret, er möchte einige Schwierigkeit an dem vorsenenden Frieden machen. 21) reditum ad clamorem, sie fiengen wieder an zu schreyen. 22) oratione cohaerente iunctaque vti, eine an einander hangende Rede halten. 23) aestus affectionum, impetusque, heftige Begierden / Bewegungen. 24) obfirmatus ad pugnandum ardor animi, die fest vorgehabte Lust zu streiten. 25) transire in amicitiam, sich in Freundschaft verkehren. 26) assensum explicare, seinen Beyfall zu erkennen geben.

CAPVT VII.

Post haec Mentor cum festinatione ad Salenti portam regreditur, moniturus Idomeneum, vt ea aperta procederet sine metu. Quae dum fiunt a Mentore, Nestor inter suspiria Telemachum amplexu petit: 1) Ah viri inter Graecos facile sapientissimi cara progenies! 2) vtinam illi aequalis sapientia, fato dissimilis sis! 3) adhuc dum inutiliter de eo scitatus es certiora? Memoria patris tui, cuius viua imago es, 4) dolorem nostrum sopiuit. Phalantes quoque, tametsi 5) aspero difficilique vir ingenio, et quamquam Vlyssem numquam viderat, mouebatur tamen illius filiique malis. Et iamiam 6) haec ex eo vt audirent, rogauerant Telemachum: cum Mentor pone Idomeneum reuertitur, insequente vniuerso Cretensium eoque egregiae iuuentutis agmine.

Hic conspecto Idomeneo 7) nitebatur recrudescere sopitus dolor. Sed Mentoris vox 8) suppressit iam erupturos impetus: Quid moramur, exclamat, sancire foedus sanctissimum, cuius testes et vindices erunt dii? vlciscantur isti, si quis infringere improbus illud sustineat. 9) Salui sint et integri, qui persistent in fide. Contra 10) quidquid calamitosum

(Cap. VII.) 1) Ah viri -- progenies. O! lieber Sohn des weisesten unter den Griechen. 2) vtinam -- sis. GOtt gebe, daß du ihme an Weisheit, nicht aber in den Schicksalen gleich seyest. 3) adhuc dum -- certiora? hast du noch nichts gewisses von ihm können innen werden? 4) dolorem alicuius sopire. eines unwillen stillen. 5) aspero difficilique vir ingenio. ein harter Mann. 6) haec -- audirent. daß er es ihnen erzehlen möchte. 7) nititur recrudescere sopitus dolor. der gestillte unmuth will wieder neu werden: der Zorn aufs neue entbrennen. 8) supprimere iam erupturos impetus. das glimmende Feuer gleich wieder ersticken: den unwillen alsbald wieder dämpfen, ehe er ausbricht. 9) salui sint et integri. denen müsse es wol gehen. 10)

sum formidandumque ferunt bella, incidat in ambitiosum perfidumque caput, quod tam 11) solennis pacti religionem profanauerit. Diis et hominibus exosum sit, 12) expersque semper fructuum sacrilegae defectionis. 13) Ruat in desperationem, in rabiem, praeceps furiarum imaginibus, futuris acutissimae formidini. 14) Cadauer tumulo careat, praeda canum volatiliumque bestiarum. Ruat 15) infelix vmbra in infimas abyssos tartari 16) aeternis suppliciis, illisque Tantali et Ixionis et Danaidum immanioribus excrucianda. Contra 17) Atlanteae rupis, quae astra suffulcit, hanc pacem fulciat stabilitas. Hanc colat, quae hic pacifcuntur, gentium fides, eiusque fructus 18) in alias atque alias propagines transfundat. 19) Volent nomina eorum, qui interposito iureiurando foederi huic se adiungent, per ora vltimae atque in suam ipsorum caritatem reuerentiamque effusae posteritatis. Esto haec pax, cuius fundamentum iustitia, robur fides: esto exemplum, inquam, omnium foederum, quae futurus pacifcetur orbis. Et si qua gens 20) salutem quaerere constituit ex reparata amicitia, nulla

quidquid - - incidat, alles unglück und uebel des Kriegs müsse treffen 2c. 11) solennis pacti religionem violare, einen so heiligen Bund brechen. 12) expers - - defectionis, seine Untreue/ Bundbrüchigkeit/ müsse ihm nichts nutzen. 13) ruat - - formidini, die Schreckens-volle Bilder der Furien müssen ihn in Verzweiflung und Raserey stürzen. 14) cadauer tumulo careat, sein Leichnam müsse unbegraben liegen. 15) infelix vmbra, sein unglückseliger Geist. 16) aeternis suppliciis, illisque immanioribus excruciari, ewig/ und viel härter gepeinigt werden. 17) Atlanteae rupis stabilitas hanc pacem suffulciat, dieser Friede müsse so fest stehen/ als der Atlas. 18) in alias atque alias propagines, von Kind zu Kindes-Kind. 19) volent - - posteritatis, es müssen die Namen deren/ die diesen Bund hier beschwören/ bey der spaten Nachkommenschaft/ die sie lieben und verehren wird/ bekannt werden. 20) salutem quaerere ex reparata amicitia, sich durch wieder hergestellte Freundschaft glück-

vmquam fit, quae Hesperiae 21) sibi populos non arbitretur imitandos. Secundum has Mentoris diras 22) precesque iuratum in supra memoratas conditiones pacis. Vtrinque obsides duodecim dati. Inter illos, quos Idomeneus dabat, Telemachus esse voluit; id quod Mentori non permittebatur, petentibus sociis, vt adesset Idomeneo, et facta eius consiliaque omnia, dum promissis conuentisque plane satisfactum esset, 23) praestare posset. Locus sacrificiis inter vrbem exercitumque destinatus. Caedebantur centum iuuencae; iuuenci eodem numero. Victimarum 24) color proximus integerrimae niui; 25) auro incrustata cornua, ornataque 26) floribus in spirae circumeuntibus modum. Penetrabat horribili mugitu in proximos montes, cum 27) sacro cultro icebatur, pecus. 28) Quoquouersum surgebat euolutus vapor manantis exsecta gula sanguinis. 29) Vina non vulgaria, non modica libationibus effusa. Consulebant palpitantia etiamdum exta aruspices, 30) incensisque odoribus excitabant nubem, cuius 31) suauitas omni agro afflabatur.

CA-

sich machen. 21) sibi aliquem arbitrari imitandum, sich einen zum Muster vorstellen, auslesen. 22) preces, Wünsche. 23) praestare facta et consilia alicuius, vor eines unternehmungen und Anschläge Garantie leisten. 24) color -- niui, so weis als Schnee. 25) auro incrustatus, übergüldt. 26) flores in spirae modum coeuntes, Kränze von Blumen. 27) sacro cultro icere pecus, das Vieh mit geheiligten Messern zum Opfer schlachten. 28) quoquouersum - sanguinis, der Dampf von dem herabfliessenden Blut der Thiere, denen der Hals abgeschnitten worden, stieg überall in die Höhe. 29) vina libationibus effundere, Wein zum Opfer ausgiessen. 30) incensis odoribus nubem excitare, des Rauchwerks so viel anzünden, daß es sich wie eine dicke Wolke ausbreitet. 31) suauitas odorum omni agro afflatur, man riecht das Rauchwerk auf dem ganzen Feld.

CAPVT VIII.

Interea vtriusque partis bellatores depofita acerbitate animi beneuole fefe refpicere, 1) mutuisque fermonibus coeperant euentus fuos referre. Iamque 2) abfterfis belli moleftiis dulces ex pace fructus 3) praecipiebant. Qui vna cum Idomeneo Troianae expeditioni interfuerunt, plerique agnofcebant militem, qui duce Neftore bellauerat in Phrygia. Ibant ergo in amiciffimos amplexus, mutuo fibi referentes, quidquid a vaftata vrbe totius Afiae facile ornatiffima ipfis contigerat. Dehinc 4) effufi in gramen, coronabantur alterna humanitate floribus, vinaque combibebant, quae grandioribus vafis apportabant oppidani ad 5) celebranda tam bonae lucis aufpicia.

Dum haec apud gregarium: continuo Mentor: 6) Erit deinceps, reges fociatique duces copiarum, inquit, vt diuerfa nomina diuerfique principes vnum duntaxat componant populum. 7) Hoc videlicet amor mortalium perfuadet diis, vt, quos condidere, eos aeterno amicitiae vinculo cupiant coniungi. Familia et ftirps vnica vniuerfum genus humanum eft, per totius orbis diffufa fuperficiem. Omnes populi fratres funt, fraternumque amorem debent fibi. Vae fceleftis, per fratrum fuorum fanguinem, qui tamen fuus ipforum eft, 8) grasfantibus ad crudelem gloriam! fubinde quidem bella vitari non pos-

funt.

(Cap. VIII.) 1) mutuis fermonibus euentus fuos referre, einander ihre Schickfale erzehlen. 2) abftergere belli moleftias, fich von den Unruhen des Kriegs erholen. 3) praecipere, fchon zum voraus empfinden. 4) effufi -- floribus, fie legten fich auf das Graß/ und kränzeten einander mit Blumen. 5) celebrare bonae lucis aufpicia, einen frölichen/ glücklichen Tag feyren. 6) erit deinceps vt &c. hinfüro werden &c. 7) hoc amor -- diis, darzu hat die Liebe gegen die Menfchen die Götter bewogen. 8) graffari per fangui-

ſunt. At hoc ipſum mortalibus turpe eſt, ſubinde vitari non poſſe. Nolite, reges, nolite aſſerere, ad acquirendum nomen expetenda bella. 9) Veri nominis dignitas gignitur intra humanae limites naturae, cuius ſi quis per ambitionem auerſatur ductus, monſtrum ſuperbiae, non homo eſt. 10) Teruncii erit, quamcunque ita conſequitur, gloria. Honorem, qui futilis non ſit, ſola clementia et manſuetudo conciliat. Poteſt quidem adſentatiunculis titillari huius hominis vanitas, tam 11) peruerſe tendentis ad ſublimia; clam autem, et cum nulla ſubeſt adulatio, ita de illo exiſtimabitur: Tanto minus commeritus eſt gloriae, quo prenſauit eum iniquius. Merito contemnitur hic contemtor hominum, quorum ſanguinem inſana cupiditate prodigit. At felix me hercle rex eſt, qui populum ſuum amat et amatur; cui nec ſuſpecti accolae, qui nec ipſe accolis ſuſpectus eſt, quibusque 12) adeo nullum excitat armatum diſſidium, vt etiam agat cum cura, ne inter ſe ipſi diffideant; qui denique eum ſe praeſtat in imperio, cui ſubeſſe ab exteris cenſeatur felicitas. Vos igitur hoc agite, vt ſubinde celebretis conuentus; vos, inquam, qui potentiſſimis Heſperiae vrbibus dominamini. 13) Tertio quoque anno habetote comitia, quibus omnes nunc praeſentes reges intererunt, ad 14) roborandam nouo ſacramento fidem, muniendam amicitiam, 15) ſociandaque patriae

nem ad gloriam, durch Blutvergieſſen Ruhm ſuchen. 9) veri - - naturae, der wahre Ruhm wird nicht anders erlangt / als wann man in den Schranken der Menſchheit bleibet. 10) teruncii eſt haec gloria, das iſt ein nichtswürdiger Ruhm. 11) peruerſe tendere ad ſublimia, auf eine verkehrte Weiſe nach hohen Dingen ſtreben. 12) adeo nullum - - diſſidium, er iſt ſo weit entfernet / ſie durch Krieg in unruh zu ſetzen. 13) tertio quoque anno habere comitia, alle drey Jahr einen Reichs-Tag halten. 14) roborare nouo ſacramento fidem, den Bund aufs neue beſchwören / bekräftigen. 15) ſociare patriae ſalutis conſilia, ſich ge-

patriae salutis consilia. Concordia vos in opulentis hisce regnis tranquillos, illustres, copiosos; foris reddet inuictos. Per solam discordiam, ad affligendos homines 16) missum ab inferis flagellum, exstingui potest, quae vobis parata a diis felicitas.

CAPVT IX.

Respondit ad hoc Nestor: Dum vtraque manu pacem amplectimur, longe vtique abesse a nobis intelligitis, vt ad capessenda arma nos aut gloria bellandi, aut nominis cum finitimorum detrimento illustrandi iniqua impellat cupiditas. Verum enim 1) quid ages, accolam grauem et violentum nactus, 2) cui vicem legis praestat vna commodi sui ratio? Qui 3) alienas in possessiones, quantum potest, inuolat? Absit, vt haec de Idomeneo putetis dici. Desiui iam in hac eum ponere suspicione. Adrastum puto. Dauniorum is rex est, 4) communis omnium, et extrema illaturus hostis. Deos habet ludibrio, 5) humanum autem genus eo demum loco, vt persuaserit sibi, natum illud esse, ad suam ipsius gloriam seruitute propagandam. Non optat populum, cuius rex et pater ipse sit. Caelestium honores conferri sibi iubet, impios conatus eius adiuuante fortuna. Ad Salentum expugnandum cum festinatione ideo duntaxat sumus profecti, vt, su-

meinschaftlich über das Wol des Vaterlands berathschlagen. 16) missum ab inferis flagellum, die Peitsche die aus der Höllen ihren ursprung hat.

(Cap. IX.) 1) quid ages, wie kan man ihm anders thun/ was will man machen? 2) cui vicem -- ratio, der allein sein Interesse zu seinem Gesetz macht. 3) alienas in possessiones inuolare, fremde Staaten gewalttbätiger Weise anfallen. 4) communis -- hostis, der unser aller gemeinschaftlicher Feind/ und von dem wir das äusserste zu befürchten haben. 5) humanum genus eo demum habet loco,

ſuperato hoſte minimarum virium, et 6) qui ſuas huc breui abhinc tempore transtuliſſet ſedes, potentiori illi obuerteremus arma. Atque is quidem plures iam vrbes ſociorum tenet: Crotoniatas praelio bis vicit: 7) aliter atque aliter famulatur ambitioni ſuae: 8) perinde habet, ſeu vi hoſtem opprimat, ſeu dolo: ingentes opes corraſit cum auaritia: 9) miles, quem ſub ſignis habet, patiens eſt diſciplinae, et ſciens belli: duces quoque ſatis periti. Ipſi vero 10) regi ſollicitam operam nauant ſui; 11) quippe pertinaci cura obſeruanti peragentes, quae ab ipſo praecepta ſunt. Delicta etiam leuiora non punit acrius, quam liberalius remuneratur obſequia. Vt fortis eſt, ita 12) ex vigore eius valentes copiae. Nae is exemplar imperandi ſit, ſi 13) eorum, quae agit, rationem a iuſtitia et fidelitate requireret. Atqui nec deos 14) timet, nec multantem conſcientiam. Ipſa adeo fama boni nominis 15) caſſa nuce ei vilior eſt, nec pulcrior inani ſpectro, quo imbelles duntaxat coerceantur animi. Diuitiis affluere, timeri, 16) ſtare in ceruicibus humani generis, vera ſolidaque ipſi bona ſunt. Vide-

er ſieht das menſchliche Geſchlecht nur ſo an. 6) qui ſuas -- ſedes, der ſich erſt vor kurzem hier niedergelaſſen. 7) aliter -- ſuae, er bedient ſich aller Arten/ um nur ſeinen Ehrgeitz zu ſättigen. 8) perinde habet, ſeu-ſeu, es iſt ihm eines/ ob-oder. 9) miles -- diſciplinae, ſeine Soldaten die er hat/ ſind wol diſciplinirt. 10) ſolicitam operam regi nauant ſui, ſeine Bediente dienen dem König ſehr gefliſſen. 11) quippe -- peragentes, als der beſtändig genau acht hat auf die/ welche ausrichten. 12) ex vigore -- copiae, durch ſeine Lebhaftigkeit werden auch ſeine Völker angefriſchet. 13) eorum -- requirit, er richtet ſeine Handlungen nach der Gerechtigkeit und Treue ein: er ſetzt die Gerechtigkeit und Treue zum Regel-Maß ſeiner Handlungen. 14) multantem conſcientiam timere, die Beſtrafungen ſeines Gewiſſens förchten. 15) caſſa nuce vilior ei eſt, es iſt ihm was ſehr geringes. 16) ſtare -- generis,


Videbimus propediem militem eius 17) in regnorum nostrorum visceribus, et 18) nisi pares nos faciat tot gentium foedus depellendae iniuriae, desperauimus libertatem. Et nostra et Idomenei interest propulsare a ceruicibus hunc hominem, vicinorum omnium libertati inimicum. Nobis acie victis, idem Salento minitabitur discrimen. 19) Maturemus igitur praeuertendi mali viam. Dum haec disputantur a Nestore, processere ad vrbem. Inuitauerat enim reges et nobilissimos ducum Idomenei humanitas, officiose rogantis, vt illuc secum pernoctaturi concederent.

Finis Libri Vndecimi.

FA-

allen Menschen auf die Köpfe treten. 17) in visceribus regni, in dem innersten des Reichs. 18) nisi - - iniuriae, wo wir uns nicht durch allgemeine Verbindung in den Stand setzen, seine Gewalt abzutreiben. 19) maturemus - - viam, laßt uns daher schleunig ein Mittel suchen, dem Uebel vorzukommen.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER DVODECIMVS.

CAPVT I.



Iamque 1) tabernacula collocabat foederatorum exercitus, 2) velaque tum pretio, tum colorum varietate conſpicua intendebat, 3) opportunum futurae poſt moleſtias quietis auxilium. Vrbem ingreſſi hoſpites mirabantur magnopere,

(Cap. I.) 1) tabernacula collocare, Gezelte aufſchlagen. 2) vela - - intendere, die Zelte mit koſtbaren und bunten Decken überziehen. 3) opportunum - - auxilium, daß ſie nach überſtandenen Fatiquen bequem darunter ruhen möch-

pere, tantillo tēmpore 4) aedificia hoc numero luxuque potuisse educi, et ne bellum quidem tanti apparatus incremento 5) adolescentis coloniae 6) festinatoque nitori eius obstitisse.

Coeperat hospitibus 7) stupori esse Idomenei sollicita sapientia; auctorque regni tantae spei et iam socius, credebatur augere posse, quantum satis esset, foederatorum vires, 8) si accederet pugnaturis cum Dauniis. Suadetur itaque Idomeneo, vna coiret in foedus, et ille 9) tam aequa petentibus reluctari se non debere ratus, promittit militem. At Mentor vt non erat rudis eorum, 10) quibus regnorum ortus alerentur, ita facile intellexit, Idomenei 11) potentiam vero maiorem credi. Ergo 12) seductum eum sic affatus est.

13) E re tua vides, inquit, fuisse, quae cum cura praestitimus tibi. 14) Triumphat Salentum ereptum instanti periculo. 15) Tuae nunc opis est, decus et laudem huius ciuitatis caelo, te Minoi, cuius nepos es, gubernandis populis aequare. Libere tecum rursus ago, quoniam pro certo assumo, id amari a te, nihilque praeter verum peti. Ego, luxum tuum magnificentiamque demirantibus regibus, 16) tuam

ten. 4) educere aedificia magno luxu, prächtige Gebäude aufführen / zum Stande bringen. 5) adolescens colonia, neue Pflanzstatt. 6) festinatus nitor, bald / schleunig zum Stand gebrachter Schmuck. 7) hoc ei stupori est, er bewundert dieses. 8) si - - Dauniis, wann er sich mit ihnen in dem Krieg mit den Dauniern in den Bund einliesse. 9) tam aequa petenti tibi non reluctari debeo, ich kan dir in einem so billigen Begehren nicht entstehen. 10) quibus - - alerentur, wordurch der Wachsthum eines angehenden Reichs befördert würde. 11) potentiam alicuius vero maiorem credere, eines Macht vor grösser halten / als sie ist. 12) seducere aliquem, einen beyseit führen / besonders nehmen. 13) e re tua fuit, es ist dir verträglich gewesen. 14) triumphat - - periculo, Salent ist nun glücklich der Gefahr entgangen. 15) tuae nunc opis est, es liegt jetzt an dir. 16) tuam - - perpendebam, ich überlegte deine Ver-

tuam temere agentis vecordiam mecum perpendebam.

17) Mutauit rex vultum, vecordiae prolato vocabulo: 18) micabant confusi oculi: 19) genarum laetitiae intercedebat importunus rubor. 20) Proximum erat, vt impedito hospitis sermone ostenderet, eum dixisse, quae displicerent. At Mentor 21) libero vocis sono, citra importunitatem et contemtionis notam, aucto: 22) Offendit te, vt video, vecordiae nomen, quo si quis praeter Mentorem vtatur, 23) culpae dabo. Reuerenter quippe agendum cum regibus, cauendumque, ne vel reprehensio 24) moueat eorum delicatum fastidium: cum ipsa veritas, 25) etiam non accedente ex verbis pondere, sat iisdem grauis sit. Ego vero credidi, non fore, vt moleste me ferres, ad patefaciendos errores tuos, si 26) scapham scapham dicerem. Propositum mihi fuit, aures tuas propriis rerum vocabulis assuefacere, tibique persuadere, cum de vita et moribus tuis consulueris alios, 27) te numquam respondentem cogitationi responsionem auditurum. Quam ob rem necesse est, vt, ni velis decipi,

wegenheit/ unbesonnenheit/ im Thun bey mir. 17) mutare, seine Gesichts-Gestalt ganz ändern: ein ander Gesicht machen. 18) micant confusi oculi, die Augen sind ganz verstellt und feurig. 19) genarum--rubor, die so freundliche Wangen entfärbten sich in eine heftige Röthe. 20) proximum--ostenderet, es fehlte wenig/ daß er nicht den Gast hiesse schweigen/ und ihme zeigte. 21) libero--notam, mit einem freyen Ton/ doch ohne Ungestümm und Beyseitsetzung des Respects. 22) offendit te hoc nomen, dieser Nam/ dieses Wort/ verdrüßt dich. 23) culpae dabo, ich würde ihn selbst bestrafen. 24) mouere alicuius delicatum fastidium, einen der ohnehin leicht aufgebracht werden kan/ (empfindlich ist/) vor den Kopf stossen. 25) etiam --pondere, wann auch gleich keine harte Worte darzu kommen: auch ohne harte Ausdrücke. 26) scapham scapham dicere, die Sache mit dem eigentlichen Namen benennen. 27) te numquam--auditurum, sie dir niemal aufrichtig her-

cipi, 28) vltra responsi terminos progressus animo, semper amplius, quam sit de re tibi iniucunda dictum, percipias. Ad me quod attinet, lenior, si ita vis, ero. Ceterum expedit, hominem esse, qui 29) sordido rerum suarum studio liber 30) perspectaeque beneuolentiae, remotis arbitris tecum agat durius. Et tum quidem 31) istius hominis genere dicendi praeter ipsum vtetur nemo: sed 32) neque aliud praeter semissem veritatis eumque splendidissimis dissimulatum fucis accipies.

CAPVT II.

His vocibus, 1) iam compresso priore impetu, in ruborem datus rex, quod vellet adeo caute et considerate secum agi, ad Mentorem: Vides, inquit, adulatoribus quid sit assueuisse. Ego regni mei salutem in acceptis tibi refero. 2) Incrementum felicitatis, quoties ex te verum, accipio. Sed commiserare regem, quem 3) veneficium peruertit adulationis, et 4) cuius nec infelicitas reperire potuit audacter veridicum. Non potuit, inquam. Neque enim vmquam reperi, 5) cui tanti fuerim

aus sagen werden, was sie von dir gedenken. 28) vltra responsi terminos progredi animo, in seinen Gedanken immer weiter gehen, als in der Antwort enthalten war. 29) sordido rerum studio liber, uninteressirt. 30) perspectae beneuolentiae, von dem bekannt, daß er es gut mit dir meyne. 31) istius -- nemo, es wird sonst niemand sich unterstehen, also mit dir zu sprechen. 32) neque aliud -- accipies, du wirst auch die Wahrheit nur halb, und zwar nur unter verblümten Worten versteckt, einzusehen bekommen. (Cap. II.) 1) iam compresso priore impetu, nachdem er sich von seiner vorigen Uebereilung schon erholet hatte: ihm die vorige Hitze schon vergangen war. 2) incrementum -- accipio, je glücklicher werde ich, je öfter ich die Wahrheit von dir höre. 3) veneficium adulationis, die verderbliche Schmeicheley. 4) cuius nec -- veridicum, der auch darbey so unglücklich, daß er keinen finden konnte, der ihm die Wahrheit keck sagte. 5) cui tanti fuerim,

fuerim, vt in offensam meam, quam 6) in culpam palliatae veritatis maluerit incurrere.

Haec quidem rex fluentibus lacrimis, et cum amicissimo salubria monentis amplexu. Tum Mentor: Quam velim, rex, inquit, tractare te mitius. Sed qui possit fieri, vt verum te mala fide Mentor celet? 7) Finge, te esse, qui ego sum; in fraudem si es deductus, 8) ipse praebuisti manum, auersatus, a quibus dabatur simplex consilium. Num quaesiuisti 9) viros, rebus suis nihil iniquae nauantes operae, et omnino audaces 10) sententiae obloqui tuae? num cohortabaris ad ferendum iudicium homines 11) nihil amicitiae tuae, nihil commodi studiosos sui, nihilque trepidos damnandi, quae 12) appetebas praeter rationis suffragium? amouistine aut suspectos habuisti, quorum manifesta tibi erat virtutis simulatio? Aliud agebas sane; neque illud, quod agunt, quos dignos cognitione veri veritatis amor facit. Age, experiamur, an nunc saltem ita 13) in potestate habeas animum, vt simplicissimo veritatis aduersum te iudicio non moueare.

Afferebam paulo ante, digna vituperio esse, quae tantam admirationem tibi conciliant. Dum 14) tanti hostilium armorum apparatus foris strepunt tibi, dum

der mich so hoch gehalten / so weit geliebet hätte. 6) in culpam palliatae veritatis incurrere, sich die Schuld zuziehen / daß man die Wahrheit nicht aufrichtig begehre heraus zu sagen; hinterhalten habe. 7) finge te esse eum, qui ego sum, setze dich an meine Stelle / an meinen Platz. 8) ipse praebuisti manum, du hast selbst Gelegenheit darzu gegeben / darzu geholfen. 9) viri rebus - - operae, Männer die in nichts auf ihr eigen Interesse gesehen / ganz uninteressirt 10) sententiae alicuius obloqui, einem widersprechen / Gegenpart halten. 11) nihil - - sui, ohne auf deine Freundschaft / oder ihren Nutzen zu sehen. 12) praeter rationis suffragium appetere aliquid, etwas wider die Vernunft / unvernünftiges begehren. 13) in potestate habere animum, Meister über sein Gemüth seyn / sein Gemüth beherrschen können. 14) tanti - - tibi, da die Feinde sich mit so groser

dum regno tuo adhuc tenui, inopi, sterili 15) paratur exitium: tu 16) intra nascentis oppidi ambitum in 17) condendis aedificiis ad inuidiam magnificis totam consumebas operam. Hoc est, quod tot 18) implacidas, vt fatebaris, et insomnes tibi creauit noctes. Hoc est, quod 19) aerarium priuauit nummis; te non curante, vt aut propagares tuum populum, aut coleres 20) hanc mari adiunctam tantasque opes promittentem glebam. Quae duae res nonne totidem 21) bases et fundamenta tibi debuissent esse, quibus tota potentiae tuae inniteretur moles? Nonne prouidere debueras, vt bonis abundares ciuibus et bene cultis agris, ex quibus aleres tuos? His autem initiis opus erat diuturna pace, quibus iuuarentur incrementa amplificandi populi. Opus erat praeterea, 22) vnice ad subigendam glebam, constituendasque optimas leges incumbere. Insana libido gloriae te adduxit in extremum periculum; 23) famaeque illustrandae pertinacia iam 24) iuit perditum, quidquid verae habebas famae. Vide itaque, quamprimum 25) medelam opponas, quod fecisti tibi, vulneri. 26) Moram aedificiis et substructionibus, quas magnificentiores cogitas,

 statue:

Macht zum Krieg wider dich rüsten. 15) parare regno alicuius exitium, eines Reich suchen zu Grund zu richten. 16) intra nascentis oppidi ambitum, innerhalb der neu angelegten Stadt. 17) condere aedificia ad inuidiam magnifica, über die Maß prächtige Gebäude aufführen. 18) implacidas noctes creare alicui, einem unruhige Nächte verursachen / machen. 19) aerarium priuare nummis, die Casse erschöpfen. 20) hanc mari - - glebam, diese Küste / die so fruchtbar zu seyn scheinet. 21) bases et fundamenta, die Grund-Säulen. 22) vnice ad subigendam glebam incumbere, einig und allein auf den Feldbau bedacht seyn. 23) famae illustrandae pertinacia, daß du mit allem Gewalt dir wolltest einen grosen Nahmen machen. 24) ire perditum, verderben. 25) medelam opponere vulneri, den Schaden wieder gut machen. 26) moram aedificiis statuere,

ſtatue: 27) renuncia luxui, peſti futurae nouae coloniae: 28) ſine pacis otio reparari vires ciuium: 29) fac opibus polleant, 30) vt facilior ipſis ſit ad crebra connubia aditus. Memento, ex eo te regem eſſe, quod multis imperas, neque vires tuas metiendas amplitudine regionum, quas occupaturus es, ſed multitudine hominum, quibus in iisdem regionibus dominabere. 31) Eſto, regnum tuum circumſcribant mediocres termini. Quodſi illud copia impleueris hominum, in quibus par ſit induſtria et probitatis et operis: nae tu victorum omnium potentiae, felicitati et gloriae 32) poſt quantaslibet regnorum rerumque publicarum euerſiones 33) haud inuidebis.

CAPVT III.

Quo igitur pacto, Idomeneus rogabat, horum intuitu regùm me geram? Fatebor erraſſe? Vtique neglexi agros: praetermiſi, 1) in orae huius ſitu quantumuis expedita, commercia. 2) Aedificandae ſplendor vrbis totum occu-

mit dein bauen inn halten. 27) renunciare luxui, den übermäſſigen Pracht fahren laſſen. 28) ſine--ciuium, laß deine Burger durch die Ruhe des Friedens ſich mehr erholen. 29) fac opibus polleant, mache/ daß ſie an Vermögen zunehmen/ zu was kommen. 30) vt facilior--aditus, damit ſie deſto leichter Anſtand/ Weg finden ſich zu heurathen. 31) eſto--termini, geſetzt/ daß dein Reich in mittelmäſſige Gränzen einaeſchloſſen/ nicht ſonderlich groß ſeye. 32) poſt quantaslibet -- euerſiones, wann ſie gleich noch ſo viele Länder und Reiche zerſtört haben. 33) haud inuidebis, du wirſt nicht urſach haben ihn zu beneiden: wirſt ihme an Macht nichts nachgeben.

(Cap. III.) 1) in orae--commercia, die Handlung/ welche doch in dieſer Küſte leicht wäre zum Stande zu bringen/ anzurichten geweſen. 2) aedificandae--Idomeneum, ich war von nichts mehr eingenommen/ auf nichts anders bedacht/ als nur die Stadt prächtig genug anzubauen.

occupabat Idomeneum. 3) Meisne igitur laudibus, care hoſpes, ipſe et tot coram regibus labem adſpergam? oſtendam, egiſſe me nullo conſilio? Adſpergam labem, ſi neceſſe ſit, 4) nulla habita ratione obſiſtentis animi. Nimirum didici ex te, vere regi, quoniam non ſibi, ſed populis omnino natus ſit, 5) imperii ſalutem fama ſua habendam eſſe antiquiorem.

Imo hic animus, ita Mentor affirmat, decet dignitatem eius, qui populorum ſit pater. Hic affectus tuus, non pompa ciuitatis tuae oſtendit, habere te animum, quem poſtulat digni regis conditio. Parcendum tamen eſt famae tuae, ne quid inde regni tui patiatur ſalus. Ceterum id mihi committe. Monebo ſine mora reges hoſpites, tibi incumbere, vt Vlyſſi, ſi nondum occiderit, aut certe filio eius imperium Ithacae, eiectis Penelopes procis, recuperes. Et ſane intelligent, mediocribus copiis id confici genus belli non poſſe, ſatisque putabunt eſſe, ſi a te exiguam manum in Adraſtum accipiant.

6) Vidiſſes ad haec verba Idomeneum demta quaſi mole liberius ſpirare. Certe 7) haud alias laetiori vultu: Facis, inquit, amice, 8) celando attenuatas opes, ne haec cum rege ſuo ciuitas vileſcat extraneis. Sed qua ſpecie veri dixerim, ablegatum a me iri, qui Vlyſſem vel certe Vlyſſis filium 9) Ithaciis reſtituant, cum Telemachus 10)

ex

3) meisne laudibus ipſe laudem adſpergam? ſoll ich mich ſelbſt blamiren / verſchimpfen? 4) nulla -- animi, wie ungern ich auch daran komme. 5) imperii ſalutem fama ſua habere antiquiorem, des Reichs Wolfahrt ſeinem eigenen Ruhm vorziehen. 6) vidiſſes -- ſpirare, durch dieſe Rede wurde dem Idomeneo gleichſam eine ſchwere Laſt von dem Herzen abgewelzet. 7) haud alias laetiori vultu, inquit, er ſahe niemal ſo freudig aus / und ſagte. 8) celando attenuatas opes, dardurch / daß du verdeckeſt / wie ſchwach meine Macht ſeye. 9) Ithaciis reſtituere, wieder in das Reich Ithaca einſetzen. 10) ex promiſſo -- Daunios, er hat ſich

ex promisso se adiunget profecturis in Daunios? Verum et hac eum cura liberans Mentor: A veritate, inquit, nihil alienum dicam. Quas ad instituendum commercium dimittes naues, abibunt in Epirum. Vno eodemque itinere agent duo. Nam et institores exteros allicient ad Salenti portus, 11) parum frequentatos ob vectigalium auaritiam; et de Vlysse 12) captabunt certiora. Qui si superstes sit, circa freta necesse est eum versari, quae ab Italis diuidunt Graeciam; quoniam sunt, qui afferant, fuisse eum apud Phoenices visum. Quodsi vero spem illius videndi, quos es missurus, non renouent, 13) optimam nihilominus operam nauabunt Telemacho. Et filius et genitor creditur periisse. Itaque nuncius, Telemachum viuere, Ithaciis pariter atque vicinis gentibus terrorem inferet. 14) Qui Penelopae obtrudunt inuisas nuptias, trepidabunt, audientes, Telemachum rediturum cum auxiliis. Incolae non audebunt mutare imperium. 15) Respirabit Penelope, nouoque spiritu reiiciet importunos procos. Hoc modo vtilis eris Telemacho, dum ipse pro te inter foederatos Hesperios 16) armis Dauniam gentem petet.

CAPVT IV.

His vocibus 1) prouectus rex ad exclamantis sonum, felicem regem coepit praedicare, 2) cui numquam deessent, qui suaderent salubria,

engagirt / mit in den Krieg wider die Daunier zu ziehen. 11) hic portus parum frequentatur ob vectigalium auaritiam, der Hafen wird wegen der allzugrosen Auflagen auf die Waaren nicht viel besucht. 12) captare certiora, gewissere Nachricht einholen. 13) optimam operam alicui nauare, einem sehr gute Dienste thun. 14) qui Penelopae -- nuptias, die gewaltsame Werber der Penelope / die sie mit Gewalt heurathen wollen. 15) respirare, Luft bekommen. 16) armis petere gentem, wider ein Volk in Krieg ziehen.
(Cap. IV.) 1) prouehi ad exclamantis sonum, überlaut schreyen. 2) cui numquam -- salubria, dem es niemal an

bria. Fidem et prudentiam amicorum ipsi magis, quam inuictos exercitus expedire. Bis vero beatus, aiebat, ille rex est, qui cognito felicitatis suae fundamento, eodem nouerit adprobatis idoneis amicorum consiliis 3) in rem suam vti. Neque enim illud est infrequens, regem habere viros sapientes et sanctos, quorum probitatem auersatur, 4) mouetque ab amicitia et aspectu suo, vt tanto liberius 5) aurium mancipiis et adulatoribus praeter metum perfidiae vacet. Atque 6) hoc peccatum ego quoque peccaui. Neque celabo te, quanta ob insidiosum amicum mala pertulerim, qui vt in his oculis meis 7) iniquae cupiditati suae pareret impune, 8) mearum cupiditatum studiosissimus patronus exstiterat.

Post haec 9) leuis operae fuit Mentori, socios reges docere, Idomeneo 10) res Telemachi agendas esse, dum in eorum castris versaturus sit iuuenis. Sufficiebat ipsis, Vlyssis filium esse inter auxilia praeter centum Cretenses egregiae iuuentutis, quos Idomeneus sociabat Ithaco. Hi 11) principes erant iunioris nobilitatis, ex Creta profecti cum rege, 12) a quo interesse sociorum bello iubebantur Mentoris consilio. Quippe 13) prospiciendum hic aiebat esse, dum per pacem liceret, amplificando populo. Oportere tamen iuniorem nobilitatem ab-

guten Rathgebern mangelte. 3) in rem suam vti, zu seinem Vortheil anwenden. 4) mouere aliquem ab amicitia et aspectu suo, einen von sich schaffen / sich vom Halse schaffen. 5) aurium mancipiis et adulatoribus vacare, denen Schmeichlern Gehör geben / die nur reden / was einer gerne hört. 6) hoc--peccaui, darin hab auch ich gefehlet. 7) iniquae suae cupiditati parere impune, seiner gottlosen Begierde frey / ungehindert nachhängen. 8) mearum -- exstitit, er hat mir bey allen meinen Passionen Recht gegeben. 9) leuis operae fuit, es ist was leichtes gewesen. 10) res alicuius agere, eines Sachen besorgen. 11) principes iunioris nobilitatis, die vornehmste edle Jünglinge. 12) a quo -- iubebantur, welcher sie hiesse mit in den Krieg der Alliirten ziehen. 13) prospicere populo amplificando,

legari in externam militiam, ne 14) tota natio vna cum belli artibus torpescat. Vel sola hac ratione ardorem gloriae, armorum exercitationem et studium, sollertiam, ipsumque adeo contemtum mortis posse in omnium animis excitari.

Discedebant foederati reges Salento tam 15) praeclare sentientes de Idomeneo, quam Mentoris capti sapientia. 16) Neque parum gratulabantur sibi, quod Telemachum socium erant habituri. Is vero, cum amicum suum cogebatur relinquere, moderationem in dolore adhibere suo non poterat. Ergo regibus 17) vltimo consalutantibus Idomeneum, 18) aeternamque foederis societatem sacramenti repetentibus fide, Mentor amplexu stringit alumnum suum, 19) fletuque ita dolentis obruitur: 20) tantum abest, vt parare mihi iam gloriam velim, vt profectionem a te meam duntaxat libeat deflere. Redeunt eheu! luctuosa tempora, cum in Aegypto mihi sine spe recuperandi tui eripiebaris.

Mentor 21) lenissimis verbis dolori occurrens: Discessus hic, inquit, longe alius atque ille in Aegypto. Libere hic seiungimur, et ad tempus. Tu etiam in spem proficisceris illustris victoriae. Mentorem, fili, ama fortiter, non molliter. Disce carere

auf die Vermehrung des Volks bedacht seyn. 14) tota - - torpescit, die ganze Nation kommt aus der Uebung des Kriegs. 15) praeclare sentire de aliquo, gute Gesinnung von einem haben. 16) non parum mihi gratulor, ich schätze mich nicht wenig glücklich. 17) vltimo consalutare aliquem, Abschied von einem nehmen. 18) aeternam - - repetere fide, eine ewige Alliance noch einmal beschwören. 19) fletu alicuius dolentis obrui, von eines Thränen ganz überschwemmet werden. 20) tantum - - velim, ich habe so gar kein Vergnügen daran, daß ich mir jetzo Ruhm erwerben solle. 21) lenissimis verbis dolori alicuius occurrere, einem mit den freundlichsten Worten in seiner Betrübniß

rere me, qui 22) non semper tuum stipabo latus. Sapientia, et virtus magis quam praesens comes, necesse est, vt agenda te doceant.

CAPVT V.

Dum hunc in modum Telemachi firmatur animus, Minerua dissimulata Mentoris habitu iuueni, 1) obiecta Aegide, spiritum sapientiae et consilii, intrepidam item fortitudinem moderationemque facillimam, 2) raro in eodem conuenientia bona, impertiuit. Si vtile erit, Mentor pergebat, non euitare discrimina, te in illa vel extrema dare ne dubites. Turpius princeps fugit in bello periculum, quam 3) abest a bello. 4) Imperatoriae virtutis ea sit, oportet, fidelitas, in quam cadere mutationis non possit suspicio. Ducem regemue conseruare opus ciuitati, sed magis, ita videre se gerentem, vt de virtute eius dubitari non queat. Memento ducem exemplum esse, ex quo multitudo petat animos. 5) Contemtor itaque omnis periculi, vitam potius redde, quam speciem dubiae fortitudinis. A periculo, quod est prorsus subeundum, summa vi plerumque adulatores studebunt auertere te; quibus si tum facile 6) acquiesces, iidem 7) ignominia angusti animi te clam notabunt

Trost zusprechen. 22) non -- latus, ich werde nicht immer um dich seyn.

(Cap. V.) 1) obiecta Aegide, hat sie ihn mit ihrem Schild bedeckt. 2) raro -- bona, Gaben / die selten in einem sich beysammen finden. 3) abesse a bello, aus dem Krieg bleiben. 4) Imperatoriae -- suspicio, die Tapferkeit eines commandirenden Generals muß so standhaft seyn / daß man nicht leicht von ihm das Gegentheil / (daß er davon werde abweichen) besorgen darf. 5) contemtor -- fortitudinis, achte also keine Gefahr / und lasse eher das Leben / als daß du Gelegenheit gebest / an deiner Tapferkeit zu zweiflen. 6) acquiescere, folgen / Gehör geben. 7) ignominia an-

bunt primi. Sed neque inutile velim tibi deposcas discrimen. Fortitudo, nisi rationi conueniat, non virtus, sed stolidus vitae contemtus et insanus ardor est. 8) Periclitatur praeter legem et impotenter incitatus animus. Qui in periculis nescit imperare sibi, 9) praeceps est in morosam ferociam, nec meretur generosus dici. 10) Altior se ipso debet esse, si nullo velit pulsari metu, cuius semen natura inspersit animis. Itaque etsi non fugiat; at ille saltem 11) turbabitur: deficiet libertas animi, a quo 12) suggerenda essent salubria imperia, vt occasionum opportuno vsu profligari hostis et patriae promoueri salus posset. 13) Esto, is ardeat, quantum opus militi; at non sapit, quantum opus duci. Quid? quod ne quidem ardet, quantum opus gregario militi. Nam etiam 14) vulgus militiae ipso aestu pugnae animum debet 15) praesentem habere idoneumque, qui imperantis nutum cum moderatione sequatur. Discriminis temeritas expultrix est militaris disciplinae, exemplum agendi sine consilio, neque raro totius ruina exercitus. 16) Qui amplius ambitioni, quam saluti student publicae, poenam merentur, non praemium.

CA-

gusti animi clam notare aliquem, einen heimlich vor eine feige Memme halten. 8) periclitatur - - animus, ein ohne Noth allzuhitziger Muth stürzet in Gefahr: 9) praeceps est in morosam ferociam, wird leicht ein eigensinniger toller Wagenhals. 10) altior - - esse, es muß einer sich selbst überwinden können. 11) turbari, in unordnung / Verwirrung gerathen. 12) suggerere salubria imperia, gute Ordre geben. 13) esto - - militi, ich laß es gelten / daß er Hitze genug habe vor einen Soldaten / als ein Soldat. 14) vulgus militiae, der gemeine Soldat. 15) praesens animus, ein gesetztes Gemüth: das immer bey sich selbsten ist / sich in nichts übereilt. 16) qui amplius - - publicae, die ihren Ehrgeitz der gemeinen Wolfahrt vorziehen.

CAPVT VI.

Caue igitur, dilecte fili, 1) aequo sis incitatior ad 2) gloriam; cuius parat tutissimum aditum idoneae occasionis placida exspectatio. 3) Virtutis quo maior simplicitas, moderatio, et demissio, eo maior est reuerentia. 4) Necessitati subeundi discriminis semper coaequanda est renouata circumspectio ardorque pugnandi, quae duo bona semper augenda in militaribus animis. De cetero noli tibi 5) conflare inuidiam, aut felicitati inuidere alienae. Laudabis honesta, 6) non aequaliter, sed quantum par est: bona 7) referes sine tristitia; mala vel tacebis, vel cum maerore attinges. Praeter veteres duces si adhibearis in consilium, 8) suspende sententiam. Per aetatem ignoras plurima, quae longo ipsi didicerunt vsu. Auscultandi tibi sunt cum reuerentia, consulendique; peritiores autem rogandi, te vt instituant: optimosque euentus tuos eorum praeceptis 9) sine rubore tribues.

Et ne multis: 10) noli vmquam in aures susurros malignitatis admittere, id agentis, vt ceteros duces aut aemuleris aut metuas. Amice et candide

(Cap. VI.) 1) aequo incitatior ad gloriam, allzu begierig/ bitzig nach Ruhm. 2) gloriae parat - - exspectatio. man gelangt am sichersten zum Ruhm/ wann man die bequeme Gelegenheit darzu in der Stille erwartet. 3) virtutis - - reuerentia, je mehr Aufrichtigkeit/ Mässigung/ und Demuth bey der Tugend sich äussert/ desto mehr Hochachtung verdienet sie. 4) necessitati - - pugnandi, je nachdem die Nothwendigkeit der Gefahr ist/ in die man sich begeben soll/ nachdem muß man auch neue Vorsicht sowol als Courage gebrauchen. 5) conflare sibi inuidiam, sich Neid zuziehen. 6) non aequaliter, nicht ein jedes gleich viel. 7) referre, hier erzehlen. 8) suspendere sententiam, mit seiner Meynung zuruck halten. 9) sine rubore, ohne dich zu schämen. 10) noli - - agentis, gieb nie keinem mißgünstigen Geschwätz der Boshaften Gehör/ wormit sie dich zu bewegen suchen.

de cum illis age. Quod si eos tui intuitu 11) humani quid passos esse putes, mentem illis tuam expone, caussasque omnes, vnum alterumue in illis desiderandi. 12) Nisi adeo angusti egenique erunt animi, vt hanc ingenuam rationem agendi percipiant minus: 13) tui erunt, nihilque omissuri, quod eos postulaueris. Contra 14) a bona voluntate tua si humilior captus eorum dissentiet: ipse, 15) quod delinquere amant, intelliges tibi ferendum esse patienter. Eum praebebis te, vt, quamdiu militabis cum ipsis, 16) caussas et alimenta subducas controuersiis; atque ita 17) non erit, quod ipse tibi obiicias. In primis autem caue, ne quoddam genus adulatorum, 18) serendis natum discordiis, cognoscat ex te caussas querendi, quas aduersus 19) socios duces te putas habere. Ego interea, Mentor subiungit, Salenti diuersabor, Idomeneo 20) futurus particeps laboris, quem saluti gentis suae impendet, et erroribus omnino emendandis, quibus 21) auctorum suorum malitia vitioque adulantium 22) primordia sui regni implicuit.

CA-

11) humani quid pati, in etwas fehlen. 12) nisi -- animi, wann sie nicht zu gar niederträchtig und unverständig seyn werden. 13) tui erunt, du wirst sie gewinnen. 14) a bona -- dissentiet, wann sie nicht so viel Begriff haben / deine gute Gesinnung einzusehen. 15) quod delinquere amant, wann sie mit Fleiß unrecht handlen wollen. 16) causas et alimenta subducere controuersiis, alle ursach und Gelegenheit zum Streit / Mißhelligkeit abschneiden. 17) non erit -- obiicias, du wirst dir selbst keinen Vorwurf machen därfen. 18) serendis natus discordiis, der nichts kan als uneinigkeit anrichten. 19) socii duces, Mit Generäle. 20) esse alicui participem laboris, einem in seiner Bemühung an die Hand geben. 21) auctor, Rathgeber. 22) primordia regni sui erroribus implicare, durch allerhand Fehler es bey dem Anfang seiner Regierung versehen.

CAPVT VII.

Tum vero Telemachus ſe continere non poterat, quo minus oſtenderet Mentori, Idomenei mores ſibi admirationi eſſe, viderique eum 1) gerere ſe non nihil infra dignitatem. At Mentor 2) increpantis vultu ſonoque: putasne 3) accidere praeter conſuetudinem, vt ſummorum virorum perſonis, 4) quamdiu humani corporis teguntur exuuiis, quaedam humanae imbecillitatis notae et reliquiae inter innumerabiles 5) tricas moleſtiasque, quae 6) fruſtra a purpura ſeparantur, inhaereant? Idomeneum 7) primi adeo anni ad luxus et ſuperbiae praecepta finxerunt, fictumque exercuerunt. At 8) quotusquisque ſapientum in ea conditione ſatis reſtitiſſet palpationibus? non contendo, 9) eum, quibus aſſueuerat, duntaxat fuiſſe deditum, quantum profuit. Sed et 10) coronata ſapientia, quantumcunque nitatur, numquam 11) ſe praeſtabit ab omni fraude immunem. 12) Agendis omnibus vnius regis non ſufficit manus, opusque habet, quibus

(Cap. VII.) 1) gerere--dignitatem, ſich nicht gar ſeiner Würde/ Majeſtät gemäs bezeugen. 2) increpantis vultu ſonoque, beſtrafet ihn/ und ſagt. 3) accidere praeter conſuetudinem, etwas ungewohntes ſeyn. 4) quam diu -- exuuiis, ſo lang ſie dieſen menſchlichen Körper tragen/ an ſich haben. 5) tricae moleſtiaeque, verwirrte/ beſchwerliche Zufälle. 6) haec fruſtra a purpura ſeparantur, das läßt ſich von dem Stand und Würde eines Regenten unmöglich trennen/ iſt dabey unvermeidlich. 7) primi -- exercuerunt, er iſt gleich in ſeinen erſten Jahren zum Pracht und Hochmuth erzogen/ und darinnen geübet worden. 8) quotus quisque -- palpationibus? wo ſind die/ die/ wann ſie auch noch ſo weiſe wären/ in einem ſolchen Stand genug den Schmeicheleyen widerſtehen mögen? 9) eum -- profuit, daß er ſich von denen/ die ſeine Vertraute waren/ nicht zuviel habe einnehmen laſſen. 10) coronata ſapientia, auch der allerweiſeſte Regent. 11) ſe praeſtare -- immunem, ſich vor allem Betrug genugſam verwahren. 12) agendis

bus partem oneris seque ipsum committat vna. 13) Qui porro admittendi sunt ad latus, numquam a regibus noscuntur, quantum a subditis ipsis. 14) Profanantur scilicet impudentissima simulatione principum oculi, 15) cunctisque machinis fallendi eisdem imponitur.

Haec ita esse, ah! quoties tibi probabit experientia! Nec virtutes, nec dotes habent mortalium animi, ab ipsis quas exigis; et 16) quantamlibet dederis iis noscendis obseruandisque operam, decipieris tamen in dies. Sed neque optimi, si 17) adhibeantur publicis curis, satisfacient tibi. Nam et 18) pertinaces sunt, et difficillimi ingenii, nec liberi ab inuidia. Frustra eris, si ipsis persuadere quid velis, ant a more suo eos abducere. 19) Pro ciuium numero augendi sunt eligendique homines, quorum operis ampliora curis tuis perficias. At quo frequentior eorum est multitudo, qui publicis muneribus sunt praeficiendi, eo in illis legendis 20) frequentior est errori locus.

21) Sunt hodie acerbissimi regum censores, qui eodem si cras potirentur gradu, haud sane minus exsi-

--manus, ein König kan nicht alles allein thun. 13) qui --latus, die er um sich haben muß/ seine Räthe. 14) profanare oculos alicuius impudentissima simulatione, einem durch unverschämte Schmeicheley einen blauen Dunst vor die Augen machen. 15) cunctis machinis fallendi alicui imponere, einen betrügen/ wo man nur kan. 16) quantamlibet--operam, du magst dich noch so sehr bemühen/ als du willt/ dieselbe kennen zu lernen. 17) adhibere aliquem publicis curis, einem die Geschäfte des gemeinen Wesens zu besorgen geben: zu Regiments-Sachen brauchen. 18) pertinaces--ingenii, sie sind zu eigensinnig/ und ist sehr schwer mit ihnen auszukommen. 19) pro ciuium--perficias, je mehr man Unterthanen hat/ je mehr Männer hat man vonnöthen/ deren Dienst man sich bediene in dem/ was man nicht selbst besorgen kan. 20) eo frequentior est errori locus, desto öfter kan man anstoßen. 21) sunt hodie--innoxii, ein mancher weißt heute

exfisterent innoxii, quin et eadem et etiam grauiora committerent. 22) Priuatus quisque vel mediocri cum eloquentia naturae suae vitia potest inuoluere, tantumque 23) ementita eius lumina commendare, vt prouinciis omnibus, quibus caret, videatur dignus.

CAPVT VIII.

At potestas et auctoritas, 1) lapis quidam Lydius dotum animi, quid quantumque desit, ostendunt. 2) Vitro similis est dignitas, reddenti acceptas rerum species cum incremento. Amplificatur notabili magnitudine, 3) quidquid peccant honorum fastigia, vbi scintilla excitare incendium potest, minimaque afferre grauissimas molestias.

4) Totus orbis desudat identidem in obseruando et, quam potest, seuere iudicando vno, qui imperat, homine. Ipsi autem, qui iudicant, rudes sunt status eius, ignarique difficultatum, quibus implicatur, quamdam in eo diuinitatem exigunt, nudam ab imbecillitate, quae innata humano est generi. Rex quantumuis bonus et sapiens adhuc tamen homo est: tam ingenii, quam virtutis limitibus circumscribi-

gar zu viel an einem Regenten zu tadlen / der / wann er morgen zu gleicher Würde gelangen sollte / nicht weniger ohne Tadel seyn würde. 22) priuatus - - inuoluere, auch ein gemeiner Mann / wann er nur ein wenig reden kan / weißt seine Natur-Fehler zu bemäntlen. 23) ementita naturae lumina commendare, die Schein-Gaben der Natur / darhinter doch nichts ist / heraus streichen.

(Cap. VIII.) 1) lapis - - animi, woran man die Gemüths-Gaben am besten prüfen kan. 2) vitrum reddens acceptas rerum species cum incremento, ein Vergrösserungs-Glaß. 3) quidquid - - fastigia, die Fehler deren / die in hohen Ehren-Aemtern sitzen. 4) totus - - obseruando, die ganze Welt giebt sich recht Mühe auf denjenigen genaue Acht zu

ſcribitur: non ſenſu, non cupiditatibus caret, nec indolis etiam habitudine, quam nequeat rationis freno ſatis perdomare. 5) Circumſtrepit hoc latus eius moleſtiſſima verſipellium hominum induſtria, alterum ſordida temporum calliditas. Arcentur, quae petit, auxilia: quotidie quaedam vel ſua, vel peruerſa voluntate ſuorum peccat, et 6) errori emendato emendandum nectit. Sic ſapientiſſimi, ſic optimi reges viuunt, quorum vita etſi longiſſima, et conformata ad probitatem, numquam ſufficit corrigendis in fine, quae praeter voluntatem commiſere initio.

Neceſſaria haec mala regum ſunt, 7) quibus perferendis numquam par humana fragilitas. Miserandi reges propterea, et accuſandi mitius. Aut non miſereamur eorum, qui non tam hominibus, quam miſeriis imperantes, dum bonitate imperandi eas conantur mitigare, in abyſſum abeunt curarum et laborum? ſi fateamur, quod res eſt: infelices homines neceſſe eſt dici, quod gubernari debeant a rege, naturae non alterius, ſed ſuae duntaxat ipſorum participe. Profecto diuina opus manu ad erigendum hominum ita profligatum genus. Sed et infelices ipſi, qui regnant, quippe qui ex natura ſua fragiles et imperfecti, praeeſſe tamen coguntur innumerabili deprauataeque fraudulentorum hominum multitudini.

Hic Telemachus alacri reſponſo: Poſt amiſſum ſua culpa patris in Creta imperium Idomeneus amiſiſſet et hoc alterum Salenti, niſi tu ſubueniſſes conſilio. Fatebatur Mentor, vehementer vtique peccaſſe Idomene-

haben. 5) circumſtrepit - - calliditas, auf der einen Seite hat er lauter liſtige verſchlagene, auf der andern lauter ſolche, die nur den Mantel nach dem Wind hängen, um ſich. 6) errori - - nectit, kaum hat er einen Fehler verbeſſert, ſo begeht er ſchon wieder einen andern. 7) quibus - - fragilitas, welche gebrechliche, ſchwache Menſchen nie-

meneum. Sed 8) da mihi, inquit porro, regem etiam ex optime moratis Graeciae ceterarumque gentium imperiis, qui semper 9) deliquerit intra excusationem. Nec summorum quidem virorum natura habitusque animi sine vitiis est, 10) quae non libeat sequi; verissimeque omnium laudamur, qui, quae commiserint perperam, nec agnoscere, nec 11) emendatione verentur diluere.

CAPVT IX.

Vlyssem genitorem tuum, heroem vnum, 1) ad cuius exemplum effingenda Graecia, credis nulla parte fuisse infirmum? quoties, fortunae casibus implicitus incertusque, fuit 2) collapsurus, nisi singula eius Minerua praesens rexisset vestigia? quoties repressus, quoties confirmatus ab hac diua est, ne vmquam tramitem desereret virtutis ac gloriae? Sed neque, cum videbis eum in Ithacae solio clarescere, illum puta futurum 3) innoxium. 4) Erit sane, quod in eo notent delicatiores oculi. Fuit nihilominus Graeciae, Asiae, insulisque oceani admirationi. Alia atque alia ornamenta, quibus abundat, 5) retundunt videlicet minus ab eo recte factorum memoriam. Tu vero felicitatem tuam absolues, si eum intueri oculis, moribus velut exemplar tuum praeter cessationem valeas imitari.

malen zu ertragen im Stande sind. 8) da mihi regem, sage mir einen König. 9) delinquere intra excusationem, so fehlen, daß es zu entschuldigen ist. 10) quae non libeat sequi, denen sie nicht mit Lust nachhängen. 11) emendatione diluere quod commissum est perperam, seinen Fehler verbessern.

(Cap. IX.) 1) ad cuius - - Graecia, der ein Muster vor ganz Griechenland seyn mag. 2) quoties fuit collapsurus, wie oft würde er gestrauchelt haben. 3) innoxius, ohne Fehl. 4) erit - - oculi, Augen, die alles genauer nehmen, werden doch was an ihm zu tadlen finden. 5) retundunt

Cura, mi Telemache, ne assuescas ab excellentissimis etiam heroibus requirere, quam 6) quod cadit in humanas vires. Arrogat sibi rudis omnium rerum adolescentia 7) censoriam quamdam insolentiam, quae facit, vt contemtis ideis, ex quibus virtutis petenda essent exempla, 8) ad omnes stimulos imitationis superbe arroganterque occallescat. Itaque non vnus pater (quamquam nec ille prorsus innoxiae virtutis) amore tibi erit cultuque ac imitatione prosequendus; sed et 9) singulari obseruantia supraque vulgus colendus Idomeneus.

Tametsi enim multa significauerim reprehensione in eo digna; at candidus est et amans aequitatis. Liberalitatem sectatur: colit beneficentiam. Fortitudini eius nihil addiderim. Si quam cognoscit fraudem, nisi suae ipsius propensioni animi refragetur, damnat. Quae in eo apparent, magna et imperatoria sunt. Erroris fatendi simplicitas, mansuetudo, admonitionum etiam asperrimarum patientia, sui ipsius victoria, qua se erroribus admissis palam euacuare, 10) dignitatem vero suam ab infestis hominum iudiciis contendit eximere: 11) virum profecto loquuntur non simulate magnanimum. Multi errores sunt, a quibus animus vel mediocriter bonus praeseruari aut fortuna potest, aut alieno consilio. At principem innutritum assentationibus ad paenitentiam errati adducere non nisi 12) ordinaria maior

--memoriam, machen/ daß man seiner Fehler nicht so gedenket. 6) quod cadit in humanas vires, was menschlichen Kräften möglich ist. 7) censoria quaedam insolentia, eine hochmüthige Freyheit alles zu tadlen. 8) ad omnes stimulos occallescere, keinen Trieb annehmen/ achten. 9) singulari obseruantia supraque vulgus colere aliquem, eine besondere Hochachtung vor einen haben/ mehr als vor allen andern. 10) dignitatem--eximere, machen daß die Feinde seiner Würde mit ihren Urtheilen nichts anhaben können. 11) virum loqui -- magnanimum, einen wahrhaftig großmüthigen Mann anzeigen. 12) ordinaria maior virtus,

ior virtus poteſt. Ita emendari laudis plus habet, quam numquam, quod emendes, committere.

Omnium fere regum ſunt, Idomeneus quae geſſit perperam. At 13) quotusquisque agit illorum, vt emendetur, quod agit Idomeneus? Mihi certe neque tunc deſierat eſſe venerabilis, cum permiſit, vt quae ſentiret, corrigerem. Itaque et tibi venerabilis ſit, mi Telemache, Atqui iſtud dum tibi ſuadeo, non tam Idomenei famae, quam 14) vtilitati tuae conſultum eo.

CAPVT X.

Hac diſputatione Mentor docebat iuuenem, quam periculoſum et iniquum ſit, cenſoria ſeueritate alienos mores perſtringere, illorum maxime, quibus ambiguum perque difficile imperandi incumbit onus. Monebat deinde Mentor, tempus maturum eſſe itineri. Itaque, vale, inquit. Salenti reditus tuos exſpectabo. Fac memineris, timenti deos nihil timendum ab hominibus. Manent te extrema diſcrimina. At certus eſto, ſemper tibi praeſto fore ab Minerua auxilium.

Sub haec verba 1) admonebat Telemachum animus, adeſſe ipſam deam. Et ſane 2) cogniturus fuit, hanc eamdem eſſe, quae propterea cum ipſo haberet ſermonem, vt ſpe ac fiducia roboraret, niſi iuuenis memoriae imaginem Mentoris reſtituiſſet his verbis: Numquam, mi fili, dimitte ex animo, quam infantiae tuae impendi curam, vt ne Vlyſſis virtus et ſapientia orbi periret in filio. Caue,

eine auſſerordentliche Kraft. 13) quotusquisque agit illorum, wie wenige unter ihnen ſind darauf bedacht. 14) conſultum eo tuae vtilitati, ich ſuche deinen Nutzen zu befördern.

(Cap. X.) 1) admonebat Telemachum animus, war es dem Telemach, als empfinde er die Gegenwart der Göttin ſelbſt. 2) cogniturus fuit, er würde erkannt haben,

ue, agas, quod fit a tantorum heroum exemplis praeceptisque, quae ego tradidi tibi, disiunctum.

Iamque suprema montium coeperant a primo sole collustrari, cum reges hospites, abeuntes Salento, ad copias suas instituunt reditum. Atque hae copiae, quae circum vrbem castra posuerunt, accepto signo exordiebantur iter. Promicabant ab omni exercitu 3) ferreae cuspides, in quas desinebant hastilia: 4) frangebant oculum fulgore paulo mitius corruscantes clypei: 5) subuectique ad caelum pulueres innoxiam primae diei inferebant nubem. Egressi quoque ex vrbe Idomeneus et Mentor, comitantes in castra foederatos principes, cum iam 6) moram recusassent itineris. 7) Inter mutua tandem argumenta non fictae amicitiae discessum. Nec dubitauere socii, stabilem pacem fore, prospecto Idomenei candore, quem longe alium nuper criminabantur sinistri nuncii. Cuius quidem rei caussa erat, quod, qui de Idomeneo nunciabant, non dotes animi eius, sed, quibus se permiserat, iniqua assentatorum consilia intuebantur.

Profecto exercitu, Mentor vrbem, vt totam eam inspiceret, ab Idomeneo circumducitur. Tum quidem ille regi: Age, inquit, numeremus, quot tibi in vrbe, quot in agro homines, missosque 8) in numerum describamus. Videamus deinde, quot ex illis colendae terrae idonei, quantumque frumenti, vini, olei, rerumque alias vtilium illa reddat annis mediocriter fertilibus. Hac ratione cognoscemus, quan-

3) hastilia desinunt in ferreas cuspides, die Spiese sind an den Enden mit eisernen Spitzen beschlagen. 4) frangere oculum fulgore, die Augen mit dem Glanz blenden. 5) subuecti - - nubem, der aufsteigende Staub machte eine dicke Wolke. 6) moram recusare itineris, den Abmarsch nicht länger aufschieben wollen / sich nicht länger wollen aufhalten lassen. 7) inter mutua - - discessum, endlich schieden sie von einander unter gemeinschaftlichen Bezeugungen einer aufrichtigen Freundschaft. 8) in numerum de-

quantum alendis incolis opus, an agri ferant? et 9) num praeter populi alimenta gignantur, quorum copia quaestuosum cum extraneis promittat commercium? nauium quoque nautarumque, quos habes, numerus ad aestimandas vires tuas inuestigandus. Itaque portum vidit: naues singulas ipse inscendit: sciscitabatur de regionibus, in quas nauigarent mercatum: quas illuc merces aueherent, reueherentque? qui faciendi sumtus, dum ea peregrinaretur, in nauem? ecquae mutuationes mercatorum? societatum item, quas coniungerent, ecqua et num sancta ratio, integraque fides? neque volebat ignorare, quaenam essent pericula damnaque timenda ex naufragiis aliisque euentibus, vt detrimento institorum atque inopiae posset praeueniri, nimio lucri desiderio saepe 10) viribus suis tentantium ampliora.

CAPVT XI.

Iubebat seuere animaduerti et sine discrimine in 1) decoctores aeris alieni, quoniam etiam illi, qui mala fide non agunt, raro vacant temeritate. Rationes quoque praefiniuit damnis creditorum praeuertendis idoneas. Quippe magistratus creabat, qui ab mercatoribus rationem mercium, lucri, impensarum negotiationumque acciperent. 2) Prohibebantur aliena exponere perdendi periculo; suorum vero mediam duntaxat partem licebat 3) in discrimen dare. Porro negotia, quae vnius e societate

scribere, zehlen. 9) num praeter - - commercium, ob über das was das Volk zu seinem Unterhalt brauchte, noch so viel wachse, daß man von dessen Ueberfluß mit den Ausländern ein Gewerb treiben könne. 10) viribus suis tentare ampliora, mehr unternehmen, als man auszuführen vermag.

(Cap. XI.) 1) decoctores aeris alieni, banqueroutirer. 2) prohibebantur - - periculo, es wurde ihnen verboten, fremde Güter mit Gefahr des Verlusts auszulehnen. 3)

cietate facultatem superabant, 4) iam agebantur communi sociorum facultate. 5) Integritas constitutionum, quae memoratis adiectae societatibus erant, poenarum muniebatur rigore, 6) grauissime videlicet luituris, qui fecissent fraudem. Fuere praeterea liberrima commercia, minimeque molesta per vectigalia, imo expetenda propter dona, quae relaturus erat, qui 7) negotiationem nouae gentis Salentum conuertisset.

Ergo populis vndique et continuo confluentibus, huius vrbis 8) commercium, Euripum quemdam referens, incolis alias atque alias opes velut succedentes sibi fluctus aggerebat. Tributis non aduenientium, non proficiscentium mercium ingrauescebant pretia. Quidquid aduehebatur, per se proderat oppidanis; auecta relinquebant, quod erat profuturum. Portum vero ipsum sacrarium dixisses iustitiae tot tamque diuersis gentibus inter se actitantibus aequissimo iure; visaque ex 9) altissimis Salenti speculis sinceritas, candor, et fides e longinquo populos ad innoxia negotia inuitare. Mercatores huc oceano vecti, 10) seu qui solem reddit orbi, seu qui subtrahit, non quietius, non securius agebant domi, quam Salenti.

Sed neque interiora vrbis Mentor omittebat. Ille lustrare

in discrimen dare, risquiren. 4) iam agebantur - - facultate, da mußte die ganze Gesellschaft mit aufstehen. 5) integritas - - rigore, die Anordnung gedachter Gesellschaften wurde durch die schärfste Gesetze fest gemacht. 6) grauissime luituris, da diejenige es hart büssen müßten. 7) negotiationem aliquo conuertere, die Handlung an einen Ort ziehen / bringen. 8) commercium - - aggerebat, durch die Handlung / welche einer Meerenge gleichte / da das Meer immer ab- und zulauft / wurde den Einwohnern immer eine Gattung der Waaren nach der andern zugeführet. 9) altissimae Salenti speculae, die erhabene Thürne zu Salento. 10) seu qui - - subtrahit, von Morgen oder von

lustrare 11) publica horrea, promtuariaque mercium; ille opificum tabernas, foraque communia obire. Vetabat ab externis vendi apta inducendo luxui molliendisque animis. Quae in vestibus, alimentis, supellectilibus obseruanda, quaeque in exstruendis ornandisque aedibus pro conditione incolentium, praescribebat. Interdictis denique ornamentis omnibus, quae auro argentoque fiunt: Res vna, inquit, rex, quae populo tuo sanam modestamque impensarum continentiam persuadeat, exemplum est, quod a te 12) prodendum, ab ipsis imitandum erit.

CAPVT XII.

1) Quae in te cadunt sub oculos, 2) maiestatis quidem dignitate quadam carere haud debent. Ceterum hanc egregia custodia corporis, hanc 3) nobilissimi proceres, lateribus se adiungentes tuis, satis superque prodent. Contentus esto veste ex 4) lana primae notae, et imbuta murice. Optimates idem genus texti ferant. Itaque habitus tuus eorum similis erit, colore duntaxat faciente discrimen, et 5) quod oram tunicae tuae Phrygium opus ex auro confectum citra luxum distinguet. Haec ipsa varietas colorum distinguendis diuersis hominum ordinibus seruiet; neque auro argentoue eam ad rem aut gemmis habebis opus. Ceterum

Abend. 11) publica - - mercium, Magazin / Vorraths-Häuser. 12) exemplum prodere, ein Exempel geben.
(Cap. XII.) 1) quae in te cadunt sub oculos, deine äusserliche Aufführung / umstände / die in die Augen fallen. 2) maiestatis - - debent, darf zwar nicht ohne einen deiner Hoheit gemässen Pracht / Ansehen / seyn. 3) nobilissimi - - adiungentes, die angesehenste Männer / die dir zur Seiten sind. 4) lana - - murice, die feinste Wolle / in Purpur eingetaucht. 5) quod oram distinguet, daß du zum unterschied ein von Gold gesticktes Gebräm an dem Ende deines Rocks habest / doch auch das ohne übermäßigen Pracht.

rum ordines populi tui secundum 6) nascendi conditionem diuides. Muneribus amplissimis praeficiendi, quorum antiquissimum et nobilissimum genus. Qui muneris aliquid gradusque consequuntur meritorum suffragio, sine inuidia 7) conquiescent in secundis subselliis post eos, quibus primas afferit diuturna possessio. Sed neque his inuidebit inferior nobilitas, 8) si illos dedoceas ob immature collatas dignitates pristinae conditionis obliuisci, et moderate sese modesteque gerentibus, quas par est, laudes conferas. Illud vero discrimen 9) maxime extra inuidiae versatur iactum, quod ex maiorum praecellenti serie gignitur.

Qui a rege sunt proximi, primique ordinis, 10) candidas vestes gerent circumeuntibus fimbriis ex auro: ex qua item materia annulum digito, collo torquem cum imagine tua impressa nummo inferent. Altera classis velabitur 11) caerulea tunica, in argenteos desitura limbos, neque nummum, sed annulum tantum illi permittes. Viridis color eorum erit, qui sequuntur proxime. His et annulo carendum et fimbriis; nummum addes. Quarti ordinis amicula crocea induent: rosea quinti. Violacea sexto dabuntur. Vltimus, qui plebem infimam complectitur, 12) album flauo colori miscebit. Haec in liberis et ingenuis vestiendi ratio. At 13) ex cineris colore in nigrorem declinabunt mancipiorum indu-

6) nascendi conditio, Herkommen nach der Geburt: naissance. 7) conquiescere - - eos, sich begnügen lassen/ die nächste nach denen zu seyn. 8) si illos dedoceas obliuisci, wann du sie gewöhnest/ daß sie nicht vergessen. 9) maxime versari extra inuidiae iactum, am wenigsten beneidet werden. 10) candidae vestes, circumeuntibus fimbriis ex auro, weisse Kleider mit guldenen Borten. 11) caerulea - - limbos, ein blaues Kleid mit silbernen Borten. 12) album flauo colori miscere, ein weiß mit gelb melirtes Kleid tragen. 13) ex cineris colore in nigrorem declinare.

indumenta. Ita 14) gratuita erit et expedita cuiuis diſtinguendae conditionis ſuae copia: ita 15) luxus nutriculae artes exulabunt Salento: quarum magiſtri inpoſterum aut neceſſariis tantum artibus opificiisque ſe dabunt, quae perpauca ſunt ob ingenitam naturae humanae parſimoniam, aut exercendis commerciis, aut agris. Sed neque materia textilium, nec forma veſtium libera ſit 16) obnoxiaque eorum, qui perficiunt, arbitrio. Neque enim permitti viris debet, quos ad vitae genus ſerium egregiumque colendum natura deſtinauit, vt inueniendis parandisque 17) reclamante natiuo ſanoque decore cultibus veſtium tempus aut perdant ipſi, aut ipſis concedentibus feminae, licet ob hanc ſollicitudinem vaniſſimae occupationis 18) mitius viris obiurgandae.

CAPVT XIII.

Itaque Mentor ſumtuum luxuriam faſtumque, funeſtas bonis moribus peſtes, caſtigabat non ſecus, atque olitoris demitur manu, 1) quidquid in arborum fertilitatem peccat. Redibat eiecto faſtu ingenua et frugalis ſimplicitas. Ciuium quoque ſeruorumque alimentis conſtituta ratio. Vah probrum, exclamabat ille, viros ſummos et nobiliſſimos documenta amplitudinis ſuae in lautitiis ciborum ponere, qui vigorem animis, qui ſanitatem furtim eripiunt

braun oder aſchengrau ſeyn. 14) gratuita - - copia, ſo wird ein jeder ohne ſonderliche Koſten, und leicht ſeinen Stand unterſcheiden können. 15) luxus nutriculae artes, Künſte, die nur zur Vermehrung des übermäſſigen Prachtes dienen. 16) obnoxium eſſe alicuius arbitrio, von eines Willkühr abhangen. 17) reclamante - - decore, wider die natürliche und vernünftige Anſtändigkeit. 18) mitius obiurgandae viris, denen man es noch eher zu gut halten kan, als den Männern.

(Cap. XIII.) 1) quidquid - - peccat, was den Bäumen an

piunt corporibus! cum vere credere se debeant fortunatos, si sobrii, si per auctoritatem et potentiam 2) sufficientes alieno subsidio, si laudabiles denique sint a probitate facinorum. Sobrietas optimum cibi etiam vilissimi condimentum. Haec sanitatem in annos quam plurimos roborat: haec non honestius quam constantius oblectat animum. Itaque tu quidem rex vulgo pasceris melius, sed 3) a iusculis non exquisitius ad gulam. Ars quippe 4) vltra veram necessitatem humanum irritandi palatum 5) disciplina quaedam est verissimi veneficii.

Idomeneus non alias melius agnoscebat, iniquam suam indulgentiam fuisse, quae nouellae colonos ciuitatis in mollitiem et corruptelam morum dedisset, neglectis scilicet nullis non 6) legibus, quibus a Minoe sobrietati fuerat cautum. At Mentor satis gnarus, 7) leges etiam instauratas 8) frugis haud esse, nisi vim et robur ab regis exemplo acciperent, quippe ex quo vno legum penderet auctoritas: id quidem haud obscure declarauit Idomeneo. Qui sine cunctatione secutus monentis consilium, 9) instituta regalis mensae ratione, nihil deinceps in eam curabat inferri praeter 10) panes plurimi alimenti, modicum vini vernaculi iucundo sapore, 11) cibosque vulgatos vsu, qualibus vescebantur ad Troiam. Igitur prodiga mollities, cui paulatim epulantes assueue-

ihrer Fruchtbarkeit schädlich ist. 2) sufficientem esse alieno subsidio, im Stand seyn anderen zu helfen. 3) a iusculis - - gulam, nicht von allzu leckerhaft zubereiteten Speisen. 4) vltra - - irritare palatum, ohne Noth den leckerhaften Appetit reitzen. 5) disciplina verissimi veneficii, ein rechtes Gift vor den Menschen. 6) leges, quibus cautum est sobrietati, Gesetze der Mässigkeit. 7) leges instauratae, erneuerte Gesetze. 8) frugis haud esse, nichts nutzen. 9) instituere regalis mensae rationem, die Königliche Tafel einrichten/ reguliren. 10) panes plurimi alimenti, das nahrhafteste Brod. 11) cibi vulgati vsu, gemeine Speisen.

ſueuerant, exoleuit, nemine ſalubre inſtitutum auſo aſpernari, cui ipſe adeo rex volebat eſſe obnoxius.

12) Molliores deinde moduli etiam remoti, qui 13) ad femineam teneritudinem iuuenum animos ſubmitterent. Nec mitius actum cum crudis comesſantium vociferationibus potius quam cantibus: quoniam capiti 14) haud paulo aequiores quam vinum, 15) mores optimos ad importunitatem et impudentiam adducerent. 16) Modus quoque numeris imperatus, quibus deorum laudes heroumque praeclariſſima exempla in templis 17) ſolemniores referrent dies. Rurſus columnae, 18) eminentiae rariores (proiecturas vocant) xyſti ſeu porticus, ampliora architecturae ornamenta, deorum tantum aedibus permiſſae.

CAPVT XIV.

Exempla etiam tradidit belle, citra pompam tamen luxumque, architectandi; quibus imitatione expreſſis mediocri ſpatio terrae imponi posſint 1) domicilia iucunda et ſuffectura numeroſae familiae, tum 2) peruia ſalubri aurae 3) opportunaque diſcretis ad manendum locis, tum 4) compoſitionem

12) molliores moduli, nach der Wellust eingerichtete Music. 13) ad femineam - - ſubmittere, die Gemüther junger Leute verzärteln / und weibiſch machen. 14) haud paulo aequiores, eben ſo ſchädlich. 15) mores - - adducere, die beſte Sitten verderben / frech / unverſchämt machen. 16) modus - - imperatus, es wurden auch diejenige Musiquen eingeſchränkt / ihnen eine gewiſſe Maß geſetzet. 17) ſolemniores - - dies, womit man an den Feſttägen rühmen / beſingen ſollte. 18) eminentiae rariores, rare erhabene Bilder / Gibel an den Gebäuden.

(Cap. XIV.) 1) domicilia ſuffectura numeroſae familiae, Häuſer / die vor eine zahlreiche Familie groß genug wären. 2) peruia ſalubri aurae, die eine geſunde durchſtreichende Luft hätten. 3) opportuna - - locis, die nach allen beſondern Zimmern eingerichtet wären. 4) compo-

sitionem munditiamque facile recipientia, et 5) leuissimis impendiis a vitio ruinae detrimentisque vindicanda.

Iubebat interiora aedium, quae illustriores essent, 6) laxari in atrium, procurrente modica porticu cum columnis; et accommodari minora cubilia ingenuis hominibus Copia conclauium, 7) quibus carere patiebatur necessitas apparatusque cumprimis interdicti.

Atque haec aedificiorum singulis familiis congruentium varietas citra notabile impendium egregiam et ad artis praescriptum exactam tribuebat speciem. Contra vero pars altera oppidi, quam incolae pro insolentia elati arbitrii sui iam tum absoluerant, magnifica quidem, ceterum minus amoena erat opportunaque ad vsum incolentium. 8) Toti operi exiguo temporis interuallo vltima accessit manus. Quippe ex finitima Graecia frequentes adfuere architecti; accitique ex Epiro et aliunde magno numero 9) structurae muralis opifices, ea conditione, vt Salento condito, fas ipsis esset 10) fixis in agro eius domiciliis manere tam ad subigendam partem rudis et inculti soli, quam 11) habitatoribus celebrandam regionem.

Pictoria statuariaque etsi meliores videbantur Mentori, quam quas oporteret abrogari, peritos tamen earum

sitionem - - recipientia, wo man Ordnung und Reinlichkeit halten könnte. 5) leuissimis - - vindicanda, die man mit wenigen Kosten im Bau erhalten könnte. 6) laxare - - columnis, in dem innern des Hauses weite Säle mit Spatziergängen und Säulen anrichten / bauen. 7) quibus - - necessitas, die man nicht nothwendig haben mußte. 8) toti - - manus, das ganze Bauwesen wurde in kurzer Zeit fertig. 9) structurae muralis opifices, Maurer / Steinmetzen. 10) fixis - - manere, sich auf dem Land häußlich niederlassen. 11) habitatoribus celebrare regionem, ein

earum artium 12) ad modicum censebat numerum reducendos. Aperiebat scholam, datique 13) limato et exquisito ingenio viri, qui 14) tironum suorum facultatem ad discendas artes periclitabantur accuratius. Hac de re ita disputabat Mentor: Ad artes, quibus simpliciter opus non est, inepti sunt 15) languentes et hebetes animi. Proinde ad eas admouendi ex adolescentibus soli, 16) quorum habile ingenium ipso mediocritatis fastidio promittat in arte excellentiam. Ceteri 17) artibus nati minus ingenuis, ad quotidianas reipublicae necessitates transferendi. Pictorum sculptorumue proprium officium et vnicum nobis sit, illustres viros factaque illustria propagare ad posterorum memoriam. Aut enim in aedificiis publicis, aut maiorum monumentis statuendae imagines sunt earum rerum, 18) quas pro patria praeter ordinem ciuium virtus gessit. Ceterum Mentor etsi vehementer proposuerit 19) temperantiae sumtuumque mediocritati consulere: equorum nihilominus curricula, seu hippodromos, palaestrasque, ingentes structurarum moles, laudauit, aliosque locos certaminum, quae habilitatem corporibus et robur darent.

CA-

Land bevölkern. 12) ad modicum numerum reducere, auf eine geringe Zahl herunter setzen, deren wenige haben, halten 13) limato - - viri, sinnreiche geschickte Köpfe, Männer. 14) tironum suorum facultatem periclitari, seiner Lehrlinge Kräften prüfen, wie viel sie Tüchtigkeit haben. 15) languentes, hebetes animi, schwache, ungelirnige Gemüther. 16) quorum - - excellentiam, von deren Geschicklichkeit man sich nicht nur was mässiges, sondern was grosses, ausnehmendes versprechen darf. 17) artibus nati minus ingenuis, die zu geringeren Künsten gebohren, tüchtig sind. 18) quas pro patria - - gessit, was tapfere Burger ausserordentliches dem Vaterland zum Besten ausgerichtet. 19) temperantiae - - consulere, auf Mässigung und Einziehung der Unkosten bedacht zu seyn.

CAPVT XV.

Reiecta praeterea fuit incredibilis multitudo mercatorum, pannos artificiose textos, acu pretiose picta, vasa aurea argenteaque, deorum, hominum, et animalium distincta imaginibus, 1) liquores arte mixtos odoresque vendentium. Imperata quoque supellex sine cultu, et 2) difficulter atterenda vsu. Itaque Salentini post publicas nuper de paupertate querelas nunc abundare opibus coepere. Sed et has ipsas aust contemnere, vt quae 3) non carerent fallacia, magisque exhaurirent, quam ditarent, eo solidioribus verioribusque fortunis augebantur. Ditescimus inquiebant, spernendo diuitias, quae patriam exhauriunt. Egere desinimus, egendi necessitatem diminuendo et 4) accommodando ad veram frugalis naturae indigentiam.

Maturabat deinde Mentor armamentaria et horrea inspicere, cogniturus, an opportuna ad bellum instrumenta, ceterique militiae adessent apparatus? Aiebat enim, 5) promtam esse oportere gerendi belli facultatem, ne gerendi eius offerri possit necessitas. Sine mora igitur collecti, qui ex ferro, chalybe, aereque opera facerent. Exaudiri tum ardentium fornacum sibilantes crepitus: 6) volui sursum fumi flammarumque turbines, quales non sine vastissimo terrore Aetnae eiaculantur spiritus: 7) aures

(Cap. XV.) 1) liquores arte mixti, künstlich zubereitete liqueurs. 2) difficulter atterenda vsu, der nicht so leicht abgenützet/ und aufgezehrt würde/ sondern auch von längerer Dauer wäre. 3) opes non carent fallacia, der Reichthum ist betrüglich. 4) accommodare -- indigentiam, etwas mäsiglich einrichten/ so wie es die Natur/ die sich mit wenigem begnüget/ wahrhaftig bedarf. 5) promtam esse oportet belli gerendi facultatem, man muß immer im Stand seyn Krieg zu führen. 6) volui -- turbines, der Rauch und die Feuer-Wirbel stiegen in die Höhe. 7) aures -- sup-

res obtundere incudum geminata supplicia, quae 8) montium vicinarumque crepidinum repercussa obiectu 9) quamdam eius insulae faciebant speciem, in qua 10) Cyclopes Vulcani laudibus ad maturanda deorum patri fulmina incalescunt. Videre erat, prudentissimi senis consilio omnia gerendis bellis necessaria praeter noxam integerrimae pacis praeparari.

Postea Mentor cum Idomeneo egressus est ab vrbe. Iacebant ingentes tractus soli, fecundi, nisi defuissent, qui colerent. Agri plerique mediam duntaxat partem fuere subacti. Caussa desidia, et paupertas erat agrestium, vtpote 11) destitutorum operis, ideoque et animo ac viribus agri cultum sic amplificandi, nihil vt in eo desiderari possit. Mentor aspiciens 12) inerti situ squallentes campos: Isti quidem, rex, inquit, ditare incolas desiderant. Sed desunt manus, quae, quod offertur, accipiant. Age! educamus ex vrbe opifices, quorum opera adeo vsum non habent, vt etiam officiant moribus. His istas planities, istos colles conserendos trade. Habet, quod fateor, non nihil difficultatis istud consilium, quod id hominum genus, quippe exercens opera, quae a sedentibus fiunt, rude sit agri culturae: at qua ratione malo huic sit occurrendum, docebo.

CA-

plicia, die Ohren wurden ganz taub von denen gehäuften Schlägen der Ambose. 8) montium -- obiectu, da sie von den nahen Bergen und Dämmen zurück schalleten. 9) quamdam -- speciem, sie stellen einiger masen jene Insul vor. 10) Cyclopes Vulcani laudibus incalescunt, die Cyclopen werden durch des Vulcani Zuspruch hitzig/ ermuntert. 11) destitutorum operis, denen es an Taglöhnern/ Leuten mangelte/ die ihnen arbeiteten. 12) inerti -- campi, wüst daliegende Felder.

CAPVT XVI.

Dispertiendum inter ipſos eſt 1) poſſeſſore vacuum ſolum, 2) euocandique ex finitimis auxilio, qui aſperiora pro ipſis opera ſuſcipiant. Nec recuſabunt, opinor, venire, 3) qui fines eorum attingunt; ſi iuſtam mercedem paciſcare de ipſis 4) frugibus, ad quas ferendas nouitium inſtituent ſolum. Quid? quod illis attributa poſtea parte, quam poſſideant, populo tuo, alias minus adhuc frequenti, ipſos potes adiicere. Quodſi patientes laboris legumque obſeruantes ſint, meliores profecto ciues ne optabis quidem, 5) habebisque, vnde vires tuae augeſcant. At in rus translati opifices liberos ſuos erudiendo ad laborem agreſti vitae aſſuefacient. Porro 6) caementitii operis ſtructores, aliunde ad condendam vrbem tuam profecti, promiſſo tenentur partem ruris colere, trullamque commutare cum vomere. Hos, vt primum vltimam oppido addiderint manum, ſubditis tibi adſcribe. Gratulabuntur ſibi magnopere de poteſtate tam boni nunc domini, in quam tranſierunt. Vtque ob firmam corporis habitudinem ſunt 7) paratioris induſtriae: ita collocatis in agros opificibus 8) ſtimulos laboris exemplo ſuo admouebunt. Hac ratione agri tui progreſſu temporis paulatim robuſtis ſummique laboris cultoribus abundabunt.

Neque eſt, quod incremento huius populi angaris. Imo proxime numerare eum vix poteris: modo 9) fa-

(Cap. XVI.) 1) poſſeſſore vacuum ſolum, das Feld/ das keinen Herren hat. 2) auxilio euocare, zu Hülfe berufen. 3) qui fines eorum attingunt, die Angränzende/ Nachbar. 4) nouitium ſolum inſtituere ad fruges ferendas, einen Boden friſch umbrechen/ um Früchte zu tragen. 5) habebis - - augeſcant, du wirſt deine Macht durch ſie mehr verſtärken. 6) caementitii operis ſtructores, Maurer. 7) paratioris eſſe induſtriae, fleiſſiger/ fertiger zur Arbeit ſeyn. 8) ſtimulos laboris alicui exemplo ſuo admouere, einen

9) facultatem nuptiarum difficilem ne reddas. Ratio facilitatem iis conciliandi eſt ſimpliciſſima. 10) Quotusquisque mortalium non adſpirat ad nuptias? a quibus quod arceat, nihil eſt praeter miſeriam. Iam tolerabilia tributa ſi exigas, cum vxoribus liberisque vitam tui agent expertem grauioris moleſtiae. Numquam enim ſine beneficio terra colitur, quae alimenta reddit ſollicitae induſtriae, nec bona ſua negat niſi auerſantibus laborem, ad adipiſcendi ea neceſſarium. Augentur autem, niſi principis obſtet auaritia, pro numero ſobolis agreſtium opes. A primis enim vnguiculis adminiſtros ſe praeſtant genitoribus liberi. Minimi natu veruecum greges, armenta adultiores ducunt; et, quibus aetas iam firmior, cum parentibus 11) vacant ruri. Interea mater cum reliquis, qui domi ſecum agunt, viro caraeque ſoboli, 12) ab diurno opere languidulum corpus retracturis, parat coenulam: 13) admouet alternas manus pecudi, beatamque lactis copiam ab vberibus elicit: 14) ſarmenta congerit diffuſis ignibus, 15) quibus ceu ſpectaculo in orbem appoſita, ſceleris pura, fugitansque litium familia veſpertinis cantiunculis praeludit percipiendae ex ſomno dulcedini: effingit caſeos: caſtaneas nuces ceteraque poma agreſti arte ita defendit a vitio, vt decerpta modo videantur.

durch ſein Exempel zu fleiſſiger Arbeit ermuntern. 9) facultatem - - reddas, wann du ihnen nur das Heurathen nicht ſchwer macheſt. 10) quotusquisque mortalium non etc. wo iſt ein Menſch der nicht ꝛc. oder / ein jeder. 11) vacare ruri, das Feld helfen bauen. 12) ab diurno - - retracturis, wann ſie von ihrer Tag-Arbeit müde nach Haus kommen. 13) admouere - - elicere, ihr Vieh melken. 14) ſarmenta - - ignibus, legt Holz zuſammen / ein groſes Feuer aufzumachen. 15) quibus - - dulcedini, um welches das unſchuldige / und friedliche Geſind gleich als in einem Schauſpiel im Krayß herum ſtehet / und ſeine Nacht-Lieder ſingt.

CAPVT XVII.

Reuertuntur rure magiſtri pecorum ad humeros haerente tibia, temereque coeuntes ad veſpertinum otium domeſticos oblectant numeris, 1) quos ex finitimis viculis curſim aurium arripuere beneficio. 2) Imperata vacatione ruri tergum arator obuertit, ſuſpenſumque boues aratrum referunt, 3) languori permittentes ſe, laxatis laſſitudine ceruicibus, 4) fracto et inerti gradu, nec tum corrigendo ſubiectis ſtimulis. 5) Cadit cum ſole labor, et quidquid languorem artibus creat. 6) Stringunt vniuerſam naturam dulci faſcino ſparſa deorum iuſſu per orbem papauera, opportunum anxiis in curis adleuamentum. Obdormitur: non ſudor, non moleſtia futurae lucis proſpicitur. Fortunata gens, quam nec impellit ambitio, nec turbat ſuſpicio, nec infelix collidit aſtutia! fortunata, inquam, ſi regis bonitas, diuinum munus, non perturbet eius innocentiam. At quae crudelitas, ſi, 7) quae natura ſudori tribuit praemia, terrae fruges ſcilicet, auferuntur ambitioſo conſilio? ſufficeret profecto vberrimus naturae ſinus alendo infinito populo, quem tenuis victus laborque delectat. At quorumdam mortalium inſolens lautitia magnam partem humani generis 8) ad extremae paupertatis deducit inediam.

Scitanti

(Cap. XVII.) 1) quos - - beneficio, welche ſie in den benachbarten Dörflein / Höfen / vom Hören gelernet haben. 2) imperata - - obuertit, wann man ihnen befihlt Feyerabend zu machen / kehren die Acker-Leute vom Feld um. 3) languori - - ceruicibus, ganz matt / und laſſen vor Müdigkeit die Köpfe ſinken. 4) fracto - - ſtimulis, mit ganz langſamen und matten Schritten / und würde es nichts helfen / wann man ſie gleich hurtiger zu gehen ſtupfen wollte. 5) cadit cum ſole labor, ſo bald die Sonne untergeht / hört auch die Arbeit auf. 6) ſtringunt - - papauera, die Götter bezaubern auf eine angenehme Weiſe mit ihren in der ganzen Welt ausgeſtreuten Oelmagen die ganze Natur: alles ſchicket ſich zur Ruhe an. 7) quae - - praemia, was man mit ſaurer Mühe erarbeitet. 8) ad ex-

Scitanti deinceps Idomeneo. Quid ageret, populo negligente opulentum colere solum, quod ipsi attributum? suasit Mentor, vt tunc 9) omisso communi tritoque dominorum more rationem prorsus contrariam iniret. Hoc, inquit, potissimum agit inconsulta regum auaritia, vt diligentissimos quosque in excolendo fundo ciues grauissimis tributis et censibus vexet, iniqua scilicet spe, ex his fontibus facillime se impetraturam, quae exigit, 10) aequior incitas sibimet paranti desidiae. Tu proscribe hunc morem, tam probitati infensum, tam facilem sceleri, caussamque tum regi, tum regno pestiferae inertiae. Constitue pretia, decerne multas, additis, opus si erit, insignioribus poenis in eos, qui agri sui curam abiecerint; non secus ac in 11) desertorem stationis suae militem animaduerteres. Contra qui augescente familia augent et industriam agrestis operae, praemiis affice, immunitatibus dona. Tunc strenue propagabitur soboles: labor amabitur, et inter honesta incipiet reputari. 12) Emerget ex vilitate sua agrestium conditio, vtpote exemta plerisque molestiis: exstincta contumelia 13) reparabitur aratri dignitas, 14) cum occupabit, quae patriam modo defendere, victrices manus. Neque enim minus erit honestum acceptos a maioribus agros tranquillis temporibus excolere, quam exorto bello defendere. Florentissimum imperii decus renouabitur:

 15) fla-

tremae paupertatis inediam deducere, in die äusserste Armuth und Hunger stürzen. 9) omisso - - iniret, daß er nicht nach der gemeinen Weise der Herren / sondern ganz anderst verfahren sollte. 10) aequior - - desidiae, und verfährt viel gelinder mit Faulen / die sich selbst in die Armuth stürzen. 11) desertor stationis suae miles, ein Soldat / der seinen Posten verlässet. 12) emerget - - conditio, der Bauren Stand wird nicht mehr so gering geschätzet werden. 13) reparabitur aratri dignitas, die Würde des Feldbaus wird wieder hergestellet werden. 14) cum occupabit victrices manus, wann auch diejenige ihre siegreiche

15) flauebit cereale caput circumeuntibus ſpicis: ſub pede Liberi patris vuae diſſilient, ex quibus collecti liquores, laudem nectari praeripientes, riuos per prona montium deuoluent. Et 16) quos ſecundum perennium aquarum ripas et margines paſtoritia plebs vocibus admetitur numeros, depreſſa vallium acceptos reiicient, gregibus interea carpentibus pabulum, et luporum ſecuritate inter floſculos herbeſcentis ſoli 17) lepide graſſantibus ad ſaliendi laſciuiam.

CAPVT XVIII.

Tu vero, Idomeneu, ſcatebra ſi fueris tam multiplicis boni: ſi tot populi ſuauiter acquieſcent ſub vmbra tuae manſuetudinis; nonne 1) facultatem fortis etiam optimae ſuperabis? annon haec te gloria magis moueat, quam vaſtare regna, 2) terrarum ſuarum angulos omnes haud paulo, quam deuictarum gentium, minus obſerere caedibus, implere tumultu, formidine, ſuſpiriis, terrore, inedia, deſperatione?

Fortunatum ſane regem, ſi quem deorum fauor animo tam excelſo inſtrueret, vt hunc in modum ipſe velit eſſe populi voluptas, regnique ſui amoenum idque perenne ſpectaculum! Vniuerſus terrarum orbis tantum abeſt, vt poteſtatem eius propulſaret armis, vt etiam ſupplex eamdem ſibi depoſceret.

Obii-

Hände an denſelben legen werden. 15) flauebit - - deuoluent, der kurze Sensus davon iſt dieſer: es wird reichliche Erndten und Herbſt geben. 16) quos ſecundum - - reiicient, die Hirten-Lieder, welche dieſe an den Ufern der Bäche anſtimmen, werden von den tiefen Thälern zurück ſchallen. 17) lepide graſſari ad ſaliendi laſciuiam, ſich luſtig machen und ſpringen.

(Cap. XVIII.) 1) facultatem fortis etiam optimae ſuperare, der allerglücklichſte Herr ſeyn. 2) terrarum - - caedibus, faſt eben ſo arg ſeine eigene, als fremde, überwun-

Obiiciente Idomeneo, tam opulenta pace ſi fruerentur, fore demum, vt labefactatis voluptate moribus 3) fortunas ſuas in auctorem earum, regem, arment; falſo id timeri a regibus Mentor aſſerebat, tamque 4) ſpecioſo titulo ciuem cenſibus atterenti regum luxuriae plerumque patrocinari adulationis mendacium. Sed en! quam facile ſit hunc metum eximere regibus. Quas modo condidimus agrarias leges, ipſae induſtriam viuendi rationem ab iis exigunt. Namque remotis opificiis et artibus, quibus parari amant opes ſuperfluae, praeter neceſſarium victum nihil, quantumuis diuites, poſſidebunt. Sed et diuitiis haud parum demet, quod 5) prono ad nuptias aditu plurimum augebuntur familiae. Quae ſi prolibus, non fundis abundent: cogentur 6) rem ruſticam, ne alimenta deficiant, continuata induſtria obire. Voluptas et otium inſolentiam ac ſeditiones cient. Tui vero panem quidem liberalem, at modo tum habebunt, 7) cum glebae, quam exercent, eorum ſudorem labor miſcuerit.

Ab hac ergo tam ſalubri continentia ne gens tua deſciſcat, iam nunc in portiones, quas ſingulae familiae poſſideant, 8) rura deſcribes. In ſeptem claſſes, quod noſti, ſeu ordines gentem omnem diuiſimus. Cuilibet familiae ſui ordinis haud amplius permittendum glebae, quam ad alendam ſe habebit opus. Quod ſi obſeruaueris inſtitutum, fieri non

 pot-

dene Völker mit morden ruiniren. 3) fortunas ſuas armare in aliquem, ſein Glück und Macht wider einen zu eines Schaden anwenden / gebrauchen. 4) ſpecioſo - - patrocinari, unter einem ſcheinbaren Vorwand der Land und Leut verderblichen Schwelgerey der Könige ſuchen das Wort zu ſprechen. 5) prono ad nuptias aditu, dardurch / daß man ihnen den Weg zum heurathen leicht machet. 6) rem ruſticam obire, dem Feldbau abwarten. 7) cum glebae - - miſcuerit, wann ſie mit ihrem ſauren Schweiß die Erde bauen werden. 8) rura deſcribere, die Felder vertheilen.

poterit vt nobilis 9) in fundos pauperum inuolet. Aliquid ruris, quod colant, habebunt singulae, permodicum tamen: at eo ipso ex capite amplius feruebit huius permodici colendi industria. Quod si autem longa aetate agri deessent auctae incolarum multitudini, deducendae forent coloniae, incremento huius imperii profuturae.

CAPVT XIX.

Praeterea vtilissime mea ipsius opinione curaueris, ne vina in regno tuo 1) nimium vulgentur vsu. Destruendae igitur, si abundent, vineae. Magnorum enim malorum semen vinum. Morbos, lites, seditiones, otium, laboris fastidia, turbas domesticas gignit. Aut igitur reseruandum ceu salutare medicamentum, aut, quoniam singularis est illius inter liquores praestantia, ad libationes tantum, quas in celebritatibus extraordinariis dii accipiunt. Verum huic instituto, quod refert tanti, nisi tu eius praeibis exemplum, ne putes fore, qui se accommodent. Proximum, quod agas, est, vt Minois 2) legibus de instituenda sobole perpetuam obseruantiam afferas. Aperiendi litterarii ludi, qui ad deorum timorem, ad amorem patriae, ad legum reuerentiam, ad honorem, voluptati, quin ipsi vitae praeferendum, 3) initia aetatis erudiant.

Magistratus faciendi, in recte obseruandis familiarum tum omnium, tum singularum moribus occupati. Sed et tu partem huius curae tibi putes suscipien-

9) in fundos pauperum inuolare, in die Güter der Armen Eingriff thun.

(Cap. XIX.) 1) nimium vulgari vsu, gar zu gemein/ zu viel gebraucht werden. 2) legibus perpetuam obseruantiam afferere, machen/ daß die Gesetze immerzu fleissig gehalten werden. 3) initia aetatis erudire, die Jugend unterrichten.

cipiendam, vtpote ob id maxime rex seu pastor populi, vt gregi tuo dies noctesque inuigiles. Ita 4) magnae peruersitatum criminumque multitudini praeuertes. Quibus vero praeuertere non possis, illico, et, quibus par est, suppliciis ea vindica. Beneficium est, maturata animaduersione cursum iniquitatis reprimere. 5) Hominis vnius morte ingentes redimuntur clades, efficiturque, vt postea rarius quoque adhibita timeatur seueritas. At vero quam detestabile praeceptum est persuadentium sibi, securitatem non dari, nisi populos opprimant: erudiri et instituì eos non curent: ad semitam virtutis adducere 6) sibique conciliare negligant: minis et terroribus in desperationem extremasque angustias ita impellant, vt numquam possint aut libere respirare a miseriis, aut tyrannidis iugum a fessis ceruicibus abiicere. Haeccine ratio imperii pacifici? haeccine ratio enitendi ad gloriam?

CAPVT XX.

Scito, minimum reges posse, vbi 1) exercent imperiosissimum imperium. Rapiunt, destruunt omnia: solum omne possident. Sed et istud 2) languet; et solitudinis instar iacet incultus ager. Attenuantur in dies oppida: exarescit opum scatebra, commercium. Rex, qui nec solus regere potest omnia, nec rex esse nisi per suos, ipse paullatim facit, vt pereat, dum sensim subtractis opibus perire cogit suos, per quos et diues et potens est.

 3) Exui-

4) magnae -- praeuertere, vielen Unordnungen und Lastern vorbeugen. 5) hominis -- clades, durch eines Menschen Tod werden nachgehends viele andere verhütet/ abgewendet. 6) sibi conciliare, eine Liebe und Vertrauen gegen sich erwecken.

(Cap. XX.) 1) exercere imperiosissimum imperium, mit gar zu groser Gewalt und Strenge herrschen/ regieren. 2)

3) Exuitur regnum copia fortunarum et hominum; quod quidem damnum maximum est minimeque reparabile. Quot habet sibi subditos, tot facit 4) limitum non patiens potestas eius mancipia. Vallatur obsequiosis adulatorum cumulis. 5) Fingitur illi cultus, quem debemus caelestibus: ad eius palpebrae trepidatur motum. At 6) subeat vel tantilla mutatio: 7) desiderabit auxilium tam portentosa et nimis violenta potentia. Alienati tum a domino sunt populorum animi, fessisque tyrannide et acerbatis cunctis imperii statibus, nulla eidem relinquitur fiducia praestandi a suis auxilii. Violenter imperando cogit membra huius corporis omnia vno ardore mutationem anhelare. 8) Primus quisque ictus, qui in vanum non labitur, idolum tantae crudelitatis praecipitat, et 9) calcium supponit ludibrio. Contemtus, odium, metus, 10) exulcerati dolor animi, diffidentia, omnes denique 11) motus, quibus in diuersa solet humana mens trahi, iunctis viribus se opponunt tam inuisae potentiae. Rex, cui 12) rebus inaniter florentibus nemo audebat, quae vera essent, exponere, illis mutatis, reperiet neminem, cui aut excusatione aut defensione videatur dignus.


Adeo

languere, abnehmen/ seine Kraft verlieren. 3) exuitur -- hominum, sein Reich leidet endlich Mangel an Geld und Einwohnern. 4) limitum non patiens potestas, eine unumschränkte Herrschaft. 5) fingitur -- caelestibus, man stelle sich/ als verehrte man ihn göttlich. 6) subeat -- mutatio, lasse die geringste Reuolution entstehen. 7) desiderare auxilium, Hülfe brauchen/ nöthig haben. 8) primus -- labitur, der erste Streich/ der ihm glücklich beygebracht wird/ nicht fehl schläget. 9) calcium supponere ludibrio, unter die Füsse treten. 10) exulcerati animi dolor, der Verdruß von dem bösen Gewissen. 11) motus -- trahi, die so mannigfaltige Bewegungen/ die das Gemüth hin und her treiben/ beunruhigen. 12) rebus inaniter florentibus, in seinem

Adeo non potuit his argumentis refragari Idomeneus, vt deinceps nihil cunctaretur, vacuum solum in certos modos seu portiones digerere, tum vt eas inutilium artium hominibus et operariis frequentaret, tum vt omnia, quae destinauerat animo, exsequeretur. Ceterum exceptos agros voluit, quos 13) vacantibus caementitio operi assignauerat: quoniam 14) nisi perfecto oppido agri curam possessorum suorum manumque non poterant accipere.

Finis Libri Duodecimi.

eitlen vermeyntlichen Wolstand. 13) vacantes caementitio operi, Steinmetzen / Maurer. 14) nisi - - accipere, diese Besitzere derselben konnten nicht eher als bis die Stadt ausgebauet / Sorge und Hand an den Feldbau legen.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER DECIMVS TERTIVS.

CAPVT I.

Iamque 1) dissipati de moderato placidoque Idomenei imperio rumores adeo nonnullarum gentium excitabant fiduciam, vt turmatim concursantes, 2) ad ciuitatem eius peterent adscribi, fortunam suam experturi tam bono domino. Iam 3) illa quoque spinarum peruetusta seminaria spem opimae messis faciebant, frugumque, quas tum

(Cap. I.) 1) dissipati rumores, die ausgebreitete Nachricht. 2) ad ciuitatem alicuius adscribi, in eines Stadt aufgenommen werden. 3) illa - - seminaria, die von alten

tum primo didicerunt gignere. 4) Parabat vomere diffracta tellus pingue labori praemium. 5) Bona non minus, quam illustria futuri argumenta vbique elucebant. Quippe et per valles, editosque colles 6) diffusi ouium qua adulti, qua iuniores greges, qui frequenti per herbas saltu dabant agreste spectaculum; et in praealtis montibus armenta, quorum sua quaeque voce iugisque repercusso sono 7) noua sibi pascua gratulabantur.

Ceterum 8) bonitas agrorum aucta per ipsum, quod pascebant, pecus; cuius quidem comparandi rationem Mentor inuenit. Suadebat scilicet Idomeneo, vt quae Salenti redundarent ob interdictum eorum vsum, traderet vicinae Peuceticorum genti pro pecoribus, quorum inopia Salentini laborabant.

Vrbs item, et, quae ad eam pertinebat, vicinia, egregia iuuentute coepit abundare. Haec quippe diuturna calamitate maiorisque metu incommodi adhuc 9) absterrebatur ab ineundis connubiis. Sed cum videret, Idomeneum posita feueritate animo valde mitescere, neque tam agere regem, quam patrem; nihil deinceps formidinis aut a fame aut ab iis erat malis, quibus ira deorum solet in mortales animaduertere. Itaque hinc clamor laetantium, hinc pastorum ruricolarumque 10) hymenaei complebant feliciter mutatum imperium. Putasses, Panem cum Faunis et Satyrorum choro 11) Nymphas ad

Zeiten her mit Dornen bewachsene Felder. 4) parabat -- praemium, das gepflügte Feld zeigte schon reiche Früchten der angewandten Arbeit. 5) bona -- elucebant, es zeigten sich überall herrliche Spuhren von dem künftigen bessern Zustand. 6) diffusi -- greges, es lieffen hie und da Heerden von Schafen und Lämmern. 7) noua -- gratulabantur, sie bezeugten ihre Freude über der neuen Waide. 8) bonitas -- pecus, das Vieh diente selbst auch zur Verbesserung der Felder. 9) absterreri ab ineundis connubiis, vom heurathen abgeschröckt werden. 10) hymenaei, Hochzeit-Lieder; Verheurathungen. 11) Nymphas -- ducere, mit denen

ad tibiae numeros vmbratilem in orbem ducere. Nihil hic turbulentum, 12) nihil alienum a laetitia, quae per omnes ordines ea moderatione vagabatur, vt non 13) dissoluendis animis, sed relaxandis a diuturno labore videretur concessa. Vnde maior inerat in ea vigor, maior castimonia.

Qui grauiores iam annos agebant, 14) vt in extremum vitae suae viderunt incidere, quae longa ipsorum aetas 15) ne tenui quidem spè libare vmquàm sustinuerat: 16) admiratione et stupore defixi ibant in tenerrimas lacrimas, tendentesque ex senio vacillantes manus precabantur: Propitius esto, magne Iupiter, regi, qui similis tui est, maximumque, quo nos fortunasti, munus datus est saluti hominum. Redde igitur ipsi salutem omnem, 17) quam ipsi nos debemus. 18) Nascituri ex toris nostris, quibus ipse fauit, nepotes pio huic regi debeant omnia, et ipsum adeo nascendi beneficium, ita quidem, vt is re ipsa omnium suorum futurus sit pater. Haec senes. Iuniores autem 19) regio fauore adducti ad thalamum, perpetuo cantu, quippe vnico monstrandi gaudii subsidio, auctorem huius voluptatis suae celebrabant. Numquam passi ex ore abesse illius nomen, tantum abest, vt vmquam dimitterent ex animo. Pars felicitatis reputabatur eum

Nymphen nach der Flöten in den schattichten Wäldern ihre Reyhen/ Tänze/ halten. 12) nihil alienum a laetitia, nichts das die Freude störet. 13) dissoluere animos, die Gemüther ausgelassen/ wollüstig machen: zu ausgelassenem üppigen Wesen Gelegenheit geben. 14) vt in -- incidere, da sie gesehen/ daß sie in ihrem Alter noch erlebten. 15) ne tenui quidem spe id libare sustineo, ich darf mir nicht die geringste Hofnung darzu machen. 16) admiratione -- lacrimas, fiengen an vor Verwunderung und Erstaunen/ die zärtlichste Thränen zu vergiessen. 17) quam -- debemus, welches wir ihm zu danken haben. 18) nascituri -- fauit, die aus unsern Ehen/ worzu er uns selbst geholfen/ werden gezenget werden. 19) regio fauore -- thalamum, denen der König zu

eum aſpicere, et 20) caput ſummaque metuendorum, ne periret. Eo nempe ſublato 21) non domus, non familia erat ab extremo ſquallore vacatura.

CAPVT II.

Tum quidem Idomeneus haud temperauit ſibi, quo minus fateretur Mentori, numquam tantam fuiſſe voluptatem ſuam, quanta nunc ſit, cum populis amori eſſet, et ſaluber tot ciuibus. Numquam, inquit, hec perſuadebam mihi. Credidi, fruſtra regem dici, qui ſe non redderet terribilem; viuereque regis cauſſa, quisquis non eſſet rex. 1) Ridebam cum anilibus gerris, quidquid laudabatur de regibus, qui amori, qui voluptati fuiſſent ſuis. Alia et veriora nunc credo. Ceterum 2) haud ignorare te decet, qua ratione inde ab vnguiculis peruerſa regiae maieſtatis opinione, vnde omnium malorum meorum origo, animus meus ſit deprauatus. Haec praefatus rex, ita coepit diſſerere:

Proteſilaus erat, 3) aetate me paullo ſuperior, quem omnium maxime diligebam. Arridebat vigor animi audaciaque eius. 4) Conſors oblectationum mearum et palpator cupiditatum, Philoclem quemdam, annis et fauore meo parem ſibi, 5) obiecit ſuſpicioni. Is vero timore reuerebatur deos, 6) animique magnitudinem ſui multa prudentia modeſtiaque

ihren Heurathen geholfen. 20) caput ſummaque metuendorum, das war das einige / und vornehmſte / was ſie beförchteten. 21) non domus - - vacatura, es würde kein Haus / keine Familie von Verwüſtung und Betrübniß frey bleiben.

(Cap. II.) 1) ridebam cum anilibus gerris, ich verlachte es als alte Mährlein. 2) haud - - decet, ich muß dir doch erzehlen. 3) aetate - - ſuperior, der um etwas älter war als ich. 4) conſors - - cupiditatum, er nahm Theil an allen meinen Ergötzlichkeiten / und ſchmeichelte mir bey meinen Paſſionen. 5) obiicere aliquem ſuſpicioni, einen in Verdacht bringen bey einem. 6) animi - - commendabat, er beſaß bey ſeinem

ſtiaque commendabat. Magnum cenſebat, non qui dignitate efferretur ſupra ceteros, ſed ipſe ſe vinceret, 7) nec ageret, quod indignum et inferius ſe. De erroribus vitiisque 8) libere me compellabat; et ſi quando id minus audebat, 9) ipſum ſilentium eius, et quam praeferebat ore, triſtitia loquebantur, quae peccaueram.

Et initio quidem mihi candor eius non diſplicuit; crebroque receperam ipſi, vt ab adulationibus abesſem, 10) ſemper vacuas aures meas integerrimasque eum inuenturum. Docebat fideliſſime, quae agenda 11) volenti premere Minois veſtigia, et meditanti ſalubria imperio. 12) Sapientia eius vt decebat tuae: ita praecepta, id quod nunc agnoſco, erant ſimpliciter bona. At at ea fuit Proteſilai et aemuli et ambitioſi hominis calliditas, vt nouerit Philoclis 13) taedium ſenſim animo meo ſubiicere. Is nihil inde motus 14) in inferiori amicitiae meae gradu, in quem detrudebatur Proteſilai inuidia, ſe moderate continuit; ſatisque ipſi fuit, quod verum erat, 15) paratis auribus non in commodum ſuum, ſed ſalutem regis continenter occinere. Proteſilaus non

Großmuth viele ꝛc. 7) non agit, quod - - ſe, er begeht nichts unanſtändiges/ oder niederträchtiges. 8) libere compellare aliquem de re, einem etwas frey vorhalten. 9) ipſum - - peccaueram, ſein Stillſchweigen ſelbſt/ und die Betrübniß ſeines Angeſichts ſagten/ zeigten mir zur Genüge an/ was ich verſehen hatte. 10) ſemper vacuas - - inuenies, du wirſt allezeit ein williges und geneigtes Gehör bey mir finden. 11) volenti - - veſtigia, wann ich wollte in des Minos Fußſtapfen eintreten. 12) ſapientia - - tuae, an Weisheit kam er zwar dir bey weitem nicht gleich. 13) taedium alicuius ſenſim animo alicuius ſubiicere, einen nach und nach bey jemand verhaßt machen/ einem entleyden. 14) in inferiori - - continuit, er bezeugte ſich ganz gelaſſen/ daß der andere/ der ihn aus Neid vorgedrungen/ mehr bey mir galt. 15) paratis auribus verum continenter occinere, einem ſo lang er es hören mag die Wahrheit immer vor-

non aduertenti mihi persuaserat, Philoclem 16) laborare morosa superbia: inde licentius eum obseruare, quae agerem, 17) nihilque a me exigere fauoris, vt crederetur homo esse, 18) ad quem honorum cupido non pertingeret. Adiecitque, hunc iuuenem eadem libertate, qua me commoneret 19) errorum, iis etiam palam commemoratis 20) regiam existimationem offendere, quam in animo eius exoleuisse satis manifestum sit; 21) attritaque huuc in modum principis fama, simulatione austerae virtutis 22) iter ad coronam eum meditari.

CAPVT III.

Difficile mihi erat initio credere, Philoclem adspirare ad regium decus. Est enim haec non simulatae virtutis indoles, vt 1) candor eius et integritas imitatione possit exprimi nulla, nec 2) errori in ea sit locus, modo aduertas ad eam animum. Ceterum et constantia, qua post delicta oppugnabar a Philocle, grauis mihi coepit esse, et Protesilai indulgentia 3) sollertiaque, infinitis oblectationibus, quae regium animum allicerent, inueniendis

sagen. 16) laborare morosa superbia, ein eigensinniger hochmüthiger Mensch seyn. 17) nihil ab aliquo exigere fauoris, sich nichts um eines Gunst bekümmern. 18) honorum cupido ad eum non pertingit, er läßt sich nicht vom Ehrgeitz einnehmen. 19) palam commemorare errores alicuius, eines Fehler ausschwätzen / bey andern ausbreiten. 20) regiam alicuius existimationem offendere, eines königlichen Reputation zu nahe treten. 21) atterere Principis famam, den Ruhm des Fürsten zernichten. 22) iter ad coronam meditari, sich suchen einen Weg zur Regierung zu bahnen.

(Cap. III.) 1) candor virtutis imitatione nulla potest exprimi, Aufrichtigkeit der Tugend läßt sich nicht leicht nachthun. 2) in hac re errori non est locus, man kan daran nicht irren. 3) sollertia infinitis oblectationibus inueniendis abunde sufficiens, ein kluger Fleis / unzehliche neue Er-

niendis abunde sufficiens, placere vsque adeo, vt austerum hominem vehementius auersarer.

Inter haec Protesilaus iniquissime ferens, 4) me delectu aliquo et sapientia ea credere, quibus criminabatur aemulum: de illo dehinc silere constituit, mihique 5) admouere arietem, suada Attica potentiorem. Itaque hanc ille mihi splendidissimam 6) fraudem. Suadebat, Philoclem praeficerem classi, quam in Carpathios destinaueram. Id vt persuaderet: Laudem, inquit, quam ipsi tribuo, nosti carere dolo. Fateor intrepidum eum esse, et aptum bello, tibique ante alios profuturum. Atque istud mouet, vt 7) omnibus insuper habitis, quam in eum concepi, missam iram faciam.

Cumulabar insolenti gaudio, cum in Protesilao, 8) maximarum rerum mearum administro, animum tam sincerum, tam aequum, quod credebam, deprehenderem. Inuolabam in collum eius, gestiente laetitia, 9) reputans, merito amplius a me deberi fortunae, quod maximam fidem ante alios tam egregio, vt visum, cupiditatum rerumque suarum victori habuissem. At o miseros principes! homini illi, quam mihi, meum ipsius 10) ingenium plus erat perspectum. Non ignorabat, 11) reges plerumque et suspicionibus, et incuria rerum suarum teneri: suspicionibus, quod sciunt adesse lateri, qui deci-

gößungen aussindig zu machen. 4) me - - credere, daß ich mit einiger Ausnahm und Klugheit dasjenige glaube/ nicht alles obenhin glaube. 5) admouere alicui - - potentiorem, auf eine solche Weise einen angreiffen/ die weit mächtiger ihn zu überreden/ als die allergröseste Beredsamkeit. 6) fraudem, sc. imponebat, admouebat. 7) omnibus insuper habitis, mit Beyseitsetzung alles andern. 8) maximarum - - administro, dem ich meine wichtigste Sachen anvertrauet. 9) reputans - - fortunae, ich hielte mich vor weit glücklicher. 10) ingenium tuum plus mihi perspectum est, quam tibi, ich kenne dich/ deine Gemüths Eigenschaft besser als du selbst. 11) reges - - tenentur, Regenten sind gemeiniglich

decipiant; incuria, quod 12) voluptatibus impares onera sua alienos in humeros deuoluunt 13) iurati fiducia obsequii, neque publicis fatigari rebus volunt. Itaque ominabatur ille, facillimum sibi fore, apud me in inuidiam rapere hominem, 14) maxima moliturum; neque dubitabat, aduersarii absentiam sibi occasionem premendi eius praebituram.

Philocles, cum ingrederetur viam, satis certus eorum, quae sibi possent euenire: Memineris, rex, inquit, 15) me deinceps accusatum iri nemine aduocato. Qui me odit, audietur vnus. Dumque foris pro te 16) periclitabor vita, mercedis loco timere debeo, ne domi tua 17) pericliter gratia. Ego vero: Deciperis, mi bone, aiebam. Alia atque tu existimas et meliora Protesilaus de te. Probat te: admiratur, dignumque censet, quem rebus summis praeficiam. Suspectus mihi erit, si quando obtrectator tuus. Pone metum: proficiscere, duntaxat sollicitus, vt cum fide seruias mihi. His dictis ille proficisci, ego 18) mirabili peruersitate rerum implicari.

CAPVT IV.

Satis perspicuum mihi erat, amice, haud paucis opus esse, quos consulerem, pestemque tum gloriae meae, tum rerum mearum fore, si fidei vnius duntaxat hominis me crederem. 1) Vsu etiam

mißtrauisch / und nicht sorgfältig genug in ihren Sachen. 12) voluptatibus impares sunt, sie können den Wollüsten nicht genug widerstehen. 13) iurati fiducia obsequii, indem sie sich auf deren Eyd verlassen. 14) maxima moliri, die gröste Dinge unternehmen. 15) me - aduocato, daß ich in Zukunft öfters bey dir fälschlich werde angegeben werden / und niemand haben / der mich vertheidige. 16) periclitari vita, sein Leben in Gefahr setzen. 17) periclitari gratia alicuius, eines Gunst verlieren. 18) mirabili - - implicari, in grose Verwirrung hinein gerathen.

(Cap. IV.) 1) vsu discere, aus der Erfahrung lernen /

ipſo didici, me Philoclis conſilio multa defugiſſe errandi pericula, in quae eram incurſurus faſtu. Neque illud ignorabam, Philoclem tam candore animi, quam aequitate praeceptorum Proteſilao longe praeferendum. Proteſilaus mea indulgentia iam iam aſſueuerat mecum aequo liberius, adeoque 2) loqui cum imperio, vt tantum non cogerer obſequi. Permoleſtum mihi erat continenter pati a latere duos, quorum ſenſus coniungere non poteram. 3) His itaque turbis cum exemtum vellem hunc animum, malui 4) imbecillitati meae concedere, agereque, quod rebus quidem meis damnum; 5) locum tamen vna mihi faceret libere tantiſper reſpirandi. Fateor, tam 6) infandam cauſſam fuiſſe ſuſcepti conſilii, vt eam ipſe mihi occulerem, neque ſerio vmquam animo auderem penſare. At quod cognoſcere puduit animum, non puduit ſequi. Hoc quippe omnino ad omnia me, quae deſtinaueram, impulit.

Philocles 7) ad internecionem caeſis hoſtibus, vt malignis Proteſilai conſiliis celeritate praeuerteret, 8) maturabat adornare reditum: cum ab aemulo, cui 9) nondum aptum ſe tempus praebuerat me decipiendi, litteras accipit, nunciantes, petere regem, vt 10) facta exſcenſione in Carpathia, vtiliorem redderet victoriam. Et ſane perſuaſit mihi Proteſilaus, inſulam 11) nullo fere negotio poſſe obtineri. Interim 12) eum

überzeugt werden. 2) loqui cum imperio, befehlsweiß mit einem ſprechen. 3) his turbis exemtum volo hunc animum, ich will mich von dieſer Gemüths-unruh los machen. 4) imbecillitati ſuae concedere, eine Foibleſſe, Schwachheit begeben. 5) locum ſibi facere, libere tantiſper reſpirandi, ſich ein wenig Luft machen. 6) infanda cauſa, ſchändliche urſach / die man nicht ſagen ſollte. 7) ad internecionem caedere hoſtes, die Feinde auf das Haupt ſchlagen. 8) maturat adornare reditum, er ſuchet ſeinen Ruckmarſch zu beſchleunigen. 9) nondum mihi aptum tempus ſe praebuit, ich hab noch keine gelegene Zeit bekommen. 10) facere exſcenſionem in regione, eine Landung thun. 11) nullo ne-

12) eum tenuit modum agendae rei, vt Philocles magna rerum necessariarum laboraret inopia. 13) Mandatis item onerabat eum eius generis, quibus 14) magna bello difficultas afferebatur. Interea erat ex meis domesticis, cuius 15) operam conduxerat, homo peruersissimi animi, 16) nihil non Argi instar obseruans, perscrutansque, vt perferret ad eum, cui fidem suam vendiderat: etsi ambo hi homines rarius loco, animis numquam viderentur conuenire.

Timocratem appellabant. Forte monebar ab eo secretius, dicente, 17) formidolosa esse, quae cognouisset. Philocles, inquit, classe tua vtetur, Carpathiae 18) vt imperet: Duces copiarum in partes suas traxit: gregarios sibi deuinxit donis et indulgentia vitiorum. 19) Tumet victoria. Ecce tibi litteras, (nam et has tum proferebat) quibus amicorum quemdam docet, 20) animo se destinasse sibi imperium. Manifestum perfidiae argumentum est. Dubitare non licet.

CAPVT V.

Legebam litteras; et videbantur Philoclis exaratae manu. Sed eam Protesilaus et Timocrates adulterauerant, 1) similitudinem eius penitus assecuti. Quibus ego litteris incredibiliter perturbari:

gotio, gar leicht / ohne einige Mühe. 12) eum - - rei, er hat die Sache so eingerichtet. 13) mandatis - - generis, einem einen Hauffen solcher Befehle zuschicken. 14) magna - - affertur, der Krieg wird sehr beschwerlich gemacht. 15) operam alicuius conducere, einen zu seinen Diensten bestechen. 16) nihil - - obseruans, der auf alles genau acht hatte / lauerte. 17) formidolosa sunt, quae cognoui, ich habe was förchterliches / sehr gefährliches erfahren. 18) vt imperet, daß er Herr werde über ꝛc. 19) tumere victoria, über seinen Sieg hochmüthig seyn. 20) animo sibi destinauit imperium, er geht damit um / daß er sucht König zu werden.

(Cap. V.) 1) similitudinem manus alicuius penitus assequi.

ri: 2) iterum iterumque recurrere ad epistolam. 3) Imperare mihi non potui, vt crederem, Philoclem scripsisse, 4) recolente turbulento animo insignes notas, quibus 5) a sordido et ancipiti ingenio testabatur se abesse. Sed quid tunc ego consilii? qui resisterem litteris, quas a Philocle non dubitabam venisse? At Timocrates, vt vidit tuto latere fraudis suae initia, liberumque iam esse 6) grassari fraudibus, 7) maiores fallaciae offusurus tenebras, 8) dubium, quid agendum sibi esset, prae se ferens animum: si pateris rex, inquit, indicabo non nihil, cuius haec pagina admonet. Scribit amico Philocles, posse illum cum Protesilao de re secreto agere, quam incognitis notis texisset. Quis dubitat Protesilaum cum Philocle 9) esse in eodem consilio, amicitiamque instaurasse tuo ipsius detrimento? illum non ignoras 10) omnem mouisse lapidem, vt Philocles mitteretur in Carpathios. Interea temporis 11) suae in eum temperauit dicacitati, qua alioqui onerauerat aures tuas. Quin 12) oblata opportunitate in laudes eius et purgationes perstudiose excurrit. 13) Aliquamdiu nihil humanius vtriusque congressu, officiosius nihil. Occulte inter se (quid dubitas?)

eines Handschrift völlig nachmachen. 2) iterum -- epistolam, ich lase den Brief einmal über das andere. 3) imperare -- crederem, ich konnte es nicht glauben. 4) recolente -- notas, da ich mir bey meiner Bestürzung zu Gemüth führte die viele und herrliche Merkmale. 5) a sordido et ancipiti ingenio abesse, kein so schändlich und betrüglich Gemüth haben. 6) grassari fraudibus, seinen Betrug noch weiter treiben. 7) maiores -- tenebras, um mich noch mehr hinter das Licht zu führen. 8) dubium -- animum, stellte er sich als wüßte er selber nicht / was zu thun wäre. 9) esse cum aliquo in eodem consilio, mit einem unter einer Decke liegen. 10) omnem mouere lapidem, sich alle Mühe geben. 11) suae -- tuas, hat er bey weitem dir nicht mehr so viel wider ihn vorgeschwatzt / wie er vorher nur zuviel gethan. 12) oblata -- excurrit, er hat ihn bey Gelegenheit sehr geflissen gerühmt / und entschuldiget. 13) aliquamdiu

bitas?) constituerunt diuidere occupatae Carpathiae imperium. Ecquid vides, dum voluit non abiri ab hoc 14) proposito, omnibus rationis praeceptis quantumuis inimico, classem tuam 15) exponere eum praesentissimo discrimini, 16) ne quid ambitionis suae interciperet cursum. Nisi inter eos essent sublata odia, Protesilaum credis 17) famulari velle impio Philoclis desiderio? Omitte, quaeso, et noli porro dubitare, ambos eo consilio rediisse in amicitiam, vt 18) ad eas euehantur vires, quae forte ad solii tui euersionem spectant. Scio, nisi candor hic meus te mouerit, 19) vt viribus et potestate tua exutos reiicias, eorum 20) vindictae me obiici: sed istud me non tangit. Satis mihi est, id, quod res erat, dixisse.

Magnam vim vltima Timocratis verba habuerunt. Desii dubitare de proditione Philoclis, coepique Protesilaum suspectum habere, 21) addictumque proditori meo. Interea monere Timocrates non destitit: occupata Carpathia 22) non esse, quae Philoclis iniici consiliis possit, moram. Iuberem comprehendi, 23) dum facultatis adhuc esset meae.

 24)

-- nihil, ihr umgang war eine Zeitlang gar zu freundschaftlich. 14) propositum, omnibus -- inimicum, ein Vorhaben, das wider alle Regeln der Vernunft streitet. 15) exponere classem praesentissimo periculo, eine Schifflotte der augenscheinlichsten Gefahr exponiren, aussetzen. 16) ne quid -- cursum, nur damit er zu seinem ehrgeitzigen Endzweck ohne Hinderniß gelangen möchte. 17) famulari alicuius impio desiderio, einem in seinem unrechtmässigen Verlangen zu Diensten seyn. 18) ad eas euehi vires, sich zu einer solchen Macht empor schwingen. 19) vt viribus -- reiicias, daß du ihnen die Macht und Gewalt nehmest, die du ihnen gegeben. 20) vindictae alicuius obiici, ein Schlachtopfer eines Rache werden. 21) addictum esse alicui, es mit einem halten. 22) non est, quae consiliis eius iniici possit mora, es ist nicht mehr möglich, sein Vorhaben zu hintertreiben. 23) dum -- meae, so lang ich noch

24) Tota cogitatione auerſabar tantae ſimulationis ſcelus, fruſtraque apud animum meum exquirebam, quem 25) in arcanorum meorum ſocietatem deinceps cooptarem. Detecta quippe proditione Philoclis, audebam de fide vniuerſi humani generis dubitare. Statutum erat, 26) primo quoque tempore locoque ab vſura lucis amoliri monſtrum tantae perfidiae. Sed 27) ea conſtantia ſuſceptum conſilium ipſe Proteſilai metus ſuſpendit. Verebar 28) tam vt inſons eſſet flagitii, quam dignus, cui vel apicem arcanorum meorum porro aperirem.

CAPVT VI.

Vicit tandem perturbatio conſilium, effecitque, vt ſignificarem eidem ipſi, ſuſpicionem concitaſſe meam Philoclem. Tum ille demonſtrare eius 1) mores tam bonos, tam expertes praui deſiderii: celebrare obſequia: nihil denique omittere, quod mihi ſuam amborum perſuaderet concordiam. Neque Timocrates diſtulit, me pluribus argumentis conſenſus eorum certiorem facere, hortarique, dum liceret per tempus, Philoclem priuarem vita. Hem miſeros reges, qui, 2) vbi contremiſcunt eorum pedibus aduoluti populi, 3) vel tum iniqui-

könnte / ſo lang ich ihn noch in meiner Gewalt hätte. 24) tota cogitatione auerſari ſimulationis ſcelus, einen gänzlichen Abſcheu vor boshafter Verſtellung haben. 25) in arcanorum ſocietatem cooptare aliquem, einem ſeine Heimlichkeiten anvertrauen. 26) primo -- perfidiae, aufs bäldeſte einem ſo treuloſen Menſchen das Licht ausblaſen / hinrichten laſſen. 27) ea conſtantia ſuſceptum conſilium, das ſo veſt vorgenommene Vorhaben. 28) tam vt -- aperirem, er möchte eben ſo wenig unſchuldig / als würdig ſeyn / daß ich ihm nur das geringſte mehr vertraute.
(Cap. VI.) 1) mores -- deſiderii, ſein ſo redliches Bezeugen / und wie ſeine Abſichten auf gar nichts böſes abzielten. 2) vbi -- populi, wann andere unter ihren Füſſen zittern. 3) vel tum -- experiuntur, da wol am meiſten unglücklich

iniquitatem fortunae experiuntur, et vereri debent, ne 4) populorum ludibriis obiectentur.

Haud ambigebam, fore illustrissimum et 5) politico mori singulariter accommodatum facinus, 6) ingensque momentum ad infringendos Protesilai conatus, si Timocrati ad classem occulte ablegato negotium darem occidendi Philoclis. At Protesilaus, 7) quantum potest humanum ingenium, fallebat; et me quidem eo facilius, 8) quod consueta iudicandi praecepta imperauerunt, hunc eum habere hominem, qui sibimet ipsi imponi pateretur. Iamque Timocrates se dedit in viam; et forte Philoclem 9) aestuantem negotiis turbisque offendit, dum exscensionem molitur in insulam. Omnia quippe et singula deerant tanto negotio. Protesilaus enim adhuc incertus, fictaene litterae inimico suo essent allaturae exitium; huius parandi 10) aliam praeterea rationem putauit tentandam, sitamque in eo, vt, 11) quod ipse tanta spe auxerat, male cederet maritimae expeditionis consilium; quo facto aemulus non posset offensam meam subterfugere. Ceterum 12) tantae molis bellum Philocles tum inuicta animi magnitudine, tum 13) viribus acerrimi ingenii, tum eximia, qua milites eum complectebantur, caritate strenue fortiterque gessit. Et quamquam manifestum erat militi, classem ad insulam sine insigni temeri-

seyn. 4) populorum ludibriis obiectari, andern zum Spott werden. 5) politico -- facinus, eine That/ worunter eine grose Politique steckte. 6) ingens -- conatus, sehr dienlich/ des Protesilai Vorhaben zu zernichten. 7) quantum -- fallebat, spielte seinen Betrug aufs höchste. 8) quod consueta -- hominem, weil ich nach allen Regeln eines richtigen Urtheils ihn vor einen solchen Menschen halten mußte. 9) aestuans negotiis turbisque, voll Geschäften und Unruh. 10) aliam -- tentandam, versuchte er noch auf eine andere Weise dieses zum Stand zu bringen. 11) quod -- auxerat, worzu er so grose Hoffnung gemacht. 12) tantae molis bellum, ein so wichtig/ beschwerlicher Krieg. 13) vires

meritate periculoque Cretensium non posse admoueri: tamen 14) non secus, ac de vita reque singulorum ageretur, ab omni exercitu est allaboratum, vt 15) secundis rebus tentaretur exscensio. Iucundum cuique videbatur promto paratoque semper animo subire discrimina 16) duce tam prouido, tamque sollicitae humanitatis in singulos.

Vltima profecto metuere Timocrates debuerat, cum tantae multitudini caput tantopere dilectum satagebat eripere. Sed caeca est, furere cum coepit, ambitio. Nihil Timocrati graue, nihil molestum nimis, vt Protesilao placeret, quocum sibi, vt crediderat, 17) supremam potestatem mei pollicebatur exstincto aemulo. Protesilaus certe ferre non potuit virum adeo integrum, qui sceleratam conscientiam eius vel solo castigabat aspectu, 18) omniaque consilia poterat me salubriter admonendo perturbare.

CAPVT VII.

Erant praefecti duo, perpetuo agentes cum Philocle. Horum 1) operam sibi Timocrates obstrinxit, donisque ingentibus a me tribuendis pellexit in scelus. Tum Philoclem moneri curat, afferre se arcana a rege, quae ipsi oporteret significari: 2) arbitrum praeter istos praefectos rei magnitudinem non pati. Quibuscum vbi est ad interiora diuer-

acerrimi ingenii, ausnehmende Klugheit. 14) non secus -- ageretur, nicht anders als wann es eines jeden einzele Sache und Leben angienge. 15) secundis rebus tentare exscensionem, eine Landung glücklich zu Stande bringen. 16) duce -- singulos, unter einem so klugen Anführer, und der sich gegen einen wie den andern so leutselig erzeigete. 17) supremam -- aemulo er machte sich Hoffnung völlig über mich zu herrschen, wann der Feind aus dem Weg geräumet wäre. 18) omnia -- perturbare, er konnte alle Anschläge durch seine heilsame Erinnerungen zernichten.
(Cap. VII.) 1) operam alicuius sibi obstringere, einen auf seine Seite bringen. 2) arbitrum -- pati, die Wichtigkeit

diuerforii receffum: ecce Timocrates 3) haftam infligit Philocli; at leuiori, quam deftinauerat, vulnere, 4) in vanum lapfo ferro. Ille nihil his perterritus arma extorquet proditoris manu, 5) praefens aduerfus auctorem fociosque fceleris auxilium: fimul edito clamore accurritur: perfringuntur aditus: Philocles liberatur, in quem vnum tres illi 6) fegniori ob conflernationem impetu irruerant. Comprehenduntur, discerpendi protinus, 7) (quae erat multitudinis indignatio) nifi efferatum militem imperator ipfe repreffiffet. Timocratem deinde 8) feorfum acceptum modeftiffime cauffam interrogat, quae eum impuliffet, haec vt pertentaret nefanda? protinusque ille, metuens, ne filentio afferret fibi exitium, 9) tabulas exhibet, quibus imperabatur, vt Philoclem caederet. Neque tunc 10) (vt proditioni femper propria trepidatio) aliud cogitabat animo, 11) nifi vt fimpliciter prolatis, quae a Protefilao male cogitabantur, vitae fuae confuleret.

Cohorruit Philocles, cum intelligeret, 12) quantam malitiam humanae mentis receffus et latebrae occulerent. Moderatione tamen in hoc articulo rerum cenfebat vtendum. Timocratem itaque non modo in concione pronunciauit innoxium, et, ne mali quid pateretur, curauit in Cretam referri; fed

Bb 5 et

der Sache laſſe es nicht zu / daß ſonſt jemand darbey ſeyer als dieſe zwey Capitains. 3) haftam infligere alicui, einem mit dem Dolch einen Stoß geben. 4) in vanum lapſo ferro, weil ihm der Stoß mißlungen. 5) praefens -- auxilium, um ſich darmit wider den urheber und ſeine Mithelfer zu wehren. 6) fegniore impetu irruere in aliquem, einen zu verzagt anfallen. 7) quae -- indignatio, ſo zornig war der Pöbel. 8) feorfum aliquem accipere, einen beyſeit nehmen. 9) tabulas exhibere, den Brief / die Ordre / weiſen. 10) vt -- trepidatio, wie bey der Verrätherey gemeiniglich Furcht iſt. 11) niſi vt -- confuleret, als daß er redlich des Proteſilai boshaftes Vorhaben entdeckte / und ſo ſein Leben rettete. 12) quantam -- occulerent, wie viel Bosheit in

et Polimeni tradidit imperium, 13) quem occiso Philocli in epistola substitueram; admonitisque copiis fidei, quam deberent mihi, leuiorem scapham de nocte conscendit, a qua in insula Samo expositus 14) vitam tenuem solitariamque, ceterum remotam a turbis, nunc agit. Quippe 15) ex statuaria alitur, 16) omnemque de exemplis perfidiae mentionem et de regibus maxime aspernatur, vtpote quos 17) et patiendi miseria, et caecutiendi voluntate putat ex omnium mortalium genere deterrimos.

CAPVT VIII.

Amplius dicturum Idomeneum hic Mentor hac interpellauit quaestione: num ignorasset diu, sibi imponi? Negauit Idomeneus; et: paullatim, inquit, vtriusque fraudes sensi. 1) Ipsi turbabant sese. Quippe 2) grauis est prauitati concordia. Amborum simultas omnino aperuit, 3) in quam detruserant me, abyssum. Eho! inquit Mentor, negligebas igitur et hunc et alterum tua 4) dimouere domo? Tune vero (Idomeneus regerit cum gemitu) ignoras languere, trepidare principes? actum de libertate regum est, cum se tradidere peruersis et audentioribus hominibus, 5) qui norunt frau-

dem menschlichen Herzen verborgen steckte. 13) quem -- substitueram, dem ich das Commando an des Philocles Stelle/ wann er würde getödtet seyn/ aufgegeben. 14) vitam -- agere, sein Leben in Armuth und Einsamkeit doch Ruhe zubringen. 15) ex statuaria ali, sich mit Bildbauer-Kunst nähren. 16) omnem mentionem aspernatur de hac re, er mag nichts davon hören. 17) et patiendi -- voluntate, weil sie am meisten leyden müssen/ und sich so gern blenden lassen.
(Cap. VIII.) 1) ipsi -- sese, sie wurden selbst unter einander uneins. 2) grauis -- concordia, es ist schwer/ daß die Böse lang einig bleiben. 3) in abyssum aliquem detrudere, einen in die Grube des Verderbens/ in äusserste Gefahr stürzen. 4) sua aliquem dimouere domo, einen von sich schaffen. 5) qui norunt -- vti, welche sich durch Betrug

fraudulenter efficere, vt eorum opera necesse sit vti. Ex omnibus illos 6) humanissime fouent, benignissime accipiunt, cumulant gratiis, 7) quibus omnium maxime viluerunt. Abominabar Protesilaum: 8) permittebam tamen perseuerare in imperio, pristinaeque grassari dignitatis loco. Imo, quod stupendum, gratulabar mihi, nosse artes hominis, 9) neque tamen par eram abrogandae potestati eius, quam ipse olim tribuebam. 10) Accedit, quod commodis erat moribus, et 11) obsequiosa industria lenocinandi anhelanti illicita, 12) studiosissimus denique vtilitatis meae. Et vt paucis omnia: reperiebam in eo, quod me mouerat, vt 13) meae ipsius imbecillitati patrocinarer. Nimirum 14) exulabat a me verae virtutis cognitio, quippe qui ignorabam 15) rebus meis peragendis operam bonorum hominum eligere, ratus neque bonos vsquam, neque fidem, 16) nisi in somniantium cerebro reperiri. Vnde 17) ipse non semel obloquebar mihi: quid iuuat 18) rem grandem moliri, vt liberere corrupti praesentia hominis, quo amoto necesse est tradere te

wissen nothwendig zu machen. 6) humanissime aliquem fouere, sich aufs freundlichste gegen einem bezeugen. 7) quibus -- viluerunt, welche sie am verächtlichsten tractiren. 8) permittebam -- loco, ich lies ihm sein voriges Ansehen und Gewalt. 9) neque -- eius, und war doch nicht im Stand / nicht so keck / ihm seine Gewalt zu nehmen. 10) accedit -- moribus, über das war sonst wol mit ihm umzugehen. 11) obsequiosa -- illicita, sehr geflissen / und dienstfertig / mir in meinen unerlaubten Begierden zu flattiren. 12) studiosissimus est vtilitatis meae, er ist sehr auf meinen Nutzen bedacht. 13) suae ipsius imbecillitati patrocinari, seine Schwachheit bey sich selbst entschuldigen. 14) exulat -- cognitio, ich kenne nicht / was wahre Tugend seye. 15) rebus suis -- eligere, redliche Leute sich zu seinen Diensten auserseben. 16) haec res nusquam nisi in somniantium cerebro reperitur, es ist ein leerer Traum / was man von dieser Sach sagt. 17) ipse -- mihi, ich redete mich oft selbst also an. 18) rem grandem moliri, sich grose

te in alterius manus eadem cupiditate, fraudulentia, dolo? Inter haec classis reducta a Polimene. 19) Neque ego obtinendae Carpathiae vel desiderio vel cogitatione occupabar amplius. Protesilaus autem 20) nulla simulandi disciplina adeo celare dolorem potuit, quem nuncii de incolumi Philoclis in Samon fuga illi inusserant, vt 21) notas eius deprehendere non debuerim.

Iterum interpellato sermone rogabat Mentor, comperto crimine num perseuerasset Protesilao 22) eumdem in morem vti? 23) Grauiorum rerum, inquit rex, peracerbus hostis, liberique captator temporis, nolebam ab hoc homine expediri. 24) Mutandus ordo fuisset, quem commoditati vitae meae aptaueram, 25) instruendusque alius negotiorum meorum administer. 26) Id autem vt agerem, numquam inducere in animum potui. Libuit ergo caecutire, vt ne viderem quidem, quae a Protesilao gerebantur cum fraude. 27) In eo duntaxat summa versabatur mei solatii, vt significarem quibusdam amicis, 28) non ignarum a Protesilao me falli.

CA-

Mühe geben. 19) non desiderio, non cogitatione amplius occupor huius rei obtinendae, ich habe kein Verlangen mehr/ und denke auch nicht mehr daran/ daß ich dieses erlangen wolle. 20) nulla simulatione adeo celare potest dolorem, er kan seinen Schmerzen nicht so gar verbergen. 21) notas doloris alicuius deprehendere, einem seinen Schmerzen anmerken. 22) eundem in morem vti aliquo, eben so vertraulich mit einem umgehen. 23) grauiorum rerum peracerbus hostis, liberique captator temporis, einer der wichtigen Geschäften feind ist/ und nur gern müssige Zeit hat. 24) mutandus -- aptaueram, ich hätte mich in eine ganz andere Ordnung einschicken müssen/ als der ich bisher alles nur nach der Gemächlichkeit meines Lebens eingerichtet hatte. 25) instruendus -- administer, ich hätte erst einen andern zu Verwaltung meiner Geschäften unterrichten müssen. 26) id vt -- potui, darzu habe ich mich nicht resolviren können. 27) in eo -- solatii, das war mein einiger Trost. 28) non ignarus fallor, ich weiß wol/ daß ich betrogen werde.

CAPVT IX.

Credebam altero tanto minus me decipi, quod decipiebar ſciens. 1) Per interualla quoque faciebam Proteſilaum intelligere, ſe mihi grauem eſſe. Non raro 2) volupe mihi erat, diſſentire ab eo: quae egiſſet, caſtigare palam: pluribus de rebus aliud, atque ille, ferre iudicium. At ſatis gnarum inertiae meae 3) adeo principis offenſa non deterruit, vt 4) pertinacius etiam mihi inſiſteret. 5) Alias ſeueritatis feruore importunior, 6) alias praeferens modeſtiam lenitudinemque captare gratiam adnitentis. Sed 7) longe acerrima cogitatione tum, 8) quando amariorem me aduertebat ſibi, nouas temporis fallendi ſcrutabatur artes, easque praecipue, per quas neceſſe erat me aut 9) deterius molleſcere, aut eo implicari incommodo, quod 10) locum ipſi faceret, operam mihi nauandi, quam alius praeſtare haud poſſet, quantumque 11) rerum mearum ſatageret, multa praedicatione efferendi.

Quamquam autem magnopere ab homine nefario mihi cauebam, abripiebar tamen idemtidem mirabili eius modo cupiditatibus meis blandiendi. Ille me

(Cap. IX.) 1) per interualla aliquem facere intelligere, einem von Zeit zu Zeit zu verſtehen geben. 2) volupe -- ab eo, es war mir ein Vergnügen von ſeiner Meynung abzugehen. 3) adeo -- deterruit, er hat ſich ſo gar nicht durch ſeines Regenten unwillen abſchrecken laſſen. 4) pertinacius alicui inſiſtere, ſich nur deſto eigenſinniger gegen einem bezeugen. 5) alias -- importunior, bald war er hitziger und heftiger. 6) alias praeferens -- adnitentis, bald brauchte er Beſcheidenheit und Gelindigkeit, als wollte er dardurch meine Gunſt zu erhalten ſuchen. 7) longe acerrima cogitatione ſcrutari nouas temporis fallendi artes, alle ſeine Gedanken anwenden, neuen Zeitvertreib zu erfinden: auf neue amuſemens raffiniren. 8) quando -- ſibi, wann er merkte, daß ich über ihn erbittert ſeye. 9) deterius molleſcere, noch nachläſſiger werden. 10) locum alicui facere, einem Gelegenheit geben. 11) rerum alicuius ſata-

me solari, cum turbabar. Ille maiestatem, ille potentiam meam, qua male in rem suam vtebatur, omnibus reddere terribilem. Paucis: animum inducere non potui, vt ab aula eum relegarem. Id ipsum autem, quod 12) foueretur a me, effecit, vt, quae ad salutem meam omnino pertinebant, de iis nemo bonus auderet loqui. Ex eo itaque momento 13) torpebat libere sentiendi facultas in curiis. Arcebatur a me veritas. 14) Occupatum erroribus iudicium, quod ruinam parat principibus, 15) vlciscebatur in animo meo immolatum nefariae Protesilai ambitioni Philoclem. Qui tum 16) imperio, tum mihi studuerunt prae ceteris, arbitrabantur, 17) per vltimum nefas tanto viro exstincto, a se deinceps exigi non posse, vt saniora suaderent regi. Quid? quod ipse timui, 18) ne discussis fraudum nebulis per adulatorum cuneos, frustra renitentes, se veritas in oculos meos ingereret. Timui, inquam: quoniam odio mihi fuit lux veritatis, quam sequi haud amplius poteram; praeuidique vulnera, quae illatura fuit conscio malorum animo, ita tamen, vt 19) integrum haud esset futurum exire, quibus tenebar, nefandis vinculis. 20) Genus quoddam

gere, sich in eines Sache viel Mühe geben. 12) fouere aliquem, einem die Stange halten / einen souteniren. 13) torpebat -- curiis, es war ein jeder verdrossen bey denen Raths-Versammlungen sein freyes urtheil zu fällen. 14) occupatum erroribus iudicium, ein falsches Vorurtheil. 15) vlciscebatur -- Philoclem, war die Strafe meines Gemüths darfür, daß ich den Philocles unverantwortlicher Weise zum Opfer des Ehrgeitzes des Protesilai gemacht. 16) studere imperio, vor das Wol des Reichs besorgt seyn. 17) per vltimum nefas exstinguere aliquem, einen unverantwortlicher Weise ums Leben bringen. 18) ne discussis -- ingereret, es möchte wider alle vergebliche Bemühungen der Schmeichler der Betrug entdecket werden / und mir die Wahrheit allzuhell in die Augen strahlen. 19) integrum haud tibi est futurum exire vinculis, du wirst dich nicht können los machen von den Banden. 20) genus -- quo in-

dam desperationis, omnino renuncianuis libertati, erat, quo inuoluebar 21) a voluptate ereptaque potestate mei, in quam sensim Protesilaus irrepserat. Tantam ergo miseriam meam nec ipse volebam scire, nec sciri ab aliis. Nosti, perdilecte hospes, 22) quam putida peruersaque aestimatione dignitatis suae imbuantur etiamnum tenelli regum animi. Nolunt vmquam errasse. Peccant iterum centies, ne credantur peccasse semel. Malunt circumueniri semper, quam fateri, esse, quod semel iudicauerint, perperam. Satius denique credunt, in errore perseuerare, quam se ab eodem expedire. Atque haec est conditio sine vigore, sine cura vitam agentium principum, et ipsius quoque Idomenei, 23) cum soluendum erat in Phrygiam.

CAPVT X.

Ingressurus iter, Protesilao tradidi imperium, quod ille post discessum meum pro arbitrio suo superbe et auare exercuit. Perferebat Creta tyrannicos mores eius cum gemitu. Quam male haberentur mei, scribere nemo sustinuit. Palam omnibus erat, me timere, reddi de vero certiorem, 1) permittereque crudelitati ipsius Protesilai, qui auderent de eo deterius loqui. Augebatur itaque 2) significandi metu subditorum mihi calamitas. Cogebar insu-

uoluebar, ich gerieth in eine Art der Verzweiflung, die mir alle Hoffnung raubte, daß ich wieder würde können frey werden. 21) a voluptate -- irrepserat. durch die Wollust und Gewalt, die Protesilaus unvermerkt über mich bekommen hatte. 22) quam putida -- animi. was vor eine schändliche und verkehrte Einbildung von ihrer Hoheit man den noch zarten Gemüthern der Könige einzupflanzen pfleget. 23) cum -- Phrygiam. als ich in Phrygien abschiffen mußte.

(Cap. X.) 1) permittere aliquem crudelitati alicuius. einen eines Grausamkeit preiß geben. 2) significandi metu,

insuper eo suadente 3) proscribere Marionem, 4) illustre caput, ingensque mihi ad Pergama auxilium; 5) ex quo ipso in Protesilao flamma inuidiae, qua concitabatur in omnes scilicet, quos ob argumenta non nullius virtutis diligebam.

Fuit haec, 6) quod credere te, amice, velim, omnium meorum casuum origo. 7) Neque enim in me concitauit Cretenses mors filii, sed deorum potius vltio, sceleribus meis indignantium, iraque populi, quam in regem 8) consciuerat administri crudelitas. Ceterum iugulato filio, 9) imperandi saeuitia alias fatigati Cretenses omnino abrupere patientiam, et detestatio postremi facinoris vulnus prodidit, quod iam diu celabatur in animis.

Philocles vt primum Hegesippum agnouerat, 14) ad teneritudinem demiserat animum. Tunc autem 15) referebat se ad pristinam austeritatem agendique perseuerantiam, nec gratia nec precibus amici mouendus, 16) grauissimaque argumenta rationum facile tolerans, 17) nec impar scopulo, cuius constantiam inutiliter procellae tentant, fractoque inter atroces sonitus impetu relinquunt quasi obstrepentes victoriae. At dum 18) boni desperatione euentus Hegesippus torpet, 19) dum futurum sine amico reditum prosequitur gemitu: ecce Philocles deos consulit. Ex volatu auium, extisque et ominum frequentia intelligit, deos velle, vt Hegesippo 20) acquiesceret.

CAPVT VIII.

1) Praetermissis igitur recusationibus se accingit itineri, etsi parum laetus, quod deserenda solitudo erat, tam diuturnum habitanti solatium. Patiarne (antrum alloquebatur) eripi me tibi, amica sedes, quae tam dulces noctes mihi? tam bona diurnos post labores otia? tam aureas meae horas inopiae? Manantibus deinde lacrimis procumbens Naiadem adorabat, quae perennes fontes sitienti

reluctabere? wie magst du dich gegen dem König und so vielen lieben Freunden so unerbittlich bezengen? 14) ad teneritudinem demittere animum, sehr zärtlich/ freundlich sich bezeugen. 15) referre -- perseuerantiam, sein voriges ernsthaftes und gesetztes Wesen wieder an sich nehmen. 16) grauissima -- tolerans, die wichtigste Beweggründe machten ihm keine Impression. 17) nec impar -- victoriae, gleich einem Felsen/ wider den alle Stöse der Sturmwinde nichts ausrichten/ der unbeweglich bleibt. 18) boni euentus desperatione torpere, alle Hoffnung von einem guten Erfolg sinken lassen. 19) dum futurum -- gemitu, indem er beseufzet/ daß er ohne diesen lieben Freund zuruck kehren sollte. 20) acquiescere alicui, einem willfahren.

(Cap. VIII.) 1) praetermissis recusationibus, er weigert

tanto tempore ministrauerat, ceteraque numina vicinos montes incolentium Nympharum. 2) Excepit Echo supremos luctus, eosque ad omnes Dryades non crebrius quam tristius pertulit.

Inde Philocles cum Hegesippo in vrbem peruenit, profecturus naui. 3) Haud aliud sibi magis persuaserat, quam numquam fore, vt Protesilaus 4) a pudore, ab indignatione plane occupatus velit aspectum eius intueri. Fefellit eum tamen ea opinio. 5) Nihil enim tam vile, ad quod profanato semel pudore deprauati fraudulentique homines non descendant. Philocles quidem, 6) quae erat eius modestia, latere volebat, ne conspiceretur ab infelici hoc exule, veritus, ne viso inimico, qui ex casu ipsius erat sublimior futurus, se magis reputaret calamitosum. At Protesilaus, 7) quantum licuit, videndi Philoclis captabat copiam; 8) miserabiliorem ipsi futurum se credens per praesentiam, idque assecuturum ab eo, vt Salentum redeundi veniam sibi deprecaretur a rege. Id vero vt Philocles se polliceretur facturum, 9) aperti animi, quo erat, integritas non siuit; abunde videlicet gnarum, 10) quae mutato Protesilai exilio essent mala extitura. Contra moderatissime compellato, quam doleret vicem eius, signifi-

sich also nicht mehr. 2) excepit -- pertulit, seine letzte Klage und betrübte Stimme drang mit einem wiederholten Schall zu allen Gottheiten der Felder. 3) haud aliud -- quam, er hatte vest geglaubt. 4) a pudore -- occupatus, vor Scham und Unwillen. 5) nihil tam vile -- descendant, es ist nichts so niederträchtiges, welches boßhafte Leute, wann sie einmal aufhören sich zu schämen, nicht begehen. 6) quae erat eius modestia, nach seiner Bescheidenheit. 7) quantum licuit, captabat copiam, er suchte alle mögliche Gelegenheit. 8) miserabiliorem -- praesentiam, indem er glaubte, er würde mehr Bedaurniß gegen ihn bekommen, wann er ihn sähe. 9) aperti -- siuit, sein offenherzig redlich Gemüth hat es ihm nicht zugelassen. 10) quae -- extitura, was für uebels erfolgen würde, wann man ihn

ſignificauit, adhibitoque magnopere ſolatio, monuit, vti deos integritate morum placaret 11) modeſtiaque patiendi in difficillimis rebus. Cumque intellexiſſet, bonis omnibus per nefas corraſis multatum eum a rege, duo ſe facturum eidem 12) recepit, fide poſtea integerrime ſeruata: primo curaturum ſe de vxore eius, liberiſque Salenti in extrema egeſtate odioque publico relictis; deinde 13) re pecuniaria miſerias ſubleuaturum ſe longinqui exilii.

CAPVT IX.

Inter haec 1) ſerenum caelum velis ſecundas auras immiſerat. 2) Quas Hegeſippus impatiens morae, vt maturaret abitum Philoclis, auide ſequebatur. Conſcenditur nauigium, ſpectante Proteſilao. 3) Videbatur is littori immobiles oculos affixiſſe: adeo numquam remouit eos a nauigantibus, 4) quos per opportunos fluctus meliores venti ſtrenue longiusque auferebant a portu. 5) Prouecta naui, vt ad eam viſu haud amplius valeret pertingere, adhuc tamen inanes nauigantium formas ſibi repraeſentabat. Ad vltimum turbari, furere, 6) crines vellicare deſperantium more, volutare abiectum corpus ſterili ſolo, reprehendere inclementes deos, 7) mortis fero-

aus ſeinem Exilio frey machete. 11) modeſtia -- rebus, Gedult in dem unglück. 12) recepit -- ſeruata, er hat verſprochen/ und auch hernach redlich gehalten. 13) re -- exilii, er wollte ihm je und je was Geld zur Erleichterung in ſeinem entfernten Exilio zuſchicken.
(Cap. IX.) 1) ſerenum -- immiſerat, es war heiter Wetter/ und guter Wind. 2) quas -- ſequebatur, deſſen ſich Hegeſippus um die Reiſe mit dem Philocles zu beſchleunigen/ begierig bediente. 3) videbatur -- nauigantibus, er verwandte kein Aug von dem ufer und denen Schiffenden. 4) quos per -- a portu, welche wegen dem guten Wind bald weit von dem Hafen ſich entfernet hatten. 5) profecta -- pertingere, nachdem er das Schiff nicht mehr mit dem Geſicht erreichen konnte. 6) crines -- more, raufte ſich die Haare/ als verzweiflend aus. 7) mortis -- auxilium, rufte

ferociter, sed nequicquam deposcere auxilium; 8) vtpote quam tantorum finem malorum nec merebatur habere, nec manu sua audebat sibi ipsi consciscere.

9) Neptuni aerisque fauor nauem breuissimo cursu Salentum deuexerat. Nunciatur regi intrare portum. Ergo cum Mentore 10) properat in Philoclis occursum. Amplectitur. Dolet palam et vehementer illatam ipsi iniuriam. Quae quidem doloris professio regi a Salentinis 11) non dabatur culpae, sed 12) inter magni excelsique argumenta referebatur animi, vitia sua strenue perdomantis, eoque confitentis consilio, vt ab iis 13) resipiscat facilius. Manabant omnium prae gaudio lacrimae, quod reuisebant 14) virum re plane vera honestum, qui amasset ciues, quodque regem audiebant tam sapienter, tam benigne loqui.

Philocles testimonia regiae caritatis non reuerenter minus, quam modeste accipiebat, magnopere desiderans, 15) vt fas esset, se ciuium, iterum iterumque acclamantium, vocibus eripere. Perductus a rege in arcem est, eaque inter ipsum Mentoremque illico nata amicitia, vt 16) quamquam tunc primum loco iuncti, viderentur primis ab annis fuisse vna. Dii nimirum improborum hominum 17) mentes,

den Tod/ wiewol vergebens/ um Hülfe. 8) vtpote - - habere, als durch welchen er noch nicht verdiente von seinem Unglück befreyt zu werden. 9) Neptuni - - deuexerat, durch guten Wind und Wetter schiften sie bald nach Salentum über. 10) properare in alicuius occursum, eilen/ einem entgegen zu gehen. 11) non datur ei culpae, es wird ihm nicht übel genommen/ ausgelegt. 12) inter magni excelsique animi argumenta referre aliquid, etwas als einen Beweißgrund eines erhabenen Gemüths ansehen. 13) a vitiis resipiscere, seine Fehler verbessern. 14) vir - - honestus, ein rechtschaffen ehrlicher Mann. 15) vt fas - - eripere, daß er des häuffigen Zurufs der Bürger los würde. 16) quamquam - - iuncti, obwol diß der erste Ort war/ wo sie einander gesehen. 17) mentem alicuius obtundere, eines

tes, ne norint bonos, obtundunt; bonorum, vt mutuo se cognoscant, acuunt. Qui enim, quod virtutis est, sapiunt, vbi primum conuenere, 18) virtutis, quam amant, necessitudine coniunguntur. Ceterum Philocles facultatem petebat a rege, separandi se a consuetudine hominum, et concedendi in locum Salento vicinum, 19) ab humano cultu, turbisque vacuum; vbi 20) inopem vitae rationem, quam in Samo tenuerat, prosequebatur. Rex ergo cum Mentore ventitabat eo ferme in dies: ibi consultabatur de modo, quo leges possint stabiliri, et 21) ciuilis disciplina salutari ordine roborari.

CAPVT X.

1) Consultationum duo capita erant, quae inprimis examinabantur, educatio scilicet prolium, et 2) quae ratio vitae tenenda vacuis a bello temporibus? Et 3) proles quidem, Mentor inquiebat, ad rempublicam videntur magis quam parentes pertinere. Pignora quippe sunt gentis suae, spes, robur; quae corrupta semel nullo pacto valent emendari. 4) Neque idoneum, sed nimis profecto infirmum est malae educationis antidotum, 5) arcere illas a dignitati-

Verstand verdüstern; die Augen des Gemüths verschliessen. 18) virtutis necessitudine coniungi, durch die Tugend nothwendig mit einander verbunden werden. 19) locus ab humano cultu, turbisque vacuus, ein öder / und stiller Ort. 20) inopem vitae rationem prosequi, seine armselige Lebens-Art fortsetzen. 21) ciuilem disciplinam salutari ordine roborare, die Regierungs-Form auf einen heilsamen Grund vest setzen.
(Cap. X.) 1) consultationum -- examinabantur, es waren vornämlich zwey Stück / welche sie bey ihren Berathschlagungen genau untersuchten. 2) quae -- temporibus, wie man sich in Friedens-Zeiten verhalten sollte. 3) proles ad rempublicam -- pertinere, es scheint man habe bey einem Staat mehr auf die Kinder als Eltern zu sehen. 4) neque idoneum -- antidotum, dardurch wird der üblen Kinder-Zucht wenig abgeholfen. 5) arcere aliquem -- mune-

tatibus et muneribus, postquam meruerunt arceri. Satius est praeuenire malum, quam cogi ad puniendum malum. Deinde rex pater est populi, magis ergo, quae flos est populi, iuuentutis. In flore curandum de fructu. Itaque 6) numquam infra se rex ducet, operam educandae proli tum dare, tum ab aliis exigere. Numquam patietur negligi Minois leges, quibus sancitum, vt liberi ab ineunte aetate doceantur dolores et mortem contemnere: gloriam in fuga voluptatis et diuitiarum ponere: mendacia, et ingratum mollemque animum 7) collocare in nefandis criminibus: laudes item concinere heroum, qui diis accepti, 8) insigniumque pro patria factorum extitere auctores, quique 9) specimina fortitudinis ediderunt in acie: deinde non aspernari 10) dulces concentionum modulos, vt 11) cruditas abstergatur nouellis moribus: faciles se praestare amicis, fideles sociis, aequos omnibus et ipsis adeo, qui acerbissime oderunt: mortem denique tormentaque minus curare, quam 12) vel leuissime pungentem conscientiam. Quodsi tam 13) praeclaris morum institutis mature admodum impleantur pueriles animi, 14) eaque fideliter insideant suauitate concentus admota; pauci me hercle erunt, qui 15) ad virtutis gloriaeque desiderium non assurgant. Ad-

ribus, einen von offentlichen Ehren-Aemtern ausschliessen. 6) numquam--ducet, ein König soll ja nicht meynen, als wann es seiner Hoheit zuwider wäre. 7) collocare aliquid -- criminibus, etwas vor das schändlichste Laster halten. 8) insignium -- auctores, welche rühmliche Thaten zum Heil ihres Vaterlands unternommen. 9) specimina fortitudinis edere in acie, sich in dem Treffen tapfer halten. 10) dulces concentionum moduli, angenehme Music. 11) eruditatem abstergere nouellis moribus, junge Leute, die in dem Anfang etwas roh, wild sind, zu feinen Sitten gewöhnen. 12) vel leuissime pungens conscientia, auch nur der geringste Vorwurf des Gewissens. 13) praeclaris - implere pueriles animos, jungen Gemüthern beyzeiten gute Sitten-Lehren beybringen. 14) eaque -- admota, wann man ihnen solche gleichsam tief ins Herz hinein singt. 15) ad deside-

Addebat his Mentor, praecipuum esse, vt scholae aperiantur, tum vt difficillimis exercitationibus corporis assuefiat adolescentia, tum ne mollitie otioque, peste scilicet optimarum mentium, debilitetur. 16) Requirebat insuper acriori totius populi incitamento maximam varietatem in spectaculis; in illis vtique, 17) quibus corporibus habilitas, agilitasque et robur paratur. Statuta propterea praemia 18) mouendae aemulationi ingenuis animis. Bonorum morum emolumento desiderabat inprimis 19) maturari iuniorum matrimonia, permittique a parentibus et cognatis 20) posthabito rerum studio, vt 21) in tori societatem legant ob corporis animique dotes placituras.

CATVT XI.

Dum autem de adiumentis agitur ad 1) puritatem innocentiae, industriamque vna cum discendi dexteritate ac desiderio gloriae conseruandam in iuuentute: 2) armorum studiosior Philocles Mentori obiicit: 3) Frustra sumus in inueniendis imperandisque exercitiis adolescentiae, si eam permiseris perpetuo ab armis otio fatigari, ita videlicet, vt nec instituatur bellandi peritia, 4) nec iubeatur virtu-

rium virtutis gloriaeque assurgere, Lust zur Tugend und Ruhm bekommen. 16) requirebat - - spectaculis, er verlangte / daß man durch allerhand Schauspiele mehr ermuntern sollte. 17) quibus - - paratur, wordurch die Leiber adroit (geschickt) fertig / und lebbaft gemacht werden. 18) mouendae - - animis, um bey edlen Gemüthern einen Eifer zu erwecken. 19) maturare iuniorum matrimonia, junge Leute beyzeiten heurathen lassen. 20) posthabito rerum studio, ohne auf das Vermögen zu sehen. 21) in tori societatem legere, zur Ehe nehmen.

(Cap. XI.) 1) puritas innocentiae, reine Unschuld / Zucht. 2) armorum studiosior, welcher mehr ein Liebhaber vom Krieg war. 3) frustra esse in aliqua re, sich vergebens mit etwas beschäftigen / bemühen. 4) nec iubeatur - - experiri,

virtutem suam mutua periclitatione experiri. Infirmabitur paullatim tota natio: 5) emollientur acriores animi: 6) serpet in mores voluptatis contagium: nec difficulter aut aegre fiet, vt vincatur ab aliis populis, qui armis assueuere. Atque ita vitando belli mala, 7) malorum pessimum, seruitutem in caput gentis nostrae aduocabis.

Imo belli mala, Mentor inquit, longe sunt, atque tu existimas, horridiora. Exhaurit bellum imperia: 8) nec tum patitur vmquam periculum abesse extremarum populationum, cum nobilissimis victoriis geritur. Fac, praeclara esse belli initia: an ideo vereri non debes, ne, 9) quae sortis est varietas, ab illis perniciosissime 10) abludat finis? 11) Praestiteris numero longe multumque aduersarios, cum quibus res tibi: at leuissimo errore, 12) temerario inanique et de vmbra metu extorqueri potest manibus tuis iam inserta palma. 13) Quin sit in castris tuis potestati tuae obnoxia victoria: 14) perde hostes; et te ipsum pessum ibis. Nudatur incolis regio:

noch daß man sie unter einander ihre Tapferkeit versuchen läßt. 5) emollientur acriores animi, das Courage der Gemüther wird sich verlieren. 6) serpet - - contagium, die Wollust wird sich unvermerkt bey ihnen einschleichen. 7) malorum - - gentis aduocare, das allerärgste Uebel/ die Dienstbarkeit einem Volk über den Hals ziehen. 8) nec tum - - geritur, man ist bey dem Krieg niemal ausser Gefahr der grösten Verwüstungen/ auch wann er am glücklichsten geführet wird. 9) quae sortis est varietas, wie das Glück unbeständig ist. 10) finis belli perniciosissime ab initiis abludit, der Krieg gewinnet ganz einen andern und schädlichern Ausgang/ als der Anfang war. 11) praestiteris - - aduersarios, gesetzt du seyest an Macht den Feinden noch so sehr überlegen. 12) temerario - - palma, durch einen unversehenen ganz leeren Schrecken kan der Sieg/ den man schon meynte in den Händen zu haben/ wieder entrissen werden. 13) quin - - victoria, ja gesetzt du habest den Sieg wirklich gewonnen. 14) perde - - ibis, indem du die Feinde

gio: 15) sine cultu fere obsolescit ager: turbantur commercia: silent optimae, id quod longe peius, leges: 16) aliae ex aliis clades afferuntur moribus: 17) languescunt in iuuenibus litterarum studia: 18) patrocinatur necessitas militari licentiae: affligitur iustitia, 19) ciuilis institutio, et quid non? Qui vero tantum sanguinis effundit rex, tantumque apportat miseriarum, vt valeat aut 20) pauxillum adiicere gloriae, aut limitibus imperii: is meretur non tantum 21) prohiberi quaesita gloria, sed et vt ambitiosus raptor alieni amittere sua.

22) Vacantibus autem armis, qua exerceri ratione ingenita animis virtus queat, nunc habe. Vidisti, quae instituimus exercendo corpori. 23) Regulas item accepisti ex me virtutis et gloriae, quibus curabimus pueriles animos ab ipsis fere incunabulis imbui 24) per concentum memoratis frequentatisque heroum laudibus. His adde, quae de sobria industriaque vita decreuimus. Sed nondum haec omnia.

CAPVT XII.

Simul atque 1) bellum cuidam ex sociis inciderit, eo florem mittes iuuentutis, habito delectu eo-

Ee rum,

ruinirest / ruinirest du dich selbst. 15) sine - - ager, das Feld bleibt ungebaut liegen. 16) aliae - - moribus, die Sitten leiden auf vielerley Weise Schaden. 17) languescunt - - studia, junge Leute werden im Fleiß der Studien nachlässig: die Studien liegen darnieder. 18) patrocinatur - - licentiae, man muß denen Soldaten aus Noth manche ungeziemende Freyheit gestatten. 19) ciuilis institutio, die bürgerliche Verfassung / Policey. 20) pauxillum - - imperii, seinen Ruhm oder die Gränzen seines Reichs ein wenig erweitern. 21) prohiberi quaesita gloria meretur, er verdient / daß ihm der Ruhm / den er sucht / nicht werde. 22) vacantibus armis, ausser dem Krieg. 23) regulis virtutis imbuere pueriles animos, jungen Leuten die Regeln der Tugend beybringen. 24) per concentum - - laudibus, dardurch daß man ihnen die rühmliche Thaten der Helden öfters vorsingt. (Cap. XII.) 1) bellum cuidam ex sociis incidit, es ist einem

rum, quos deprehenderis armis delectari, idoneosque prae ceteris, 2) vt e rerum, quas experientur, vsu proficiant. Inde 3) non mediocriter suspicieris a sociis. Captabitur tua amicitia, 4) ab eaque inita haud facile quis audebit desciscere. Ita non bellabitur quidem aut in terris, aut sumtibus tuis. Neque tamen vmquam carebis perita iuuentute, audaceque belli. Quamquam autem vtaris pacato imperio, non omittes tamen 5) capaces militaris gloriae praeferre multitudini. Etenim tunc arcebis bella, et diuturnum tueberis otium, si cessari non sinas ab armorum exercitio: si honos habeatur id genus vitae cum laude profitentibus; si semper praesto sint, qui militantes extra patriam, et robur et disciplinam didicere, 6) artesque, quarum in bello vsus finitimis: si bella nec impetu velis gerere ambitionis, nec delicato pauore incommodorum refugere. Tum demum, si numquam recuses bellum aperta caussa vel inferre vel propulsare, efficies, vt plerumque vacare ab armis possis.

Quod ad foederatos, 7) rebus ad arma pronis, sequestrum te dabis. Atque ita verior erit tua certiorque gloria, quam qua regnorum expugnatores adaugentur. Comparabis tibi amorem et admirationem exterorum, quippe quibus necessaria est tua opera. Imperabis ipsis per fiduciam non secus, atque subditis tibi per auctoritatem regiam. 8) Eris arca-

von den Alliirten in Krieg verwickelt worden. 2) vt e rerum -- proficiant, damit sie durch Erfahrung geübet werden. 3) non -- sociis, dardurch wirst du dir keine geringe Hochachtung bey den Alliirten zuziehen. 4) ab eaque -- desciscere, und wann je einer dieselbe erlanget hat / so wird er sie nicht so leicht abandonniren. 5) capaces -- multitudini, diejenige die Geschicklichkeit haben sich im Krieg hervorzuthun / von dem Pöbel hervor ziehen. 6) artes -- finitimis, die Kunst / wie man mit Benachbarten Krieg führen müsse. 7) rebus -- dabis, wann es sich zum Krieg anlassen will / magst du dich zum Mediateur anerbieten. 8)

arcanorum omnium particeps, arbiter caussarum ciuilium, magnesque animorum. Adorabunt famam tuam remotissimae gentes, 9) non absimilem odoribus, qui per alias atque alias fusi terras extremis mundi partibus delicias suas partiuntur. 10) Iam offerat tibi iniustum bellum vicina natio; 11) offendet te pugnare et doctum et paratum. Sed longe mouebitur amplius, cum videbit, te amicitia et auxilio plurimarum gentium 12) niti, quae tua caussa armabuntur, credentes, 13) te minus saluo salutem omnium periclitari. Atque hoc est munimentum longe tutius, quam quod seu murorum definitur ambitu, seu alias humana industria excitatur: hoc fundamentum verae gloriae. At 14) quotus regum quisque est, qui instrumenta obtinendae eius norit; et si norit, amplectatur? inanes vmbras captant scilicet: verum decus, quoniam ignorant, praetereunt.

His dictis Philocles Mentorem intuetur vehementi admiratione affectus. 15) In regem deinde conuerso vultu aduertit, 16) magna cum cura intimisque animi recessibus ab Idomeneo recondi, quae 17) non copiosius, quam sapientius alienigena proferebat.

 Ita-

eris--animorum, man wird dir alle Geheimnisse mittheilen/ du wirst die Staats-Sachen zu schlichten bekommen/ und alle Gemüther an dich ziehen. 9) non absimilem -- partiuntur, gleich einem köstlichen Rauchwerk/ das seinen Geruch nach und nach in die entfernteste Gegenden ausbreitet. 10) iam--natio, so mag dir dann ꝛc. 11) offendet--paratum, du wirst dich sowol erfahren als bereit zum fechten finden lassen. 12) niti auxilio alicuius, sich auf eines Hülfe verlassen dürfen. 13) te minus -- periclitari, daß wo deine Sicherheit noth leide/ sie selbst in Gefahr stehen. 14) quotus regum quisque est, qui, wie wenige sind deren Könige. 15) in regem -- aduertit, hernach als er den König angeschauet/ hat er wahrgenommen. 16) magna cum cura intimisque animi recessibus aliquid recondere, etwas sehr geflissen und tief zu Herzen nehmen/ beobachten. 17) non copiosius, quam sapientius, sowol mit vielen Worten/ als

Itaque Minerua, 18) vsurpans Mentoris habitum, optimas leges saluberrimaque instituta tradebat, cum vt efflorescerct Idomenei imperium, tum maxime, vt luculentum exemplum obiiceret redituro Telemacho, quantum et ad felicitatem populorum et ad boni principis laudem stabiliendam regnandi prudentia afferat.

Finis Libri Decimi Quarti.

FA-

mit so groser Weisheit. 18) vsurpans Mentoris habitum, unter der Gestalt des Mentors.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER DECIMVS QVINTVS.

CAPVT I.



Interea Telemachi fortitudo in belli discriminibus eminuit. Salento profectus 1) diligenter se dabat quaerendae eorum beneuolentiae, 2) qui sub galea canuerant, 3) quosque perfecta scientia pugnarum ad apicem euexe-

(Cap. I.) 1) diligenter - - beneuolentiae, suchte er mit allem Fleiß derjenigen Gunst zu gewinnen. 2) qui sub galea canuerunt, alte Soldaten / Officiers. 3) quos - - gloriae, die sich durch ihre Erfahrenheit im Krieg empor geschwun-

euexerat militaris gloriae. Nestor perpetuam amicitiam cum Vlysse coluerat. Itaque non secus, atque ipse eum genuisset, Telemachum habuit. Tradebat ipsi praecepta, adiectisque exemplis ea roborabat. 4) Nec qui in iuuentutem suam incidissent casus, omisit, ceteraque, quae 5) ad posterorum memoriam vidit ab heroibus superiorum aetatum geri, quarum quidem omnino 6) tres vixerat; 7) adeo nihil inde eius vitiata memoria, vt nec aera, nec marmora maiorem fidem antiquorum monumentis praestiterint.

Philoctetes 8) a Nestoris beneuolentia in Ithacum initio longe abierat. Clam Vlyssem fuit diuque auersatus. Igitur nihil amicior filio, permoleste tulit, 9) quidquid videbantur dii propensius moliri, vt hunc iuuenem 10) in gradu virorum, quos decus vastatae Troiae iamiam immortalitati initiauerat, collocarent. At 11) cessit tandem modestiae Telemachi Philoctetis inuidia. Non poterat non amare tam mansuetum, tam moderatum in iuuene animum. Saepe illo seducto: fili, inquit, (id namque nominis tibi haud tribuo inuitus) diuturnum quidem mihi

gen / berühmt gemacht. 4) nec qui--omisit, er unterließ auch nicht ihm zu erzehlen die Zufälle / die ihm in seiner Jugend begegnet. 5) ad posterorum memoriam gerere aliquid, etwas denkwürdiges verrichten / ausführen. 6) tres aetates viuere, drey Zeiten des menschlichen Alters erleben: so viel als dreyhundert Jahr leben. 7) adeo nihil--praestiterint, sein Gedächtniß war so gar noch nicht geschwächt / daß er alles noch so fest darinnen behalten hatte / als das was in Erz und Marmor gegraben. 8) a Nestoris--abierat, ware dem Telemach anfänglich nicht so günstig / als der Nestor. 9) quidquid--moliri, was da schiene daß die Götter zu Gunsten dieses Jünglings schicketen. 10) in gradu--collocare aliquem, einen auch denen Männern gleich machen / die sich durch Verwüstung Trojä unsterblichen Ruhm erworben hatten. 11) cessit--inuidia, Telemach gewann doch endlich den Philoctetes durch seine Bescheiden-

hi fuit cum genitore tuo diffidium. 12) Glifcebant vel exftinctis iam Pergamis fcintillae fatalis odii; cumque in confpectum meum veniebas, graue mihi erat virtutem amare in Vlyffis filio, 13) neque femel caftigabam meum hunc animum. At vincit tandem tranquilla, fimplex, moderata virtus, quidquid ei aduerfatur. Solitarii fubinde congreffus Philoctetem ad funeftae diffenfionis cum parente cauffam commemorandam 14) paullatim deduxerunt.

15) A capite, inquit, exordienda funt, quae mihi contigere. Adhaerebam vbique locorum comes magno Herculi, tot monftrorum domitori, 16) cuius magnitudini non magis heroes comparantur vniuerfi, quam arundo quercui, aut trochilus aquilae. Vt omnium tragicorum cafuum, ita et noftrorum origo amor fuit. Hercules, tot monftris fuperior, fuccubuit turpiffimae voluptati. Saeui Cupidinis ludibrium, erubefcebat fcilicet, quoties reminifcebatur, fe vsque adeo 17) profanaffe gloriam fuam, vt affidens Lydiae Omphalae, more fordidatiffimi mancipii et omnium, qui amauere, effeminatiffimi, 18) ancillarum penfa ductis ex colu filis obierit: tam impotenter fcilicet amabat.

heit/ daß er feinen Neid gegen ihm fchwinden ließ. 12) glifcebant--odii, auch da Troja nun zerftört war/ glofchete doch noch der unverföhnliche Haß zwifchen uns. 13) neque--animum, ich gab mir oft felbft einen Verweiß hierüber: ich war oft felbft böß über mich. 14) paulatim deducere, hier/ allgemach Gelegenheit geben. 15) a capite exordiri aliquid, den erften Anfang von etwas erzehlen. 16) cuius--aquilae, der fo groß/ daß wann man ihm andere Helden vergleichen wollte/ es eben fo viel wäre/ als wann man ein Rohr rc. mit dem alle andere Helden in keinen Vergleich kommen. 17) profanare gloriam fuam, feinen Ruhm verdunklen. 18) ancillarum--obire, gleich einer Magd fpinnen.

CAPVT II.

Et ſane haud alias quidquam apud me deflebat frequentius, quam hoc facinus virtuti ſuae multum, plurimum illuſtriſſimis laboribus demſiſſe. Vos autem, dii, noſtis, id eſſe humanae inconſtantiae, quae dum 1) blanditur firmitati ſuae, infirmatur ad minima. Vah! magnus Hercules 2) repetebat amoris iugum eiuratum toties. Amabat Deianiram. Beatum plane hominem, amare ſi hanc perſeueraſſet 3) conſortem tori. At Iole, 4) cuius adoleſcentiam formauerant Gratiae, deprauabat herois animum. Amatur. De quo cum Deianira dolet acerbius: meminit prodigioſae tunicae, quam Neſſus, Centaurorum vnus, ipſi iam moriturus relinquebat praeſentiſſimum adiumentum ad amores Herculis reſuſcitandos, 5) quoties ſuſpicaretur, ſe relicta implicandum alienae. Ceterum haec tunica, ſanguine Centauri tincta, 6) venenum imbiberat, quale ſagittis, quibus hoc monſtrum perierat, vim inferendae necis inſeruit. Noſti autem, ſagittas Herculis, quae Centauri perfidiam multarunt, ſanguini Lernaeae hydrae immerſas 7) eam traxiſſe peſtem, vt vulnera, quae inflixiſſet, 8) medicandi opem reſpuerent.

Hercules ergo vt primum tunicam induit miſſam, 9) ignem, viſcera ipſasque medullas peruadentem, ſenſit. Vnde doloris impatiens horrendos conci-

tat

(Cap. II.) 1) blandiri firmitati ſuae, ſich viel auf ſeine Stärke verlaſſen. 2) repetere amoris iugum eiuratum toties, ſich aufs neue unter das Joch der Liebe begeben/ das man doch ſo oft verabſcheuet. 3) conſors tori, eine Ehegattin. 4) cuius -- Gratiae, die in ihrer Jugend ſo voller Annehmlichkeit war. 5) quoties -- alienae, ſo oft ſie beſorgte/ daß er ſie verlaſſen/ und an eine andere ſich hängen möchte. 6) venenum -- inſeruit, war mit eben demjenigen Gift angeſteckt/ wie die Pfeile/ wormit dieſes Ungeheuer erleget worden. 7) eam trahere peſtem, alſo vergiftet werden. 8) medicandi opem reſpuere, nicht können geheilet werden. 9) ignis viſcera, ipſasque medullas peruadit.

tat eiulatus, ab Oetae ſcopulis valliumque profundis repercuſſos. 10) Crediḋiſſes, illis concitari pelagum, 11) neque enim mitiores ſunt, quos in arena tauri mugitus edunt. Lycas tunicam a Deianira attulerat, qui cum auſus eſſet furibundum accedere, ab eo, 12) efferato doloribus, corripitur, 13) nec difficilius, quam a funditore deſtinatus ad longiorem iactum lapis, in aere libratur. Ruit infelix Lycas de montis cacumine, eliſus valida herois manu, praecepsque in mare commutatur in petram, humanam formam hodieque retinentem, et vehementia fluctuum, quibus aſſidue percutitur, 14) rei nauticae peritioribus etiam longinquos facientem metus.

CAPVT III.

1) Cautior ex Lycae interitu cauendum mihi Herculem duxi, quaeſiuique occultiſſimas latebras. Vidi ego his oculis, eum altera manu correptas altiſſimas abietes, et 2) multorum retro ſaeculorum iniuria ſuperiores, euellere 3) non maiore negotio, quam nos euellimus ſtipulas; altera infelicem illam peſtem, tunicam, 4) ab humeris necquicquam amoliri, quippe tam pertinaciter inhaerentem, vt videretur accreuiſſe corpori. Vt magis

das Feuer dringt in das Mark und Adern ein. 10) crediḋiſſes -- pelagum, es ſchiene / als wann das Meer ſelbſt dardurch wäre rege gemachet worden. 11) neque -- edunt, kein Stier kan im Streit ſo arg brüllen. 12) efferato doloribus, als der von Schmerzen ganz raſend war. 13) nec difficilius -- libratur, und wird von ihm nicht anderſt als wie ein Stein in einer Schleuder in die Lufſt geworfen, 14) rei -- metus, die Schiffleute auch von ferne erſchrecken.

(Cap. III.) 1) cautior -- duxi, dieſer Tod des Lycas machte mich vorſichtiger / daß ich mich vor dem Hercules mehr in acht nahm. 2) multorum -- ſuperiores, die ſo viel hundert Jahre unverſehrt geſtanden. 3) non maiore negotio, eben ſo leicht. 4) ab -- amoliri, vergebens ſuchen vom

gis eam difcerpebat, ita magis ipfe vulnerabatur, 5) cute carnibusque fequentibus auulfas partes tegumenti. Manabat ex dilaniatis artubus 6) cruor, eoque profluente fquallebat humus. Tandem 7) ftrenue collecto ex doloribus animo: Tormenta, exclamat, quibus me exanimari dii finunt, Philoctete, vides. At ipfi iufti; ego vero iniquus et reus fum. Neglexi fidem, quam debebam coniugi. Tantus victor 8) victas dedi (pro dedecus!) alienae pulcritudini manus. Morior; et libet, irafci vt defınant offenfi fuperi. At tu quo, amice, fugis? Dolorum magnitudo fuit, vt in Lycam crudelis exifterem; et huius nunc poenitet. Nefciebat mifer, quam ille peftem 9) mihi. Indignum fuit, quod intuli. Tu vero obliuifci me credis poffe neceffitudinis, et infidiari tibi? Ah 10) numquam erit, vt Philoctetem non amem! 11) ille hunc fpiritum trahat ex labiis, in quibus iam haeret: ille legat cinerum, in quos nunc abibo, triftes reliquias. Vbinam ergo tu loci? huc ades amice, huc Philoctetes, fpes vnica, folatium vnicum, 12) quod nondum aftra mihi!

Mouebant me haec lamenta, vt procurrerem in furentis auxilium. 13) Aptare ille in amplexum brachia. At veritus, 14) ne, qua ipfe deflagrabat, luem

Leib zu reiffen. 5) cute - - tegumenti, Haut und Fleisch blieb an den Stücken von dem Rock hangen. 6) cruore profluente fquallebat humus, das Blut flos auf die Erde. 7) ftrenue - - animo, nachdem er fich von dem Schmerzen ftandhaft aufgeraffet. 8) victas - - manus, ich habe mich / O! Schande / von einer fremden Schönheit einnehmen laffen. 9) fc. afferret, was vor ein verfluchtes / fchädliches / Präfent er mir brachte. 10) nunquam erit, vt non amem, ich werde niemal aufhören zu lieben. 11) ille - - haeret, du folt meinen Geift / den ich jetzo gleich werde ausblafen / in deinen Schoos aufnehmen. 12) quod nondum aftra mihi, fo lang ich noch hier unten bin. 13) aptare - - brachia, er ftreckte die Hände aus / mich zu umfaffen. 14) ne qua - - corporum, ich möchte / wann wir einander um-

luem ex nexu attraherem corporum, 15) hoc repressit se gemitu: Ah nec istud iam licet solatii! Atque inter haec verba solo paulo ante extractas arbores comportat: in apice montis aggerit: in iis se collocat aequissimo animo: 16) leonis Nemaei exuuias explicat, diuturnum humeris tegumentum, 17) cum extremas terras monstrorum excidio, saluti miserorum peragraret. Tum 18) applicans clauae innixum corpus, succendere me ligna iubet.

19) Palpitabant pauidae manus in crudele obsequium; sed neque negare id poteram 20) tam calamitosum spiritum trahenti, 21) vt nihil iam esset, quod vitam suam diuini loco beneficii haberet. Verebar etiam, ob incredibiles angustias ne quid ageret 22) admiratione, quam rerum gestarum gloria orbi extorserat, indignum.

CAPVT IV.

Vt autem vidit ardescere rogum, auctiore sono vocis: Nunc, Philoctetes, inquit, manifeste amas, quia mauis florere inter posteros Herculem, quam viuere. Referant dii. Ego vero tibi, quod in terris habeo pretiosissimum, has sagittas 1) transcribo. Lernaeae hydrae 2) cruorem biberunt:

fasseten/ auch mit seinem Gift angestecket werden. 15) hoc--gemitu, zog er die Arme zuruck und seufzete. 16) leonis--tegumentum, breitet die nemäische Löwenhaut aus/ die er so lang auf seinen Schultern getragen. 17) cum extremas--peragraret, da er die äusserste Gränzen der Erde/ um die Ungeheuer auszurotten/ zum besten der Menschen durchzog. 18) applicans--corpus, er lehnete sich auf seine Keule. 19) palpitabant--obsequium, meine Hände zitterten vor Abscheu/ ihm in solchem grausamen Begehren zu willfahren. 20) tam calamitosum spiritum trahere, ein so elendes Leben führen. 21) vt nihil--haberet, daß ihm sein Leben keine Wohlthat mehr war. 22) admiratione--indignum, etwas das seinem Ruhm/ womit er die ganze Welt in ein Erstaunen gesetzt/ nachtheilig wäre.

(Cap. IV.) 1) transscribere, vermachen. 2) bibere cruo-

runt: vnde nosti sanari non posse, quod laedunt. Quam me, non minus inuictum terribilemque vniuerso mortalium generi te reddent. Memento Herculem in fide mori, et quantum amauerit te, recordari semper. At si te miseria amici vere mouet, et iniquam sortem eius doles, hoc, quaeso, solatium vltimum morituro adhibe. Promitte mihi, te nec mortem meam, nec vbi cineres meos deposueris, vlli mortalium, dum vixeris, indicaturum. Promisi, et pro dolor! *cum detestatione quidem, ingenti lacrimarum vi effusa in rogum, quo erat periturus. 3) Emicabat tum ex vultu eius acrior laetitia, cum 4) subito inuoluitur erumpente flamma, voceque intercepta fere oculis subducitur. Videbam eum aliqua adhuc ex parte, 5) mediis scilicet flammis permittentibus aspectum; 6) eratque tum vultu ita strenuo, ita exporrecta fronte, 7) vt inter solemnia gaudia in corona amicorum sertis odoribusque cinctum putasses exultare.

8) Quae perire in Hercule poterant, celeriter flamma absumsit, nihil relinquens eorum, quae nascens ex Alcmena acceperat. Ceterum volente Ioue subtilem naturam illam et immortalem retinuit, illumque de caelo igniculum, qui vera origo est vitae, et 9) vnius opus omnipotentis. 10) Hunc ergo vna Olym-

rem, ins Blut eingetunket werden. * cum detestatione, unter hoher Betheurung. 3) emicabat -- laetitia, es strahlte aus seinem Angesicht da noch eine grose Freude hervor: sein Angesicht war noch voller Freuden. 4) subito -- subducitur, das Feuer schlägt plötzlich über ihm zusammen, daß ihm die Sprache gehemmet wird, und ich ihn fast nicht mehr sehen kan. 5) mediis -- aspectum, mitten durch das Feuer. 6) erat -- fronte, er sahe noch so munter und heiter aus. 7) vt inter -- exultare, gleich als wann er bey einem offentlichen Freuden-Fest, mitten unter seinen Freunden, mit Kränzen und Rauchwerk um und um geziert, in eitel Freuden säße. 8) quae -- poterant, was Hercules sterbliches, vergängliches, an sich hatte. 9) vnius opus omnipotentis, welches er von dem Jupiter allein hatte. 10) hunc ergo --

Olympo subuexit, epoto nectare initiandus immortalium coetui; accepitque a diis Heben nuptui, mira venustate, et iuuentutis deam, ac inter epulas olim ante Ganymedem 11) Iouis, cum biberet, ministram.

Deinceps ab Herculis obitu 12) perpetuos dolores mihi crearunt sagittae, quas vt 13) omnium heroum decus superarem, ille tradiderat. Factum haud multo post, vt icto foedere nefandum Helenae raptum vindicare reges decreuerint, Priamique regnum exscindere. Verum 14) edita sors ab Apollinis oraculo, nisi in castris Herculis sagittae forent, 15) sinistrum bellum futurum.

Ergo Vlysses genitor tuus, 16) vt erat consilio summus, industria maximus, negotium suscipit me adducendi, vt expeditioni interesse statuerem, sagittasque eo perferrem, quas, quod sciret, haberem ego.

CAPVT V.

Diu erat, cum Hercules nusquam apparebat terrarum. Nihil de eo celebrabatur noui facinoris: impune prosiliebant ex latebris monstra, et monstris deterior hominum improbitas 1) Haerebat rei incerta Graecia, aliis affirmantibus eum.

coetui, dieses subtile, feurige, himmlische Wesen nun hat er mit sich in den Olymp genommen, und ist durch den Götter-Trank in die Gemeinschaft derselben eingeweyhet worden. 11) Iouis -- ministram, die des Jupiters Mundschenkin war, ihm den Kelch zum trinken reichete. 12) perpetuos -- crearunt, sie haben mir nichts als Schmerzen verursacht. 13) omnium -- superare, sich über alle Helden empor schwingen. 14) edita -- oraculo, Apollo bedeutete ihnen durch seine göttliche Antwort. 15) sinistrum bellum erit, der Krieg wird unglücklich ablaufen. 16) vt erat -- maximus, wie er vor allen andern klug, und emsig war.

(Cap. V.) 1) haerebat -- Graecia. Griechenland wußte

eum e vita discessisse, aliis contendentibus, 2) ad frigidam Arcton versum bellum Scythis moliri. At Vlysses haud dubius, abiisse eum e viuis, ex me, quod verum esset, rescifcere constituit. 3) Nondum dolor resederat ex Herculis interitu, cum ille peruenit ad me. 4) Sine insigni difficultate adiri non poteram. 5) Grauius enim mihi erat, quam vt Oetae solitudines bustumque amici facile desererem. 6) Damnatis omnibus occupabar duntaxat in depingenda animo imagine tanti herois, 7) prouocandisque lacrimis ex locorum aspectu, quos conscios tam tristis fati caelum voluerat esse. At 8) vis et dulcedo suadae, quanta quanta est, in ore genitoris tui habitabant. 9) Videbatur dolere dolorem tantum non meum. Flebat. Inueniebat denique viam, paullatim 10) influendi in hunc animum, meamque in se accendendi fiduciam. 11) Incipiebant sermone eius mihi miserabiles esse Graeciae principes, quos aiebat pium, at me sine funestum bellum suscipere. Mortem Herculis autem ex me frustra studuit elicere, quippe quam tegere iubebat iuratum silentium. Ceterum de ea nihil porro dubitauit, coepitque per-

impen-

nicht/ was es glauben sollte. 2) ad frigidam - - moliri, er seye bis gegen dem kalten Nordpol hin marchirt/ um die Scythen zu bekriegen. 3) nondum - - interitu, der Schmerz über den Tod des Hercules war bey mir noch nicht gestillt. 4) sine - - poteram, ich ließ gar ungern jemand vor mich. 5) grauius mihi erat, quam vt, es kam mich gar zu sauer an. 6) damnatis - heroïs, es war mir alles andere zuwider/ und mein Gemüth gieng einzig damit um/ sich das Bild eines so grosen Helden immer noch vorzustellen. 7) prouocandisque - - esse, und genug zu weinen über den Anblick des Orts/ wo dieser so klägliche Todesfall geschehen sollte. 8) vis et dulcedo - - habitabant, dein Vater besaß alle Kunst der Beredsamkeit. 9) videbatur - - meum, er bezeugte gleich grose Betrübniß als ich selbst. 10) influere in alicuius animum, eines Gemüth gänzlich einnehmen. 11) incipiebant - - principes, ich bekam auf seine Vorstellung ein Mitleiden gegen den Griechi-

impenſe rogare, 12) vbi herois vrnam depoſuiſſem. Eheu! auerſabar periurium: manifeſtabam tamen, quod prodere non poteram ſine periurio. Quod 13) pollicitus eram deorum interpoſita fide, cum violare non auderem, 14) inſidioſe conabar eludere, recte ab iisdem vindicatum. Pede ſcilicet tetigi locum, vbi combuſti reliquias cadaueris poſueram. Hoc facto ducor ad foederatos reges. 15) Nec ipſum Herculem excepiſſent laetiores. Traiicimus in Lemnon inſulam, vbi, quanta ſagittis meis ineſſet virtus, oſtenſurus in exercitu, 16) damam, ſucceſſuram in nemus, ferire aggredior: cum ecce telum per incuriam ab arcu defluit, 17) perſtrictoque crure vulnus infligit, cuius adhuc perſeuerant reliquiae. Protinus 18) ea percutiebar acerbitate ſenſus, cui ferendae Alcides non ſuffecit. Complebam diurnis nocturnisque clamoribus inſulam. 19) Afflicta pars corporis manabat atro cruore et transeunte in ſaniem, 20) infectoque aere tam grauem odorem Graecorum inferebat caſtris, qui robuſtiſſimum quemque prohiberet ſpiritu. Ingens ergo erat omnium militum conſternatio, cum extrema me viderent pati, credebantque a iuſtis diis hanc mihi plagam immiſſam.

CA-

ſchen Fürſten. 12) vbi--depoſuiſſem, wo ich des Helden Aſche hinbegraben hätte. 13) polliceri Deorum interpoſita fide, bey den Göttern ſchwören. 14) inſidioſe eludere, ſeinen Eyd heimtückiſch verdrehen. 15) nec -- laetiores, ſie hätten den Hercules ſelbſt nicht frölicher empfangen können/ als ſie mich empfangen haben. 16) damam ferire aggredior, ich ſuche eine Gems zu ſchieſſen. 17) perſtricto -- reliquiae, macht mir eine Wunde in den Fus/ die ich noch habe. 18) ea--ſuffecit, ich empfand gleichen Schmerzen/ als vorher der Hercules nicht ausſtehen konnte. 19) afflicta--ſaniem, es flos aus der Wunde ſchwarzes Blut und Eyter. 20) infectoque -- ſpiritu, die Luft war davon angeſteckt/ und es gab einen ſo ſtarken Geruch in dem ganzen Lager/ daß auch dem ſtärkſten Mann der Athem davon zuruck bleiben mußte.

CAPUT VI.

1) Tam iniquis rebus Vlysses, auctor itineris mei, me primus omnium destituit. Atqui id mihi postea manifestum erat eum egisse, quod publicam Graeciae salutem victoriamque omnibus amicitiae commodique sui momentis antepoluerat. 2) Vacabant enim arae: cessabant sacrificia: horror vulneris mei 3) indeque trahendi veneni, clamandi item acerbitas militem turbauerat. Destituebar ergo suadente Vlysse ab omni Graecorum exercitu: quae quidem 4) ratio ciuilis prudentiae plena crudelitatis et petulantissimae fraudis mihi visa. At o miseram Philoctetis caecitatem, qui tunc non viderim, iure humanam sapientiam cum iratis diis mihi reluctari!

5) Sub Troianam obsidionem ferme totam solitarius fui, nudatus auxilio, destitutus spe, egenus omnium, 6) quibus vel delectari vel leuari consueuit humana calamitas. Dolores sustinebam maximos, praeter 7) squallorem loci, qui nihil admittebat ad hanc aurem, nisi concitati maris offensique scopulis fremitum. Antrum inueni media hac solitudine, 8) vacuum humano cultu, et recedens sub saxo, 9) quod inde atque inde cornua erigebat capitis in modum. 10) Carebant vitio perennes aquae, quae ex eo mana-

(Cap. VI.) 1) tam iniquis rebus, bey so üblen Umständen. 2) vacabant - - sacrificia, man hörte auf zu opfern. 3) inde trahendi veneni, die Furcht davon angesteckt zu werden. 4) ratio ciuilis prudentiae, ein Beginnen, so die Staats-Klugheit erfordert. 5) sub Troianam obsidionem, während der Trojanischen Belagerung. 6) quibus - - calamitas, was einem Menschen in seinem Elend irgend noch zu statten kommen kan. 7) squallor loci - fremitum, ein wüster öder Ort, wo ich nichts hörte, als das Geräusch des brausenden Meers. 8) antrum vacuum saxo, eine Höle wo kein Mensch wohnete, und welche tief in den Felsen hinein gieng. 9) quod inde - - modum, welche auf beyden Seiten in die Höhe gerichtete Spitzen hatte. 10) carebant - - aquae,

manabant. Ipſam vero ſpecum ferae occupauerant, a quibus perpetui mihi inſtabant metus. Congerebam folia 11) molliendo ſomno. Reliquiae fortunarum mearum erant poculum ex ligno 12) rudi opere, et veſtes quaedam, ex longiori vſu ineptae rite tegendo corpori; 13) quas ad reprimendum ſanguinem, obligata multata parte, atque ad tergendum vulnus adhibebam. Itaque 14) proiectus extra opem hominum et fauorem deorum, tempus ſtrage palumbium conſumſi, earumque volucrum, quarum frequens circum illam petram volatus erat. At 15) ſi forte deieci ex aere, quod eſſet in prandium, 16) ſubeundus dolor erat, cum inclinarem corpus ad tollendam humo praedam. Ita, vnde viuerem, tum parauerunt hae manus.

Cibaria quaedam prius, quam abirent e Lemno, Graeci mihi reliquerant; ceterum non poteram diu ex iis ali. 17) Ignes conflictu trituque ſilicum elicui. Hoc viuendi genus, quantumuis horridum, niſi pertinax dolor aggrauaſſet, et pertinacior miſerae conditionis meae memoria, 18) tantum abeſt, vt fuiſſem auerſatus, vt duxiſſem etiam oblectationi, 19) quoniam mortales a me remouebat tam inanes recordatione beneficiorum, quam plenos fraudibus. Saepe indignatus animo: Itane, aiebam, 20) itane

Ff oporr-

die Quellen waren rein / klar. 11) molliendo ſomno, um weich darauf zu ſchlafen. 12) rudi opere, von ſchlechter / grober Arbeit. 13) quas -- adhibebam, welche ich brauchte / das Blut in der verbundenen Wunde zu ſtillen / und ſolche auszutrocknen. 14) proiectus -- deorum, da ich ſo von aller menſchlich- und göttlichen Hülfe verlaſſen war. 15) ſi forte -- in prandium, wann ich mir ſo was zum Mittag-Eſſen geſchoſſen habe. 16) ſubeundus dolor erat, ſo mußte ich allemal groſen Schmerzen ausſtehen. 17) ignes -- elicere, Feuer ſchlagen. 18) tantum abeſt vt auerſer hoc vitae genus, dieſe Lebens-Art iſt mir ſo gar nicht zuwider. 19) quoniam -- fraudibus, weil ich von den undankbaren und betrüglichen Menſchen nun entfernet war. 20) itane

oportuit Philoctetem deserere? Philoctetem 21) ereptum patriae, velut eius vindicandae instrumentum vnicum, destituere in hoc exilio, et destituere, 22) cum artus sopore resolueret? Somno enim vacabam, cum Graeci classem auferrent ab insula. Vnde intelligis, qua perturbatione fuerim, 23) quo fletu oppressus, cum viderem 24) e somno mihi redditus, 25) patrias naues deserta statione in altum rapi. Grassabar per insulam: scrutabar locos immanes teterrimosque aspectu; at 26) in meas duntaxat aerumnas incurrebam.

CAPVT VII.

Haec insula 1) non portu naues, non peregrinos mercium caussa accipit, 2) nec ex iure, quod hospitibus commune, tuetur, ipsumque littus nemo attingit hominum libente animo. 3) Ibi nisi ab inclementioribus vndis eiectos haud reperereris, nec alia atque naufragantium societate potiere. Sed 4) neque huc appulsi audebant me admittere in nauem et referre ad meos partim deorum, partim Graecorum metu. 5) Decem ipsos annos et ludibria, et angustiae et fames mihi perferenda erant, 6) alias

oportuit, ist es auch billich/ recht. 21) eripere patriae aliquem, einen aus seinem Vaterland hinaus schleppen. 22) cum artus sopore resolueret, da er schlief: im Schlaf. 23) quo fletu oppressus, wie viel Thränen ich vergossen. 24) e somno mihi redditus, nachdem ich vom Schlaf erwacht. 25) patriae naues -- rapiuntur, die Schiffe des Vaterlands fahren auf dem Meer dahin. 26) in meas -- incurrebam, ich traf überall nichts als Elend an.

(Cap. VII.) 1) non portu -- accipit, es kommen keine Schiffe da in den Hafen/ keine Fremde mit Waaren an. 2) nec ex -- tuetur, die Einwohner der Insul bezeugen auch gegen keine Fremde das Gast-Recht. 3) ibi -- repereris, man trift da keine andere an/ als die durch Sturm und Wellen dahin verschlagen werden. 4) neque huc appulsi, auch diejenige nicht/ welche hier angeländet. 5) decem ipsos annos,

6) alias insanabili vulnere ipsaque desperatione penitus exhausto atque confecto.

Forte a colligendis ad mitigandum vulneris dolorem herbis redibam, cum insignis speciei iuuenem in antro meo intueor. 7) Praeferebat herois habitum. 8) Achillem loquebatur lineamentorum conformatio, forma, incessus, 9) nisi quod leuior aetas contradiceret. 10) Deprehendi in ore eius notas miserantis et perturbati animi. Vehementer dolebat, 11) tam moleste, tam lente a me aegrum corpus trahi. Acutusque et miserabilis 12) eiulatus meus, ab vniuerso littore reiectus multiplici sono, eum adducebat ad gemitum.

Ego nondum illi vicinus: Quae te sors, exclamabam, in hunc incultum locum? Noui et adhuc amo graecum habitum. 13) Vt iuuat audire vocem tuam, et ex ore tuo 14) illos sonos, ad quos linguam meam accommodaui a teneris, hac autem in solitudine, tam 15) seiunctus diu ab vsu hominum, verba conformare non potui! Meus hominis infelicissimi aspectus, quaeso, 16) horrori ne sit, sed incitamento miserendi.

zehen ganzer Jahre. 6) alias - - confecto, der ich ohnehin durch die unheilbare Wunde und Beraubung aller Hoffnung, ganz ausgezehrt war. 7) praeferebat herois habitum, er hatte eine heldenmässige Gestalt. 8) Achillem - - incessus, der Bildung, Gestalt und Gang nach kam er mir vor wie Achilles. 9) nisi - - contradiceret, dem Alter nach aber sahe ich wol, daß er es nicht seyn konnte. 10) deprehendere in ore alicuius - - animi, einem das Mitleiden und Bestürzung im Gesicht abmerken, ansehen. 11) tam - - trahi, daß ich mich mit einem so beschwerlichen und elenden Leib schleppen müßte. 12) eiulatus ab - - sono, ein Geheul, das an dem ganzen Ufer erschallte, einen Wiederhall gab. 13) vt iuuat, wie freue ich mich. 14) illos - a teneris, diejenige Sprache, die ich von Kindheit an geredet, meine Mutter-Sprach. 15) seiunctum esse ab vsu hominum, aller Gemeinschaft der Menschen beraubt seyn. 16) horrori - - miserendi, laß dich nicht abschrecken, sondern viel-

Neoptolemus erat, qui 17) simul Graecum se profitebatur, simul ego: O dulce verbum, 18) quod tot annorum silentio et numquam leuatis doloribus meis interseris! Quae sors, mi fili, quae iniquitas, 19) imo quae aeris clementia huc te mihi, calamitatis meae, quam vides, allaturum finem? Ille: in Scyro natus, Scyron redeo. Filius Achillis habeor. Ecce tibi, quaecunque nosse ex me potes.

CAPVT VIII.

Auebat plura cognoscere tam diu suspensa curiositas. Itaque: tu vero, aiebam, fili parentis tam magni, tam mihi, tam Lycomedi 1) altori suo dilecti! quomodo huc ad me? ain! Ille asserebat, se ex castris Graecorum venire; meque obiiciente, ipsum in exercitu, cum primo tenderetur in Asiam, non fuisse, quaerebat, vbi tunc ergo egissem? Tu vero, respondebam, Philoctetis et nomen et aduersas res videris ignorare. Heu miserum me! cuius fortunam inimici crudeliter onerant. Nescit Graecia me pati. 2) Heu gliscit dolor! 3) per Atridas, quod referant dii, per Atridas sum miser.

Subiunxi deinde furtiuum discessum classis nostrae, additis querelis, quas vbi desieram, ille suas exorsus: Post mortem Achillis, inquit; - - interpellans ego: post mortem Achillis? 4) patere, fili, turbari

mehr zum Mitleiden bewegen. 17) simul - - ego, so bald er sagte/ daß er ein Griech seye/ so bald rieffe ich aus: 18) quod - - interseris, welches du mich nach so vielen Jahren/ da ich es nicht gehöret/ und niemal Linderung an meinen Schmerzen verspühret/ vernehmen lässest. 19) imo - - mihi, oder vielmehr/ welch günstiger Wind hat dich hieher gebracht.

(Cap. VIII.) 1) altor, Pfleg-Vater. 2) heu gliscit dolor, ach mein Schmerz wird noch immer gröser. 3) per - - miser, des Atrei Enkel/ Agamemnon und Menelaus/ denen die Götter es bezahlen wollen/ sind Schuld an meinem Elend. 4) patere turbari sermonem tuum, verzeihe mir/

ri sermonem tuum his lacrimis, Achilli quas debeo. Quin meo turbabis solatio; ita Neoptolemus. Quam volupe Philoctetem intueri genitoris illacrimantem funeri!

Tum 5) regressus adolescens ad initia narrationis: Post mortem Achillis Vlysses cum Phoenice me venit conquisitum, asseuerans, me absente Troiam numquam futuram Graecorum. Facile sequebar monentes, quippe impulsus et dolore paternae caedis, et desiderio, 6) ne tam celebri bello nihil de tanti herois gloria in hereditatis vicem mihi veniret. Attigi Sigaeum. 7) Illico circumfusus aduenienti miles iurat in me Achillem reuixisse. At, pro dolor! haudquaquam reuixerat. Tiro eram non aetate modo, sed vsu quoque rerum; 8) neque dubitabam tamen omnia mihi polliceri ab iis, qui aduentum meum tanto opere celebrabant. Genitoris arma ab Atridis postulo: cum ferox responsum ab his: habiturum me, quae reliquisset genitor; ceterum arma Vlyssi destinata esse.

9) Non tenui doloris impetu lacrimas, quibus tamen nihil motus Ithacus: 10) Discriminum, inquit, diuturni belli exsors et puer, non eris particeps tam illustris spolii. Aequo maiora iactas, et grandiora postulas meritis. Obtinebis numquam. Ergo 11) multatus optima hereditatis parte Vlyssis iniuria, in

 Scy-

daß ich dich in deiner Rede störe. 5) regredi ad initia narrationis, seine Erzehlung wieder anfangen. 6) ne tam -- veniret, daß ich in diesem so berühmten Krieg etwas von dem Ruhm des so grosen Helden erben möchte. 7) illico -- reuixisse, kaum kam ich an / so umringten mich alle Soldaten / und schwuren / sie sähen an mir den Achilles wieder lebendig. 8) neque -- ab iis, meynte aber doch / ich dörfte mir alles gute versprechen von denen. 9) non -- lacrimas, ich vergoß nicht wenig bestürzt / bittere Thränen. 10) discriminum -- spolii, dir als einem so jungen Pursch / und der du noch keine Gefahr von diesem langwürigen Krieg versucht / gehört eine so herrliche Beute nicht. 11) mul-

Scyrum redeo maiore in Atridas, quam Vlyſſem, concepta ira. Dii ament, iſtos qui oderit! Haec ſunt, quae ſcire ex me potes.

Scitabar poſtea, cur tantam iniuriam Aiax Telamonis non auerterit? 12) Vixit, inquiebat Neoptolemus. Et ego cum clamore vociferans: Vixit? et adhuc Vlyſſes viuit? Imo, adoleſcens pergit, 13) floret in exercitu. 14) Ad varias deinde quaeſtiones prolapſus ſciendi cupiditate, peto, 15) quid cum Antilocho ageretur, Neſtoris filio? Qui ſe haberet ab Achille quondam dilectus Patroclus? Et vtrumque obiiſſe audiens, 16) reſumto planctu: Quid? aiebam cum gemitu! obierunt? funeſtum eheu nuncium! Itane mors deſaeuit in bonos, parcit improbis? 17) Vlyſſe ſaluo, quod ais, et Therſites vtique adhuc fuerit incolumis. Haec agunt dii; et laudari a nobis volunt?

CAPVT IX.

Perſentienti furorem hunc in parentem tuum, pergit Neoptolemus imponere mihi, addens dolentis ſpecie: 1) Dii me procul a Graecorum exercitu, in quo parere improbitati iubetur integritas. Melius erit mihi in peſſimis Scyri locis. Vale. Abeo. Sanent te dii!

Ad haec ego concitatiori voce: Per genitoris ego te manes, per dulciſſimam parentem adiuro, per omne, quidquid cariſſimum in orbe tibi, in hoc exilio,

tari optima hereditatis parte, um das beſte Stück von ſeinem Erbgut gebracht werden. 12) vixit, er iſt todt. 13) florere in exercitu, bey der Armee in groſem Ruhm ſtehen. 14) ad varias -- cupiditate, ich machte noch weiter allerhand Fragen an ihn, um mehr zu erfahren. 15) quid agitur cum illo, wie geht es ihm. 16) reſumere planctum, wiederum aufs neue klagen. 17) Vlyſſe -- incolumis, da Ulyſſes noch lebt, wird unfehlbar auch Therſites noch bey Leben ſeyn.

(Cap. IX.) 1) Dii -- integritas, die Götter bewahren mich

exilio, his in aerumnis, quas pati me vides, ne Philoctetem destitue. Equidem intelligo, quanto futurus sim oneri. Sed et miserum deserere Graecis habetur dedecori. 2) In proram, in puppim, in ipsam adeo carinam, aut vbi minime tibi tuisque molestus erit, Philoctetem mitte, abiice, deprime. 3) Praeter magnanimos, quam gloriosa clementia, nemo intelligit. Eripe me hoc sterili solo, vbi nec cultus humani vestigium. Fac seu insulae, in qua es genitus, seu Euboeae adire littus queam, quod non procul ab Oetae iugis Trachineque, 4) Sperchii fluminis riparumque oblectat spectaculum. Redde me parenti meo, 5) quem heu! quam vereor, mortuum lugere ne debeam. Moneri curabam, nauem vt mitteret. Aut occubuit; aut fefellere, qui promiserant se monituros. 6) Vnus iam superes, fili, derelicti Philoctetis asylum. Memento, quae rerum humanarum mobilitas. Felix es. Ne miser esse merearis felicitatis abusu, time, et succurre alienae miseriae.

Haec doloris magnitudo expresserat. Promisso loco in naui, qua erat abiturus, 7) redii, sed laetiore vultu, ad gemitus: O lux, ter fausta lux! et tu flos vernantis adolescentiae, dulcis Neoptoleme! 8) Assurge, quod mereris, assurge in paternae gloriae fastigium. Sinite, quaeso, qui liberatorem

vor der Griechen Armee/ wo die Bosheit über die unschuld die Oberhand hat. 2) in proram -- deprime, schmeiß mich vornen/ hinten/ zu unterst in das Schiff/ oder wo ich dir und den Deinigen am wenigsten beschwerlich seyn werde. 3) praeter -- intelligit, allein grose Gemüther erkennen/ welch einen Ruhm es bringe/ gnädig zu seyn. 4) Sperchii -- spectaculum, wo das angenehme ufer des Flusses Sperchii. 5) quem -- debeam, von dem ich leyder besorge/ daß er auch todt seye. 6) vnus -- asylum, an dir allein habe ich jezt noch einige Zuflucht. 7) redii -- gemitus, ich fieng wiederum an/ jedoch mit frölicherem Muth zu seufzen. 8) assurge -- fastigium, du verdienest gleichen Ruhm wie dein

hunc meum comitamini, valere nunc iubeam exilii mei has tristes sedes. Aspicite, 9) qui me adhuc retinuerint loci. Inde quid perpessus, cogitate. Tuli, quae nemo potuisset alius. Ferre scilicet 10) necessitas docuit, magistra eorum, quae alias perpetuo ignoraret mortalitas. 11) Rudes sunt, quos numquam sinistra fortuna exercuit. 12) Bona et mala in eodem ponunt gradu. 13) Laborant vera cognitione et sui et aliorum. His dictis sagittas meas cum arcu sumsi.

CAPVT X.

Continuo Neoptolemus 1) precibus a me eblandiri copiam earum osculandi, quoniam tam essent illustres et sacrae per inuictam Herculis manum. Ego vero: Quae libent, age. Per te fili, per te lumen, patriam, 2) paternos canos, propinquos, meque ipsum recipio. Tange arma, 3) quae ego a fortitudinis miraculo; tange, et 4) ex eo gloriare totius Graeciae vnus. Neque cunctatus iuuenis antrum subiit, acturus quae permittebam.

Interea 5) praeceps et acutus dolor primo rationis tentauit vsum, deinde eripuit. Postulabam ferrum decutiendo cruri. Fremebam cum eiulatu: 6) Quous-

Vater zu erlangen. 9) qui - - loci, seht den Ort, wo ich mich bisher aufgehalten. 10) necessitas magistra - - mortalitas, die Noth lehret die Menschen, was sie gewiß sonst nicht wüßten. 11) rudes - - exercuit, die wissen nichts, die nie kein Unglück erfahren haben. 12) bona - - gradu, gutes und böses ist ihnen eines wie das andere. 13) laborare vera cognitione, keine wahre Erkanntniß haben.
(Cap. X.) 1) precibus - - osculandi, er bat sich von mir die Erlaubniß aus, dieselbe, Pfeile, zu küssen. 2) paternos canos, meinen alten Vater. 3) quae ego a fortitudinis miraculo, die ich von dem habe, der ein Wunder der Tapferkeit war. 4) ex eo - - vnus, du darfst dich rühmen, daß du unter allen Griechen der einige seyest, dem dieses Glück wiederfahren. 5) praeceps - - eripuit, wußte ich vor plötzlich und heftigem Schrecken nicht was ich that.

6) Quousque torquebis inania desideria mors prouocata toties? 7) Admoue mihi, quas ego Herculi, faces, iuuenis! 8) dehisce tellus! absorbe mortis ligatam victimam. 9) Lapsus ab his angustiis sum in consueta deliquia animi. At 10) sudoris ingens vis relaxabat malum. E vulnere profluebat atro colore et deprauatus cruor. Quid erat Neoptolemo facilius, quam, 11) me alienato a sensibus et colluctante cum deliquiis, auferre tela, auehere? sed 12) Achilles mendacem non generat.

13) Redditis sensibus aduerti eum in magna perturbatione esse. Gemitus fere edebat, quales solent, qui, quae simulant, celare non possunt. Tune Philoctetem decipere? quid agis? 14) Haec praecipitanti mihi: In castra, inquit, mecum ibis. Et ego: Quid est, quod dicebas, fili? Arcum redde. Proditus sum! 15) ne tu vitam mihi! Ille tacere, leniter aspicere, moueri nihil. Vos, littora, vos, qui insulam hanc praecingitis scopuli! 16) vos infelici mihi tamdiu contubernales bestiae! vos montium cacumina, 17) quae humanos gressus non admittitis! ah! questus meos admittite; quoniam vos praeter non est, iniurias deplorantem Philocteten

6) quousque - - toties, wie lang soll ich dir o Tod! so oft vergebens rufen. 7) admoue - - faces, verbrenne mich / wie ich den Hercules. 8) dehisce - - victimam, thue dich auf / o Erde! und verschlinge mich / der ich doch ein Opfer des Todes bin. 9) labi in consueta deliquia animi, wie sonst in eine Ohnmacht / in einen Schlummer dahin fallen / da man nichts um sich selber weißt. 10) sudoris - - malum, ich bekam einen heftigen Schweiß / und dardurch einige Linderung. 11) me alienato - - deliquiis, da ich nichts um mich selbst wußte / und in der Ohnmacht lag. 12) Achilles mendacem non generat, wer von Achilles Geblüt ist / kan nicht betrügen. 13) redditis sensibus, nachdem ich wieder zu mir selber gekommen. 14) haec - - mihi, als ich dieses in der Bestürzung sagte. 15) ne - - mihi, sc. eripias, bringe mich nicht um mein Leben. 16) vos - - bestiae, o ihr wilde Thiere / bey denen ich mich so lang aufgehalten. 17) quae - -

qui audiat. 18) Domestica vobis iam sunt mea suspiria. Itane ludar Achillis filio? 19) praedo diuini ab Alcide spolii Troiam me abripit succubiturum sibi, non memor, victorem mei parem esse 20) congredienti in pugnam cum cadauere, vmbra, simulacro. Prouocasset vtinam Philoctetem adhuc integrum! quamquam ne nunc quidem vi, sed dolo aggreditur. Quid faciam? redde, fili, redde. Aequalem genitori te exhibe, aequalem tibi. Quid dicis? taces? 21) Cautes Marpesia! 22) haeccine tu nudo, egeno, derelicto, famelico? 23) tumulabit me haec cauerna. 24) Spoliatus caelesti telo, feras quo perimam; perimendus ipse pascam ferinam rabiem. At tu, care, melior videris mihi, quam vt agas dolo: mali nil cogitas. Redde, quae mea: apage!

CAPVT XI.

Tum Neoptolemus voce paullo demissiori, vberrimoque fletu: Scyron, inquit, vtinam deseruerim numquam! Nondum inane votum finierat, cum ego 1) clamore, qualem attoniti edimus. Vah! quid video? Vlyssem? Et hic notae vocis sono respondit: 2) Vlyssem. 3) Ipse tartareus horror quan-

admittitis, die kein Mensch besteigen kan. 18) domestica -- suspiria, euch sind meine Klagen was gewohntes. 19) praedo -- sibi, nachdem er mich der Beute von dem Hercules beraubet/ so will er mich jetzo nach Troja hinschleppen/ daß er völlig über mich siege. 20) congredi -- simulacro, mit einem todten Bild kriegen. 21) Cautes Marpesia! du harter/ unbeweglicher! 22) haeccine tu nudo &c. sollteſt du dich also gegen einem der von aller Hülfe entblößt/ bezeugen. 23) tumulabit me haec cauerna, ich will in dieser Höle begraben seyn. 24) spoliatus -- rabiem, wann ich soll meines himmlischen Pfeils beraubet seyn/ wormit ich wilde Thiere erlegen könne/ so will ich selbst eine Speise der Thiere werden.

(Cap. XI.) 1) clamore -- edimus, ich schreye ganz erstaunend. 2) Vlyssem, ja den Ulysses. 3) ipse -- aspectus,

quantumuis diis intolerabilis visu, minus me terruisset, quam Vlyssis aspectus. Aucto igitur fremitu inclamabam: Testis tu, Lemne, mihi, infelix solum! 4) Et vos, Phoebei ignes conscii! 5) haec pati? 6) His nihil offensus ille: Iouis, inquit, imperium est. Ioui pareo. 7) Tune trita mendaciis lingua (ita confutans ego) Iouis profanare vocabulum? Viden' hunc iuuenem, 8) cuius ineptum ad inueniendos dolos torques imperatis fraudibus animum. At Ithacus: aduentus noster nec fraudi erit, nec noxae tibi. Adsumus, vt per nos liber, sanus, particeps 9) profecturae ex vastato Ilio gloriae, atque tua deinceps in patria sis. Vt non Vlysses, sed Philoctetes Philocteti est hostis!

Tum vero 10) tantis in genitorem tuum contumeliis probrisque debacchabar, quantum erat irritati stomachi et furoris ingenium. Quid me turbas, aiebam, Philoctetis desertor, et desertorum caput? I, labora, suda, age non modo vt vincas heroum decora, sed et 11) illecebra viuendi Paridem. I, fruere, quidquid cum Atridis fortuna tibi dabit; miserias, dolores relinque mihi. Ecquid me cogitas abducere, vmbram, mortuum, 12) occisissimum? Cur aliud hodie, atque ante tuum ex Lemno credebas

die Hölle selbst / die auch die Götter nicht einschauen mögen / hätte mich nicht so sehr erschreckt / als der Anblick des Ulysses. 4) et vos -- conscii, und du Sonne / die du dieses siehest. 5) haec pati? wollt ihr dieses leyden? 6) his nihil offensus ille inquit, hierauf sagt er ohne einige Bewegung / Entrüstung. 7) tune -- vocabulum? was du Lügen-Maul! unterstehest du dich den Jupiter fälschlich zu nennen? 8) cuius -- animum, der nicht aufgelegt ist zum betrügen / und den du doch zum Betrug nöthigen willt. 9) profecturae -- gloriae, des Ruhms / den wir uns durch Zerstörung Troja machen werden. 10) tantis -- ingenium, ich stiese so viel Lästerung wider deinen Vater aus / als ich im Zorn und Jäst nur erdenken konnte. 11) illecebra viuendi, ein wollüstiges Leben. 12) occisissimum, der ich

bas abitum, 13) me scilicet nisi cum religionis et altarium interitu hinc vobiscum abire non posse? Vah Ithace! 14) vah malorum meorum origo fecunda nimis! Quam te dii, velim! - - - At diis non audior, qui augent hostis rabiem mei. Ah dulce solum patriae, qua perpetuo carebo miser! 15) Tu, si quod es, quod fata reliquerunt Philoctéti, aequum Numen! tu Vlyssen plecte. Tunc me saluum, quamquam miserrimus, reputabo.

16) Hac grassantem maledicendi libidine pater tuus adeo non tulit iniquo animo, vt miserentis etiam habitu me aspexerit, 17) imitatus siue morem eorum, qui, 18) liberi vltionis industria, moderate tolerant excusantque 19) efferatam in aduersis licentiam, siue rupem praecelsam, quae altitudini confisa suae ridet, inuictaque sustinet insaniam ventorum, dum fatigati conquiescant. Vlysses certe nec voculam obganniuit, sed expectauit, dum 20) concitata mens rediret ad tranquillitatem; satis intelligens, 21) impetus animi, si coercere eos sit libitum, 22) nisi consumtis paulatim viribus languescant, necquidquam cohiberi. At vero vbi primum sensit mentem paulo aequiorem esse, decedente ira; hunc coepis

ganz dahin bin. 13) me scilicet - - posse. daß ich nämlich/ ohne den völligen Untergang des Opfer-Dienstes nicht könne mit euch ziehen. 14) vah malorum - - nimis. von dir kommt all mein Unglück. 15) tu, si - - Numen, ist noch ein gerechter/ mir günstiger GOtt in dem Himmel. 16) hac - animo, bey allem diesem meinem greulichen Schmähen/ ward dein Vater doch so gar nicht bös über mich. 17) imitatus - - eorum, theils nach Art derjenigen. 18) liber vltionis industria, frey von der Rachbegierde. 19) efferata in aduersis licentia, Ungedult im Unglück/ in widrigen Schicksalen. 20) concitata mens rediit ad tranquillitatem, der Unmuth/ Zorn ist vergangen/ hat sich geleget. 21) nequicquam cohibere impetus animi, heftigen Gemüths-Bewegungen vergebens Einhalt thun. 22) nisi - - languescant, bis sie nach und nach austoben/ und von selbsten sich

pit in modum: 23) Quo tua se, Philoctetes, ratio, quo virtus abripuit? vtraque, nisi cares, nunc vtere. Recusas sequi, 24) insuper habito, a Ioue te 25) constitutum ministrum magni consilii. Recusa: mane. Atqui te sic indignum efficies, cui libertatem debeat patria, ruinam infestae sibi vrbis Graecia. Manebis ergo. Ego vero cum his armis ibo ad capessendam gloriam, quam fata destinauerant tibi. Age, Neoptoleme, eamus. 26) Perdidimus operam: lapidi loquimur. Saeuitia sit ita misereri vnius capitis, vt Graeciam totam sinamus periclitari.

CAPVT XII.

Tum 1) haud leuior quam leaenae incessit rabies, ereptis catulis rugitu opplentis saltus. Tu plena horroris cauerna (ita antrum inuocabam) tu sedes viuo, tu et tumulus eris consumto Philoctetí! Tu doloris mei receptaculum; quod pro alimenti vbertate spes meas alit. 2) Huc cultros, quibus hoc pectus fodiam! 3) huc milui, accipitres, et me, me, inquam, abripite! parcet vobis in posterum haec manus. O arcus! o pretiosum, o Ioue nati sacratum pignus manu! Si tibi quis superest, Alcide, sensus, non irasceris? En fideli amico erepta tela! in Ithaci fraudulentas et impuras transierunt manus. Huc in posterum, ad antrum isthoc meum, viuen-

legen. 23) quo tua - - abripuit? wo ist dein kluger Verstand / wo ist deine Tapferkeit? 24) insuper habito, und setzest das hintan / achtest es nicht. 25) constitutum esse - - consilii, darzu bestimmet seyn / ein groses Vorhaben auszuführen. 26) perdidimus - - loquimur, wir richten mit allen unsern Verstellungen doch nichts aus.

(Cap. XII.) 1) haud leuior - - saltus, ich habe nicht weniger angefangen zu rasen / als eine Löwin die den Wald durchbrüllet / wann man ihr ihre Jungen geraubt. 2) huc cultros, Messer her! wer gibt mir ein Messer. 3) huc milui, kommt nur her ihr Raub-Vögel.

viuentes rapto aues! huc 4) indomitam rabiem numquam positurae bestiae! Nihil iam timoris, iam nihil noxae habet haec inermis manus. Adeste! 5) vestrum en me pabulum! imo 6) ignibus en tuis obuium hoc caput deorum hominumque immitis pater!

At genitor tuus postquam diligenter adhibuisset, quaecunque ad me persuadendum poterat inuenire: optimum tandem ratus, arma mihi reddere. Igitur 7) Neoptolemus nutu monetur. Qui cum illico paruisset; armis traditis, me permouit, vt his verbis gratias agerem: O qui et mereris et probas, esse te Achillis filium! Sine inimicum meum percutiam. Et 8) iam ibam in sagittae iactum, cum 9) ab interueniente Neoptolemo his acerrime dictis reprimor: 10) Furor tibi abstulit animum, abstulit consilium. Non vides, quantum moliare nefas.

Ceterum 11) tam non moui Vlyssem armatus fatalibus telis, quam probris. Quid? quod tactus ipse constantia et longanimitate eius, 12) erubui insanum impetum, quo arma expediebam in illum, qui reddiderat. At, perseuerante iracundia, hoc ipsum vrebat me, quod arma 13) deberem viro, quem acerbissime oderam. Interea Neptolemus: Scito, inquit, diuinum Helenum 14) de Priami sanguine,

4) indomitam -- bestiae, wilde Thiere. 5) vestrum en me pabulum, fresset mich. 6) ignibus -- pater, da hast du mein Haupt/ unbarmherziger Jupiter! zerschmettere es. 7) Neoptolemus nutu monetur, er gibt dem Neoptolemo einen Wink. 8) iam ibam -- iactum, ich wollte schon den Pfeil/ nämlich auf den Ulysses/ schiessen. 9) ab -- reprimor, Neoptolemus lauft darzwischen/ und hält mich mit dieser heftigen Bestrafung zurück. 10) furor -- consilium, du bist völlig unsinnig: weißt vor Raserey nicht was du thust. 11) tam non, quam, eben so wenig/ als. 12) erubescere insanum impetum, über sein unsinniges Beginnen schamroth werden. 13) debere alicui aliquid, einem etwas danken sollen. 14) de Priami sanguine, des Priami Sohn.

guine, poſtquam deorum imperio monituque Troiam deſeruit, nobis futura ſignificaſſe, 15) Iliumque deſiturum tum primum, cum inuaderetur ab eo, cui Hercules arma ſua credidiſſet: hunc ipſum non niſi ad Troiam et ab Aeſculapii filiis ſanatum iri.

Haec verba, vt primum erant prolata, 16) mentem meam vehementer diſtrinxerunt. Mouebat me Neoptolemi candor, reddentis, quae in Oeta acceperam. Contra libuit pertinaciter neſcire, cederemne Vlyſſis deſiderio? 17) inconſulto pudore implicante animum et ſuggerente: mene cum Vlyſſe, cum Atridis eſſe? quid homines tum de me?

CAPVT XIII.

Ambiguus conſilii vocem humana maiorem exaudiui. Hercules aderat, illuſtri vectus nube, ambientibus eum radiis; vultus mediocriter auſterus, artus robuſti, 1) moresque et geſtus nulla adſciti arte; quae quidem facile a circumfuſa luce diſcreui. 2) Auguſtiorem tamen formam, quam cum domaret monſtra, prae ſe tulit. Ille prior locutus: Herculem et audis, inquit, et vides. Deſerto Olympo huc veni, vt Iouis ex me intelligas effatum. 3) Quanti Alciden immortalitas ſteterit, ignorare non potes. Sequendus tibi Achillis filius, et perſequenda mea ad gloriam veſtigia. Sanaberis. His ſagittis auctorem tantorum malorum, Paridem, feries.

15) Ilium deſinet tum primum, alsdann erſt wird Troja untergehen. 16) mentem alicuius diſtringere, eines Gemüth sehr unruhig machen, umtreiben, daß er nicht weißt, auf welche Seite er sich lenken soll: (wie wann der eine auf dieser, der andere auf der andern Seite einen ziehet. 17) inconſulto -- ſuggerente, indem eine thörichte Scham mich zweifelhaft machte, und mir die Gedanken beybrachte.

(Cap. XIII.) 1) mores -- arte, seine ganz ſimple, natürliche, ungekünstelte Geberden. 2) auguſtiorem formam prae ſe tulit, er sahe weit herrlicher aus. 3) quanti -- ſteterit, wie viele Müh es mich gekostet, bis ich die Un-

feries. Expugnata vrbe, Poeanti, genitori tuo, pretiofa fpolia mittes in Oetam montem, 4) futurum ad bufta mea infigne partae armis meis victoriae monimentum. Tibi vero, Neoptoleme, denuncio, nec te fine Philoctete, nec illum fine te victorem futurum. Agite! ite, et leones gemini eftote, qui vna inueftigant praedam. Erit, quod faciam, in Troade Aefculapius, Philocteten qui fanet. 5) Si quid aliud, religionem ama, obferua, Graecia! Transeunt cetera; perennat religio.

His auditis 6) exultabam ouantis in morem: O felix, o amoena lux, quam tot annorum difcuffis tenebris meliorem recipio. 7) Habes obfequentem me. Supremum falutatis his fedibus abeo. Vale cara fpecus! valete, per irrigua haec prata ludentes Nymphae. 8) Non accipient hae deinceps aures, quos innoxiae maris irae vobis admurmurant, fufurros. Valete littora, 9) quae doluiftis toties, Philocteten feuerioribus aurae incommodis premi. Valete vos 10) in altum procurrentes fcopuli, fidele fono multiplicandis gemitibus meis auxilium. Valete 11) dulces fcatebrae, fitis tam amarum adiumentum meae! Et tu denique 12) Mulcibero amata tellus, vale! 13) Dimitte fine noxa diuturnum tuum, deorum


fterblichkeit erlanget. 4) futurum ad bufta mea infigne monimentum, zu einem herrlichen Denkmal bey meinem Grab. 5) fi quid -- ama, liebe über alles andere die Religion/ den Dienft und Furcht der Götter. 6) exultare -- morem, sehr doch erfreut seyn. 7) habes obfequentem me, ich folge dir. 8) non accipient -- fufurros, hinfort werde ich nicht mehr hören das Brausen des Meers. 9) quae doluiftis -- premi, die ihr so oft Mitleiden mit mir hattet/ daß ich von der unbequemen Luft geplaget würde. 10) in altum -- auxilium, ihr hohe Felsen/ welche den Schall von meinen Klagen mir mehr vergrösern halfen. 11) dulces -- meae, ihr süsse Quellen/ die ihr aber doch mir so bitter waret. 12) Mulcibero amata tellus, liebes Land des Vulcani, Lemnus. 13) dimitte fine noxa, lasse glücklich ziehen.

rum amicorumque voluntati obsequentem, incolam.

Sic discessum ab insula, ventumque ad obsessam vrbem. Diuinis Podalirii et Machaonis artibus, quas ab genitore Aesculapio didicere, aut sanitatem debeo, 14) aut certe hanc reparati corporis conditionem, in qua me nunc vides. Vulneris nec extat dolor, nec aliud, ex integro receptis viribus, vestigium, nisi quod 15) leuiter in incessu peccat tibia. 16) Paridem strani eum fere in modum, quo hinnuli in siluis licentiam telum plectit, emissum venatoris manu. 17) Arsit paulo post meum aduentum Ilium. Reliqua nosti. At vero calamitatis meae memoria in animo meo vel tum 18) alebat Vlyssis tam acerbum odium, vt omnis virtus eius extinguere illud non valuerit. Ceterum aspectu filii, tam similis genitori, tam amandi mihi, 19) emollior, vt et patrem amare incipiam.

Finis Libri Decimi Quinti.

14) aut certe - - conditionem, oder daß ich wenigstens so weit wieder hergestellet bin. 15) leuiter - - tibia, im gehen hinke ich ein wenig. 16) Paridem - - manu, den Paris habe ich so leicht erleget / wie etwa ein junges Reh in dem Wald von dem Jäger erschossen wird. 17) arsit Ilium, Troja ist in Brand gestecket worden. 18) alere odium, den Haß vermehren. 19) emollior, es wird mein Herz in eine zärtliche Bewegung gebracht.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER DECIMVS SEXTVS.

CAPVT I.



Dum casus suos Philoctetes commemorat, 1) videbantur omnes sensus Telemachi suspendi. Certe ne minimo quidem corporis motu dicenti obstrepuit. 2) Haerebat totus in tam illustri persona herois. 3) Dissimillimos animorum sensus, qui iam Herculem, iam Philocteten inuaserant, et alias Vlyssem, alias Neoptolemum turbaue-

(Cap. I.) 1) videbantur - - suspendi, war Telemach wie ganz ausser sich selbst gesezt. 2) haerebat - - herois, all sein inneres und äusseres war gerichtet auf die Person ꝛc. 3) dissimilimos animorum sensus ordine in vultum Telemachi

bauerant, omnes et singulos eo, 4) quo in narrationis seriem incidebant, ordine in vultum Telemachi candor ingenuae indolis induxit. Alias 5) immemor sui, ignarusque, quid ageret, 6) vocem non integram interiecit loquenti. Alias videbatur 7) toto animo cogitans eorum instar, qui studiose grauissima pensitant. Credi potuisset, cum Philoctetes Neoptolemum 8) rudem ad simulationem, ideoque perplexum, 9) commodius exprimeret, Telemachum 10) eadem ambiguitate intricari, 11) ipsumque Neoptolemum rursus pudefieri in Telemacho.

At Adrastum deorum 12) fideique, qua commercia humana constantur, contemtorem, foederatae copiae 13) petebant cum industria. Difficillimum Telemacho erat, tot regibus 14) mutua aemulatione ferventibus, 15) satis ad omnia prudentem esse. Oportebat enim et illorum 16) omnium suspicionibus, et caussis offensionum praeuertere. 17) Ingenium eius minus blandum, quam rectum atque integrum,

candor ingenuae indolis induxit, die unterschiedliche Gemüths-Bewegungen zeigten sich alle nach einander in dem Angesicht des Telemachs. 4) quo--ordine, nach der Ordnung/ wie sie in der Erzehlung vorkamen. 5) immemor sui, der sein selbst vergißt. 6) vocem -- loquenti, fiel er ihm/ ohne sich zu besinnen/ was er redete/ in die Rede. 7) toto animo cogitans, ganz tiefsinnig. 8) rudis ad simulationem, der nicht heuchlen kan. 9) commodius exprimere aliquem, einen eigentlich abbilden. 10) eadem ambiguitate intricari, in gleiche Verwirrung hinein gerathen. 11) ipsumque -- Telemacho, es war/ als sähe man wiederum den Neoptolemum in dem Telemach sich schämen/ schamroth werden. 12) fides, qua--constantur, die Treue in der menschlichen Gesellschaft. 13) petere aliquem cum industria, mit allem Ernst auf einen los gehen. 14) mutua aemulatione feruere, jaloux unter einander/ wider einander auf seyn. 15) satis--esse, sich in allem klüglich zu verhalten wissen. 16) omnium--praeuertere, sich vorsehen/ daß man sich bey keinem verdächtig mache/ oder jemand vor den Kopf stose. 17) ingenium -- integrum, er konnte nicht viel flattiren/ war aber dabey aufrichtig und red-

tegrum, fere aſpernabatur, quae ceteri ambiunt hominum. 18) Torpebat ad diuitias. Sed nec liberalitatem erga alios adhibere nouerat. Nobilitas animi eius commendabatur, quod propenderet ad honeſtatem, 19) Argui tamen poſſe videbatur languentis in alios officii, 20) crediqne ſecurus amicitiarum; nec amicus largiendi, 21) nec ſtudioſus referendae vicis cultoribus ſuis, nec attentus ad merita diſtinguenda hominum. Deſtinata ſemel non penſabat amplius. 22) Ad hunc faſtum arrogantiamque mores eius inuito Mentore Penelope mater detorſerat, vnde etiam illis rebus, quae maxime in iuuene debebant amari, 23) afferebatur obſcuritas. Tantus erat aeſtimator ſui, vt crederet, ſe praeualere vniuerſis bonitate naturae, genusque hominum ideo duntaxat in orbe collocatum a diis, 24) vt in iis voluntatis ſuae haberet mancipia, quorum eſſet cupiditates domini ſollerter praeſentire, ſtudioſe adiuuare, 25) ad eumque velut praeſentem deum, omnia referre: 26) ſatis denique a ſe compenſari obſequia, ea ſi admitteret. Exiſtimare volebat alios, 27) res quasuis habere facultatem, quae libebant ipſi. Minimaque in iſtis mora 28) impetum efferueſcentis eius ingenii mouebat.

CA-

lich. 18) torpere ad diuitias, nicht auf Reichthum verpicht ſeyn. 19) argui -- officii, doch ſchiene er nicht dienſtfertig genug zu ſeyn gegen andere. 20) creditur ſecurus amicitiarum, man ſiebt ihn darfür an / als achtete er wenig auf Freundſchaft. 21) non ſtudioſus eſt -- ſuis, er iſt nicht gefliſſen / denen / die ihn wehrt halten / auf gleiche Weiſe zu begegnen. 22) ad hunc -- detorſerat, ſeine Mutter hatte ihn alſo verderbt / daß er ſo hochmüthig und vermeſſen war. 23) afferre obſcuritatem virtutibus alicuius, eines Tugenden verdunkleu. 24) vt in -- mancipia, daß ſie nur ihme nach ſeinem Willen aufwarten müßten. 25) ad aliquem -- referre, einen wie vor ſeinen Gott halten. 26) ſatis -- admitteret, man müſſe ſich glücklich ſchätzen / wann man ihn nur bedienen dörfte. 27) res -- facultatem, es ſey alles möglich / leicht zu thun. 28) impetum -- mouere, einen aufbringen / zum Zorn reitzen.

CAPVT II.

1) Has naturae affectiones consideranti visus fuisset, nec nisi se amare ipsum posse, nec nisi gloria sua delectari, et quibus adiuuetur impotens cupiditas. Ceterum quod tam 2) sine discrimine habebat vniuersos, nullamque curam praeter illam sui, vitium erat cupiditatum 3) violentia semper incitati eius animi. Adoleuerat inter maternas blanditias, miserabile exemplum illorum, 4) qui vulgo meliores genitores sortiuntur. Fortuna, quamquam pertinaciter et a teneris eidem aduersa, non poterat hos impetus, hanc deprauatae indolis ferociam exstinguere. 5) Nudus omnium, aerumnis coopertus, 6) insolentiam tamen non detraxit moribus. 7) Depressaque identidem, reparatis viribus, erigebat sese: veluti 8) admittendis flexibus, non inepta palma nec maximo cedit ponderi, sed contra enixa perpetuo reluctatur.

Ceterum quamdiu cum Mentore iuuenis fuit, haec ignorabantur vitia, decrescebantque in dies. Vt enim 9) asper et ex pascuorum licentia petulantior sonipes, quem nec abrupta montium, nec 10) ad

(Cap. II.) 1) has naturae -- posse, wann man ihn nach diesem seinem Naturel betrachtete / so hätte es scheinen sollen / er liebte sonst nichts als sich selbst. 2) sine discrimine habere vniuersos, sich indifferent gegen jedermann bezeugen: niemand achten. 3) violentia -- animi, eine beständige heftige Gemüths-Bewegung / Unruhe. 4) qui vulgo sortiuntur, die von edleren / vornehmeren Geblüt herstammen. 5) nudus -- coopertus, wann er gleich in dem äussersten Mangel und Elend schwebte. 6) insolentiam detrahere moribus, seinen Hochmuth ablegen. 7) depressa -- sese, wann sein Hochmuth schon je und je gedemüthigt war / regte er sich doch bald wieder. 8) admittendis -- reluctatur, ein Palmbaum läßt sich wol beugen / doch durch keine Last niederdrucken / sondern richtet sich immer wieder in die Höhe. 9) asper -- sonipes, ein hitziges Rennpferd auf der Waide. 10) ad immensitatem excelsae voragines, die tieffste

ad immenſitatem exeſae voragines, nec aquarum torrentium obiectus abſterruerunt, ſaepe notam vnius hominis vocem dexteramque ſequitur: ita turgentem altis ſpiritibus Telemachum medio iuuenilium cupiditatum impetu, curſuque vel vnicus a Mentore aſpectus inhibuit, 10) admonitumque ſalubrium praeceptorum, reuocato honeſtatis affectu, emendauit. 11) Decedebat ex vultu iuuentutis ferocitas caſtigata ſenili prudentia, priorque facilitas ſeſe reſtituebat ori. 12) Neque tantum Neptunio tridenti in inſanientes fluctus aerisque intemperies, quantum in Telemachi impetus Mentori imperii.

At poſtquam ab hoc magiſtro ſuae ipſius fiduciae eſt permiſſus, 13) compoſiti tantisper motus velut magnae et vehementes aquae obuerſa ingenti mole ſe laxarunt. Oderat Lacedaemoniorum ſuperbiam, Phalantis maxime, qui illos ducebat. Tarentum condituri huc venerant loci, iuuenes fere, et 14) ex naſcendi tempore (quippe in Phrygiam profectis Graecis editi) 15) longe deterrimis moribus inde a teneris imbuti. 16) Natales ſpurii, matrum licentia, 17) indulgentia educantium, qua nihil fuit intem-

Gräben. 10) admonitum -- emendauit. er hat ihn durch ſeine gute Erinnerungen alsbald wieder zurecht gebracht. 11) decedebat -- ori. ſein Troß verlohr ſich alsbald / wann er von dem Alten geſtraft ward / aus ſeinem Geſicht / und bekam ſeine vorige Heiterkeit. 12) neque tantum -- imperii. Neptunus richtete nicht ſo viel aus mit ſeiner dreyzinkichten Gabel wider die ungeſtümme Wellen und Sturmwinde / als Mentor wider die heftige Gemüths-Bewegungen des Telemachs. 13) compoſiti -- ſe laxarunt. die heftige Paſſionen / die bisher gleichwie das Waſſer von einem Damm zuruck gehalten waren / brachen los / bekamen ihren freyen Lauf. 14) ex -- editi. nach Beſchaffenheit der Zeit da ſie gebohren waren (ſintemal ſie zur Zeit des Trojaniſchen Kriegs gezeuget waren.) 15) longe -- imbui. in ſeiner Jugend gar ſehr verdorben werden: gar ſchlechte Erziehung haben. 16) natales ſpurii. die uneheliche Geburt. 17) indulgentia -- intemperantius. das unmäſſige Nach

temperantius, omnino 18) peregrinam quamdam importunitatem saeuitiamque ingeniis eorum infeuerant. Praedones potius credidisses, quam 19) colonos e Graecia.

Et Phalantis quidem praecipua cura erat, Telemacho, quoties potuit, contradicere. Saepe in concilio 20) intempestiue se eidem ingerebat dicenti sententiam. 21) Relegabat ad iuuenilis rerumque imprudentis ingenii partus eius consilia; 22) nec ipsum liberalius, quam affinem mulierum crepundiis, accipiebat. 23) Dispertiebatur praefectorum auribus errores Telemachi vel leuissimos; perperam attentus, vt Ithacii mores, non immunes a fastu, 24) inuidiae omnium sociorum obtruderet.

CAPVT III.

1) Forte quidam hostium in manus Telemachi venerant. Contendebat Phalantes, ex lege suos esse, quod se duce vicissent Lacedaemonii; Telemachus vero caesis iam fugatisque Dauniis superueniens, fere otiosus fuisset, nisi quod condonata vita captiuos in castra deduxerit. Contra ille affirmabat, 2) suam vnius operam, ne Lacedaemonii succubuissent, obstitisse, proindeque suam vnius

 esse

sehen derer, die sie erzogen. 18) peregrinam -- inserere, einem ein barbarisch wildes Wesen einpflanzen. 19) coloni e Graecia, eine griechische Colonie. 20) intempestiue se alicui ingerere dicenti sententiam, einem heftig, grob begegnen auf seine Meynung, die er in einer Versammlung vorträgt. 21) relegare -- alicuius consilia, eines Anschläge als jung und unverständig verachten. 22) nec ipsum -- accipiebat, er hatte nur sein Gespött mit ihm, als einem weibischen Kerl. 23) dispertiebatur -- vel leuissimos, er erzehlte denen Commandanten der Armee auch die geringste Fehler des Telemachs. 24) inuidiae omnium obtrudere, bey allen verhaßt machen.
(Cap. III.) 1) forte -- venerant, Telemach hatte einst einige von den Feinden zu Gefangenen gemacht. 2) suam --

esse victoriam. Ergo suam quisque caussam defensum contendunt ad coniunctos reges. Verum 3) ea fuit Ithaci impotentia, vt etiam minas intentaret aemulo; 4) ventumque hoc impetu fuisset ad manus, nisi, qui aderant, rixam distraxissent.

Hippias erat Phalantis frater, virtute, robore, 5) habilitate agitandi corporis ante alios celebris in exercitu. Aequabatur a Tarentinis Polluci pugna caestuum, Castori equos moderandi peritia. 6) Parem fere Herculi nerui, et species reliqui corporis fecerat, omnibus autem terribilem amor litium et 7) vecordia, quae viribus corporis eius animique longe anteibant.

Hippias ergo videns, quam ferociter Phalanti insultaret Telemachus, statuit, nondum enunciata regum sententia, 8) captiuos celeriter occupatos Tarentum abducere. Quod vbi Telemacho est nunciatum, 9) ira in furorem versa prosilit e concilio; aprique more, 10) spumantis in eius vestigia, a quo accepit plagam, per castra praeceps, 11) crebraque iactatione roborans futurum in vulnus spiculum, oculis requirit hostem. Eo reperto 12) ad primum obtutum furor iuuenis altero tanto accenditur.

13) Vidisses iam non eruditum ad sapientiae mysteria

obstitisse, er hätte es verhindert / daß die Lacedämonier nicht unten gelegen. 3) ea -- impotentia, Telemach war so hitzig / heftig. 4) ventum fuisset ad manus, sie wären handgemein worden / hätten sich mit einander geschlagen. 5) habilitas agitandi corporis, Fertigkeit des Leibs. 6) parem -- fecerat, seiner Stärke und Postur nach war er dem Hercules gleich. 7) vecordia, hier / brutales / wildes Bezeugen. 8) captiuos celeriter occupare, die Gefangene geschwind wegnehmen. 9) ira -- e concilio, gehe eilends und ganz rasend aus der Versammlung weg. 10) spumantis in eius vestigia, welches schäumend auf den los gehe. 11) crebra -- spiculum, schwinget öfters den Spieß in der Hand / mit dem er den Feind treffen wollte. 12) ad primum -- accenditur, so bald er ihn erblickt / wird er noch eins so hitzig. 13) vidisses -- Telemachum, da sahe man ihn nicht

ſteria a perſonata Pallade Telemachum, ſed aut furibundum hominem, aut rugientem feram impotenti rabie. Siſte, occlamat derepente Hippiadi: ſiſte, homuncionum viliſſime! Videamus, vtrum mihi valeas, quos vici, eripere. Non abduces Tarentum. Apage, et 14) ad vmbroſas ſtygiae paludis crepidines proficiſcere. Simulque in hoſtem emittit ſpiculum. Ceterum 15) ea feſtinatione praecipitis doloris egit, vt 16) perperam demenſo vulnere, telum plane innoxium fuerit. Ergo 17) dexteram ſtrenue transfert ad gladium. Erat hic aureo inſignis capulo, iuueni, cum proficiſceretur ex Ithaca, a Laerte donatus 18) inſtrumentum illuſtriſſimorum facinorum, 19) tepefactus multorum ducum ſanguine, 20) cum Epirotas cladibus domaret.

CAPVT IV.

Vix Telemachus hunc gladium ſtrinxerat, cum Hippias vſurus viribus ſuis, ſtrenue congreditur eo conſilio, vt gladium aemuli manibus eriperet. Sed fractum telum eſt 1) et retinentis et eripere conantis manu. Ergo 2) medios amplexi ſeſe, comprimuntur. 3) Feras putes, quarum al-

an/ daß er von der Minerva unter fremder Geſtalt unterrichtet worden. 14) ad vmbroſas - - proficiſcere, wandere deinen Weg der Hölle zu. 15) ea - - egit, durch ſeine allzuhitzige uebereilung hat er gemacht. 16) perperam - - fuit, er hat den Wurf des Pfeils nicht recht abgemeſſen/ nicht recht gezielt/ und ihn alſo nicht getroffen. 17) dexteram - - gladium, er greift alsbald nach dem Degen. 18) inſtrumentum - - facinorum, als wormit er/ der Laertes/ groſe Thaten ausgerichtet. 19) tepefactus - - ſanguine, er war ſchon mit vieler Fürſten Blut gefärbet. 20) cum - - domaret, in dem Krieg wider die Epiroter.
(Cap. IV.) 1) et retinentis - - manu, da der eine ihn zu halten/ der andere aus den Händen zu reiſſen trachtete. 2) medios - - comprimuntur, ſie umfaſſen einander in der Mitte/ und ringen heftig mit einander. 3) feras - - interi-

tera alteri iniectis vnguibus signat interitum. Fulgurant oculi: 4) coguntur latera: extenduntur artus: curuantur flexi: eriguntur: insiliunt: 5) inflammatur saeuitia; 6) iamque arctius committi non poterant. Haerebat pede pes: manus manu premebatur: 7) adeo nullum discrimen relinquebant amborum innexa corpora, vt in vnum viderentur coaluisse.

At Hippias vti praestabat aetate, ita 8) annis molliorem Telemachum credebatur deiecturus. Et 9) iam perducti ad anhelitum Ithaci lababat genu. Quo viso, acrius instare Hippias. 10) Actum erat de Vlyssis filio; 11) proximumque, vt lueret iracundae temeritatis incontinentiam. Et luisset profecto, nisi in fine pugnam Minerua vertisset, quae salutem Telemachi curabat absens; eumque propterea 12) conflictari patiebatur hoc vltimo discrimine, vt inde 13) praecepta futurorum erueret.

Ad ferendam autem illi opem Salentum non deseruit. Caelestem duntaxat nunciam (Iris haec est, qua nihil celerius) misit quae cum 14) incitata leuitate pennarum laberetur per immensa aeris spatia, 15) re-

tum, es war / als wann zwey wilde Thiere mit den Klauen auf einander los gegangen wären. 4) coguntur - - artus, bald ziehen sie den Leib enge zusammen / bald dehnen sie die Glieder aus. 5) inflammatur saeuitia, sie werden immer hitziger. 6) iamque - - poterant, sie waren nun ganz hart an einander / hätten nicht näher können zusammen kommen. 7) adeo - - coaluisse, ihre Leiber waren so dicht an einander / daß kein Zwischenraum übrig / und es nicht anderst war / als wann sie zusammen gewachsen wären. 8) annis - - deiecturus, man glaubte / er würde den noch jüngern und schwächeren Telemach erlegen. 9) iam perducti - - genu, der Telemach war schon aus dem Athem / und seine Knie fiengen an zu sinken. 10) actum erat, es wäre bey nahe um ihn geschehen gewesen. 11) proximumque - - incontinentiam, es war an dem / daß er seine hitzige Frechheit gebüsset hätte. 12) conflictari vltimo discrimine, in die äusserste Gefahr gerathen. 13) praecepta futurorum eruere, aufs zukünftige witziger werden. 14) incitata - -

15) relicto post se ingenti luminis tractu, nubem mira varietate coloris effinxit. Humum non tetigit prius, quam impenderet littori, cui applicuerant castra innumerabiles sociorum copiae. Spectabat e longinquo pugnam, impetus, contentionem, qua ambo luctatores vtebantur. Cohorruit viso Telemachi periculo. 16) Nubi deinde inuoluta, in quam tenuissimos vapores coegerat multo internitente lumine, 17) rixantibus eo puncto superuenit temporis, quo Hippias, 18) sentiens omne robur in lacertos suos concurrisse, sibi pollicebatur victoriam. Traditam a Minerua Aegidem alumno eius praetendit. Vnde ille respirare profligatas vires recipere. Vt oppressum paene hostem videt magis magisque confirmari Hippias: ita magis turbatur. Insitatum et diuini quid sentiebat esse, 19) quo audacia vigorque suus elidebatur. Instat Telemachus: 20) aggreditur alio atque alio situ corporis infestus: huc, illuc impellit: iactat, vrget, premit. Tandem arietat in terram; 21) ipse abreptus supino Hippiadis lapsu super aemulum corruit. 22) Eaque fuit vtriusque cadentis vis, vt fere mitiorem casum crediderim esse Idaeae ilicis, quae plures lignatorum manus securesque fatigauit.

CA-

spatia, da sie schnell durch die Luft floge. 15) iris relicto -- effinxit, der Regenbogen hat einen starken lichten Strich hinter sich gelassen, und die Luft mit vielen Farben bemahlet. 16) nubi -- lumine, hernach wickelte sie sich in die lichte Wolke von den subtilen Dünsten ein. 17) rixantibus -- temporis, und kam über diese beyde Kämpfer an eben dem Augenblick. 18) sentiens -- concurrisse, der da merkte, daß er alle seine Force in seinen Aermen beysammen hatte: sich auf seine starke Aerme verließ. 19) quo -- elidebatur, das seinen Muth und Stärke entkräftete. 20) aggreditur -- infestus, er greift ihn bald durch diese, bald durch eine andere Wendung des Leibes feindlich an. 21) ipse -- corruit, er fällt mit seinem Feind, dem Hippias, auf ihn hin. 22) ea fuit -- fatigauit, ihr Fall war weit heftiger, als ei-

CAPVT V.

Interea Telemachus recordatus, quae a Mentore didicerat, sapientiae et fortitudinis praecepta, simul vt sub pedibus Hippiadem aspexit, 1) ab animo suo coepit castigari, quod fratrem vnius de sociis regibus, ipse socius huc profectus, istis modis fuisset adortus. Repetebat cum rubore Mentoris disciplinam, saluberrimaque monita. Auersabatur victoriam, quam retulisset, dignus vinci. At 2) Phalantem iam non ira praecipitabat, sed rabies in fratris auxilium. Telum abripuerat secum, eoque percussurus erat incumbentem Telemachum, nisi periculum fuisset, ne vna fratri, 3) quem sub hoste resupinum pulueres obruerant, inferret noxam. Nihil impediebat Ithacum, quo minus Hippiadem perimeret. Sed 4) exclusa iam ira id vnum laborabat, vt demonstrando restitutum ex vehementi iracundia animum, 5) qualecunque admisso errori patrocinium procuraret. Itaque prior erectus in pedes: Satis mihi est, Hippias, inquit, documentum te habere, 6) iuuentutem meam semper vacare dedecore. Viue; et robur tuum et fortitudinem tuam admiror! Saluus sum deorum tutela, quibus te oportet cedere. Age! deleta omnis odii memoria in delendos Daunios iungamus et vires et consilium.

Haec loquente Telemacho, humo se colligit Hippias, sudore et sanguine non magis, quam verecun-

ner der stärksten Eiche auf dem Berg Ida / an welcher viele Holzhauer genug zu thun haben / bis sie sie umhauen.

(Cap. V.) 1) ab animo suo coepit castigari, er hat sich selber reprimendirt / seinen Fehler erkannt. 2) Phalantem -- auxilium, der Phalantes eilete ganz rasend seinem Bruder zu Hülfe. 3) quem -- obruerant, der unter seinem Feind auf dem Rucken im Staub lag. 4) exclusa iam ira, da ihm der Zorn nun vergangen war. 5) qualecunque -- procurare, seinen Fehler wieder um etwas gut machen. 6) iuuentutem -- dedecore, wie ich in meiner Jugend mich

cundia perfusus, 7) nec occulta fremens indignatione. Phalantem, tam magnanimo largitori fraternae vitae mortem inferre non ausum, 8) consilio et potestate sui furor priuauerat. Accelerati reges huc Telemachum, illuc Phalantem cum fratre 9) ducebant in diuersa; quorum vltimum oculos attollere non sinebat 10) dolor tam male multatae insolentiae suae. Milites autem satis mirari non poterant, 11) hanc aetatem, nondum adultis viribus, suffecisse Ithaco ad prosternendum aduersarium, 12) quo negabant superiores aut firmitate corporis aut mole eos ipsos fuisse, quorum temeritas Olympum, deturbatis diis, sedem decreuerat.

At multum abfuit, vt Telemacho laeta victoria existeret. Dum eum multitudo suspicit, dum 13) alia ex aliis argumenta inuenit admirandae eius virtutis: ille solus in tabernaculum se coniicit, in admisso errore magnopere erubescens, et acerbissimus accusator sui. 14) Detestabatur feruorem praecipitis ingenii: 15) quam ab aequo, a ratione consueuerit abire in vehementiori iracundia, agnoscebat, aduertebatque hanc agendi insolentiam ex animo incredibiliter vano, angusto, humilique prodire; veram autem excellentiam ex affectuum moderatione

nicht spotten lasse. 7) non occulta fremere indignatione, sich den Unwillen öffentlich anmerken lassen. 8) consilio -- eum priuanit, er ist vor Zorn ganz ausser sich selber. 9) ducere in diuersa, auf die Seite führen. 10) dolor -- suae, der Verdruß, daß ihm sein Uebermuth so übel mißlungen. 11) hanc aetatem -- aduersarium, daß Telemach in solchem Alter, und da er noch nicht völlig erstarket, im Stand gewesen seye, den Feind zu erlegen. 12) quo negabant -- decreuerat, von dem sie hielten, daß er an Stärke und Gröse denen Riesen gleich wäre, die durch ihre Frechheit den Himmel hätten stürmen, und die Götter daraus vertreiben wollen. 13) alia -- virtutis, indem jedermann immer mehr seine Tapferkeit bewundert. 14) detestari -- ingenii, seine hitzige Uebereilung verabscheuen. 15) quam -- iracundia, wie er in seinem heftigen Zorn gar nicht billig

ne et amore iustitiae, et rursus ex modestia 16) morumque facilitate nasci. Quibus etsi tunc omnino perspectis, alium tamen, et meliorem se fore 17) toties reus sperare non audebat. 18) Itaque compunctus dolore sese increpantis arguentisque animi, ita tristitiae se dabat, vt rugire potius videretur, quam lamentari.

CAPVT VI.

Biduum in solitudine absumsit, non prodire, non sociari cuiquam ausus, ac velut sponte captiuus et 1) vindex sui. Vah! clam exprobrabat sibi: Egone aliquando videre Mentorem? Egone Vlyssis genus, 2) sapientissimi post natos homines, et totius Graeciae longe modestissimi? Mene huc Mentor, huc Idomeneus, vt 3) foedere coniunctos populos turbis, dissensionibus diuellerem? Horumne sanguinem, an Dauniorum oportuit fundere? Me insanum bellatorem, 4) qui iaculi mei officia nescierim! Hippiadem impar viribus prouocarim! 5) Sperare, nisi mortem, haud poteram, probrumque amittendae victoriae. Et quid tum? 6) fuissem scilicet. Imo fuissem ego; ille temerarius, ille vecors, 7) ille ex saluberrimis consiliis nihil proficiens, ex optimis monitis deterrimus, inutilis Telemachus.

8) Idem

Erant inter Cretenses, in quos habebat imperium, Traumaphilus et Nosophugus, vterque 1) iam inutili ad arma aetate. Traumaphilus Troianae obsidioni cum Idomeneo interfuit, didicitque ab Aesculapii filiis 2) medicinam, humanis artibus superiorem. Grauissimis 3) vulneribus, et certo occisuris per venenum liquorem infundebat grati odo-

 ris,

desselben erfordert/ und kein ander Mittel hierzu übrig ist/ aufopfern. 14) obsequiosa consilia, die Anschläge der Flateurs, Schmeichler. *peruersa nominis opinio, der falsche Wahn sich einen Namen zu machen. 15) scitissime aliquid palliare titulis, einem Ding den schönsten Schein zu geben wissen. 16) a querelis -- processit, nachdem er so das Elend des Kriegs beklagt/ ist er auch weiter bedacht gewesen/ denselben eine Linderung zu schaffen. 17) restituere -- affatu, er sprach ihnen auf das freundlichste einen Muth zu.

(Cap. VII.) 1) iam inutili ad arma aetate est, er ist Alters halben nicht mehr im Stand zu dienen. 2) medicina humanis artibus superior, göttliche Kunst zu heilen. 3) vulnus certe occisurum per venenum, eine tödtliche giftige

ris, qui exedebat 4) carnes emortuas confectasque tabe, 5) artubusque etiam incisione non castigatis saniores melioresque nullo ferme temporis interuallo restituebat.

Nosophugus autem, quamquam Aesculapii filios non viderat, ope tamen Merionis codicem obtinuit, vt 6) profano vsu non tritum, ita plenum abditissimis disciplinis: quippe ab Aesculapio heredes eum acceperant. Deorum insuper fruebatur amicitia. Nam et hymnos in honorem liberorum Latonae composuerat, et ouem candidulam ac 7) nulla parte maculis insignem in dies offerebat Apollini, 8) cuius diuini instinctus afflatusque in eum frequenter incidebant.

Caussam morbi, simul ac aegrotum intuebatur, cognouit, 9) notas eius tum ex oculis, tum ex colore vultus, deinde ex habitu corporis et respirandi interuallis legens. Interdum medicamenta adhibebat, quibus sudor prouocatur; 10) pro cuius copia, quantum liberis exspirationibus foueatur humanum corpus, quantum debilitetur impeditis, ostendit. Interdum 11) languorem et lassitudinem medicata potione eximebat corporibus, cuius ea vis erat, vt

Wunde. 4) carnes emortuae et tabe confectae, das erstorbene und angesteckte Fleisch. 5) artubus -- restituebat, es machte, daß die Glieder, ohne daß man noch hatte einen Schnitt vorzunehmen, gesünder und frischer Fleisch alsbald bekamen. 6) profano -- disciplinis codex, ein geheiligtes und Geheimniß-volles Buch. 7) nulla parte maculis insignis ouis, ein Schaaf das nirgends keinen Fehl hat. 8) cuius -- incidebant, von dem er öfters göttliche Eingebungen hatte. 9) notas morbi ex respirandi internallis legere, die Merkmale einer Krankheit aus der Respiration, (Athem holen) warnehmen. 10) pro cuius -- ostendit, aus welchem (Schweiß) er zeigte, wie viel Erleichterung der menschliche Körper durch die freye Transpiration bekomme, und wie sehr er hingegen geschwächet werde, wo diese gehindert wird. 11) languorem -- eximere

vt 12) mitigata acerbitate ſanguinis in membra vigorem iuuentutis reduceret, plerumque aſſerens, 13) virtutis et fortitudinis defectu homines tam frequenter ad medicorum manus deuolui.

14) Rationem eius hanc reddidit. Turpe, inquit, eſt homini, tot morbis eſſe obnoxium. Sanitatem moderati mores creant; intemperantes vero 15) ea, quibus alimur, vertit in venenum. Quantum humanae vitae demit immoderata oblectatio, numquam medicina reſtituit. Pauperes ſane minus debilitat alimenti penuria, quam diuites copia. Toxicum, non nutrimentum ex obſoniis trahimus, 16) quae amiciora guſtatu palatum vltra leges neceſſitatis ferunt. Deinde ipſa medicamenta non vacant noxa. Naturam atterunt, et 17) extra ſummum periculum admittuntur perperam. Adiumentum affert valetudini optimum, ſemper innoxium, et numquam non ſalubre vſu ſobrietas, modus voluptatum, tranquillitas animi, exercitatio corporis. His acerbitas, his aeſtus detrahitur ſanguini, atque humorum abundantia arcetur.

CAPVT VIII.

Itaque Noſophugus egregiam quidem laudem eſt conſecutus ex medendi peritia, ſed longe maiorem ex alendi corporis diſciplina, quippe quae non

corporibus, wider die Mattigkeit ein Tränklein geben. 12) mitigata -- reducere, durch Verſüſſung des Geblüts die Glieder wiederum ganz friſch und jung machen. 13) virtutis -- deuoluuntur, aus Mangel der Tugend und Tapferkeit geſchieht es / daß die Menſchen den Aerzten ſo oft in die Hände fallen. 14) rationem -- reddidit, er hat dieſe Urſach davon angegeben. 15) ea quibus alimur, unſere Nahrungs-Mittel / Speiſen. 16) quae -- ferunt, von denen man / weil ſie angenehm ſchmecken / über die Nothdurft / zuviel zu ſich nimmt. 17) extra -- perperam medicamenta, auſſer dem gröſten Nothfall ſoll man keine Arzney nehmen.

non tantum morbos praeuerteret, sed et 1) ex medicamentis percipiendae salubritati consuleret.

Hos ergo medicinae heroes Telemachus, vt omnes et singulos, qui decumbebant, inspicerent, misit. Instituto artis suae non paucos persanabant. Plures tamen liberauere 2) tempestiua industria, quam aegris iubebant impendi. Quippe curabant eos mundos haberi, ne 3) salubrem caeli affectionem offenderent; 4) conualescentes vero legibus modoque victus exacte satisfacere.

Tanta succurrendi humanitas haud mediocriter tangebat militum animos. Gratias agebant diis, quod hunc iuuenem misissent ad exercitum. Homo non est, inquiebant, qui nobis hanc curam, sed beneficum humana forma numen. Aut si homo, diis certe, quam hominibus propior, natus, vt benefaciat. Maiorem bonitati eius, quam fortitudini amorem debemus. Et vtinam imperet nobis rex! At feliciori a diis seruatur is populo, quem amant, 5) aureaeque aetatis copiam ei renouare student.

6) Hae laudes tum admurmurabantur, cum, 7) veritus Adrasti industriam, obiret castra. Erantque illae 8) vt ab adulatione, ita longe diuersae ab iis, quas principum auribus libere ingerit assentatorum impudentia: quoniam 9) pro certo, sumunt, principes, cum

(Cap. VIII.) 1) ex medicamentis -- consulere, die Arzney zur Gesundheit dienlich machen. 2) tempestiua -- impendi, durch fleissige Sorgfalt / welche sie zu rechter Zeit an die Kranken zu wenden befahlen. 3) salubrem -- offendere, die Luft anstecken / ungesund machen. 4) conualescentes -- satisfacere, bey denen / die wieder gesund wurden / trugen sie Sorg / daß sie in einer guten Diaet gehalten wurden. 5) aureae aetatis copiam populo renouare, einem Volk die guldene Zeiten wieder herstellen. 6) hae laudes tum admurmurabantur, solches Lob hörte er öfters. 7) veritus Adrasti industriam, aus Beysorg wegen der Hinterlist ꝛc. 8) laudes sunt vt ab adulatione -- impudentia, das Lob ist von aller Schmeicheley entfernet / welche sonst unverschämte Flateurs bey grosen Herren zu gebrauchen pflegen. 9) pro

cum extolluntur, 10) nec modeſtia pollere, nec verecundia, ſolisque laudibus praeter modum opus eſſe, vt inſinuentur eorum amicitiae. At vero Telemachus repudiabat, 11) quidquid laudis ſine ſplendido mendacio non poterat tribui. Neque ferebat gratulationes, 12) niſi a foro atque auribus ſuis remotas, et quas vere arbitrabatur meritis ſuis aequari. 13) Ad id genus laudis certe non torpuit. Sentiebat puriſſimam dulcedinem, quam ex virtute naſci voluerunt dii, peruerſis animis, quoniam numquam eam perceperunt, 14) altiorem atque incredibilem. Volebat autem hac dulcedine frui magis, quam 15) teneri; 16) ſolitus continuo illi non nihil acerbi adſpergere ex eorum, quae peccaſſet, memoria. 17) Importunitatem, qua impelleretur, obiiciebat animo, quodque 18) nullo delectu negligeret homines. Clanculum quoque pudebat eum, ipſius ſui adeo difficilis et moroſi ingenii. Reputansque ſe indignum laude, quidquid eius tribuebatur ipſi, in Mineruam his precibus transtulit:

CAPVT IX.

Tu, o diua, vna Mentori tradidiſti ab naturae vitiis caſtigandum Telemachum. Tuum lumen eſt, quod 1) ex errandi detrimentis commodum

certo ſumere, vor gewiß glauben. 10) nec - - verecundia, ſich weder mäſſigen können / noch ſich ſchämen. 11) quidquid - - tribui, alles Lob das ihm nicht mit Grund der Wahrheit konnte beygeleget werden. 12) niſi - - remotas, ohne die man ihm ingeheim und ohne daß er ſie hörte machte. 13) ad id - - torpuit, gegen ſolchem Lob war er nicht unempfindlich. 14) altiorem atque incredibilem, welche verkehrte Gemüther nicht begreifen und glauben können. 15) teneri aliqua re, ſich von etwas einnehmen laſſen. 16) ſolitus - - memoria, er pflegte gleichbalden ſich ſelbſt ſolche angenehme Empfindung mit Erinnerung ſeiner Fehler zu verſalzen. 17) importunitatem - - animo, er gedachte an ſein ungeſtümmes hitziges Bezeugen. 18) nullo delectu negligere homines, keine Achtung vor niemand haben.
(Cap. IX.) 1) ex errandi - - ſui trahere, aus ſeinen Fehlern

dum diffidentiamque mei traho. Tu leges, tu 2) modum ponis in impetum laxato animo. Per te dulce mihi est leuare alienam miseriam. Te sine non haberer tantum, sed habendus quoque essem odio. Te sine peccarem cum 3) damno, quod nullum repararet numen. Te sine 4) redirem ad imbecillem infantiam, quae, quia ignorat, se nondum sufficere sibi, 5) maternum ductum respuit; verum 6) permissa sibi primi gradus fiduciam luit casu.

Nestori et Philocteti nihil erat mirabilius, quam videre Telemachum 7) tam sine stomacho, tam placide attentum officiis, quae quisque ab eo expeteret: tam non difficilem, quin et 8) ambitiosum, quod cuique praeberet, auxilii: 9) tam sollertem denique ad cuiuslibet necessitates futuras. Dubitabant, quid maxime crederent, diuersumque ab Telemacho hominem sibi in eo videbantur intueri. At longe inusitatius ipsis fuit et prope monstrum, ab illo tam anxie Hippiadis funus curari. Et certe ad tollendum corpus eius, illuc loci venit, vbi tegebatur cumulatis cadaueribus cruentum foedeque deformatum; profusisque cum pietatis sensu lacrimis: Nosti nunc, inquit, grandis anima, virtus quanti tua fuerit mihi. 10) Offenderant me mores tui. Insolentes erant, ex vitio scilicet acerrimae tuae iuuentutis. Scio, 11) mul-

diesen Vortheil ziehen/ daß man künftighin ein Mißtrauen in sich selbst setzet. 2) modum ponere - - animo, denen heftigen Passionen Maß setzen. 3) damnum quod - - numen, ein unersetzlicher Schaden. 4) redire ad imbecillem infantiam, wieder wie ein schwaches Kind werden. 5) maternum ductum respuere, sich von der Mutter nicht wollen führen lassen. 6) permissa - - casu, wann man es ihm selber überläßt/ so fällt es bey dem ersten Schritt. 7) tam sine stomacho, so sanftmüthig. 8) ambitiosus - - auxilii, recht geflissen nach Gelegenheit/ jedermann zu helfen. 9) tam - - futuras, so klüglich auch eines jeden künftigem Nothfall zu begegnen wissen. 10) offenderant me mores

11) multa opus huic aetati venia. 12) Ambos adhuc futurum erat vt vera neceſſitudo coniungeret. Ego vero peccaui. Eccur illum eheu! prius mihi ſubtraxiſtis dii, quam cogeretur amare Telemachum?

13) Odoribus erant imbutae aquae, quibus poſtea corpus ablutum eſt, curante Telemacho. Tum aggeri ſtipites iuſſit. Sollicita opera caeſae abietes e cacuminibus montium deuoluebantur. Ilices item, 14) peruetuſtum telluris, nubibusque elato vertice infeſtum genus, ad Gelaſi ripas proſtratae, quibus additae populi vlmique, 15) nihil aut colore, aut frondium in apicibus frequentia, lauro inferiores; fagi inſuper, egregium illud in ſiluis lignum: quae arbores omnes ad augendum rogi ſplendorem cumulatae 16) ſpeciem praebebant operis, quod arte conſilioque architecti condunt. Iamque emicabant flammae: 17) verſabatur in procellae modum fumus, ſurſumque verſus efferebat ſe, quam longe oculis fas erat pertingere.

CAPVT X.

Procedebant ergo Lacedaemonii lento et qui decebat lugentes, gradu: 1) ſariſſarum cuſpides et oculi demiſſi: ſquallentes vultus oppletique fletu. Sequebatur Pherecides, 2) non tam confectus ſenio,

tui, dein Bezeugen hat mich gereitzet. 11) multa -- venia, man muß diesem Alter was zu gut halten / übersehen. 12) ambos -- coniungeret, wir beede würden künftig noch wahre Freunde zusammen worden seyn. 13) odoribus imbutae aquae, wolriechende Wasser. 14) peruetuſtum -- genus, die älteste und höchste Bäume. 15) nihil -- inferiores, die an Farb und Menge des Laubs denen Lorbeer-Bäumen nichts nachgeben. 16) ſpeciem -- condunt, einem Gebäu gleich sahen / das von den Bau-Leuten künstlich aufgeführet wird. 17) verſabatur -- pertingere, der Rauch stieg wie in einem Wirbel in die Höhe / so weit man sehen konnte. (Cap. X.) 1) ſariſſarum -- demiſſi, ihre Spiesse und Augen waren unter sich gegen die Erde gekehrt. 2) non tam -- luctu, nicht sowol vom Alter abgemattet / als von tiefer

ſenio, quam luctu, quod Hippiadi, 3) ſuo a teneris alumno, ſuperſtes erat futurus; porrectis ad caelum manibus, ſurſumque, fluentibus lacrimis, intuens. Cibis abſtinuit poſt Hippiadis fatum: 4) ſomni otio grauiſſimos dolores nec ad momentum rupit. Incedens poſt multitudinem, nec quo vaderet, memor, 5) confundebat tremebunda veſtigia. Vocem magnitudo doloris ſuppreſſerat, tametſi 6) infractum abiectumque animum eius ipſum ſilentium loquebatur. Viſo procul loco, vbi cremandum erat funus, 7) in repentinam amentiam videbatur labi.

Ah Hippias! mi Hippias, exclamat. Non te videbo in poſterum. Vixiſti; et adhuc infelix Pherecides ſpiro. Crudelem me! vah tigridem, qui mortem te docuerim contemnere! Hos ego te credideram clauſurum oculos, et 8) hoc ab ore vltimos tracturum gemitus. Ecquid, heu! vitae meae adiicitis immites dii, teſtari vt de alumni mei fatis queam? Ah fili! tiro meus! cura mea! non te videbo in poſterum. At videbo genitricem tuam, eheu! morituram, 9) poſtquam egerit Pherecidem mortis tuae reum. At coniugem videbo tuam aetatis flore, palmis eheu! pectus ſuum, crines vnguibus laceraturam ſuis. Atque iterum Pherecides mortis tuae agetur reus. Ad Stygem, ah! dilecti manes, ad Stygem me abſtrahite! iam odi hanc vitalem lucem. Te, lux mea, Hippias, intuebor. Te, te, inquam,

Betrübniß. 3) ſuo a teneris alumno, den er von Kindheit an erzogen. 4) ſomni - - rupit, er hat keinen Augenblick geſchlafen/ noch etwa dardurch einige Linderung ſeines Schmerzens empfunden. 5) confundere tremebunda veſtigia, ganz zitternd einhergehen. 6) infractum - - loquebatur, ſein Stillſchweigen ſelbſt zeugete zur Genüge von ſeinem niedergeſchlagenen und betrübten Gemüth. 7) in repentinam amentiam labi, plötzlich wie unſinnig werden. 8) hoc ab - - gemitus, ich hoffte/ du werdeſt den lezten Athem von mir auffangen. 9) poſtquam - - reum, nachdem ſie

inquam, Hippias! Iusta vt cineribus persoluam tuis, 10) traho hanc adhuc inuisam animam.

Ferebatur deinde corpus exstincti iuuenis, exceptum 11) feretro, quod regia opulentia adornabat. Multa alias Hippiadi venustas, 12) nec, quibus iuuentus commendatur, ornamenta pauca; quae, 13) tametsi caligine inducta in oculos, haud tamen ita mors valuit detrahere, 14) vt eorum vestigia, dimidiam adhuc partem integra, pallentibus artubus non insiderent. 15) Collum lacteum decore fluebat in laeuam: 16) capilli nigri, ad candoris adiumentum commode largeque descendentes, 17) quales non in Aty, non in Ganymede laudarunt fabulae; nunc vero cum capite, cuius pulcritudinem adiuuabant, 18) desituri in cineres. In latere conspicuum erat vulnus altius demissum adacto ferro, 19) quod sanguinem eius cum vita exhausit.

CAPVT XI.

A funere proximus Telemachus ibat, squallidus, et quasi ad suum prodiret rogum. Flores iactabat de more. Ventum erat ad ligna. Cumque

mir die Schuld deines Todes wird beygemessen haben. 10) traho - - animam, muß ich noch zu meinem Verdruß/ wider meinen Willen leben. 11) feretrum, quod - - adornat, eine mit Königlichem Pracht gezierte Baar. 12) nec - - pauca, und nicht weniges/ das einen jungen Menschen beliebt machet. 13) tametsi - - oculos, obgleich die Augen geschlossen waren. 14) vt eorum - - insiderent, daß man nicht die Merkmale davon noch gleich als halb lebend an seinen erblaßten Gliedern wahrnahm. 15) collum - - laeuam, sein schneeweisser Hals hieng gegen der linken Seite. 16) capilli - - descendentes, seine zierliche lange schwarze Haare/ wordurch seine weisse Gestalt nur noch zierlicher ward: die seinem weissen Gesicht zierlich anstunden. 17) quales - - fabulae, denen die Haare des Atis und Ganymedes in den Fabeln nicht gleich kommen. 18) desituri in cineres, die jezt sollten zu Asche werden. 19) quod - - exhausit, welche ihn sein Blut und zugleich sein Leben gekostet: die ihm den Tod gebracht.

que 1) cadaueri circumdatas vestes flamma licentius peruaderet, renouatis lacrimis: Vale, inquit, heros fortissime! fortissime, inquam; quoniam amicum te non ausim compellare. Quiesce 2) adauctus tam insigni gloria. Inuidus felicitati tuae sim, nisi beneuolus tibi. Existi, quibus adhuc nos colluctamur, miseriis, et existi, 3) si quis heroum alius, cum gloria. 4) Quas ego deberem diis gratias, hunc si mihi finem? 5) Bene sit manibus tuis, aeternitas nomini, quies cineribus.

Hos gemitus lamenta militum excepere. Mouerat eos claritas exstincti principis. 6) Omnes namque bonae dotes eius, reuocatae luctu, vitia, quae aetate et moderatorum indulgentia contraxerat, dolentium eximebant memoriae. At longe grauius maerore Telemachi afficiebantur, cum ipse quaereret a se: Istene tam ferox, tam importunus, 7) tam fastidiosus in omne genus hominum, tam efferus Graecus? 8) Quam mites, commodos, faciles mores nunc praefert haec paulo ante intolerabilis arrogantia! 9) Iam et ipse, credo, Mineruae cordi est, et riualis huic diuae tantopere dilecto meo genitori.

(Cap. XI.) 1) cadaueri - - peruadit, das Feuer dringet schnell durch die Leinwand / worein sein Leib eingewickelt war / hindurch. 2) adauctus - - gloria, mit so herrlichem Ruhm geziert. 3) si quis heroum alius, vor allen andern Helden. 4) quas ego - - finem, wie wollte ich den Göttern danken / wann ich auch so ein Ende nähme. 5) bene - - tuis, dein Geist geniesse nun der vollkommenen Glückseligkeit. 6) omnes - - memoriae, alle seine gute Eigenschaften / deren sie sich in ihrer Betrübniß erinnerten / machten / daß sie seiner Fehler / die er nach seiner Jugend und durch allzugelindes Nachsehen seiner Erzieher an sich hatte / vergassen. 7) tam - - hominum, der gegen alle Menschen sich so hochmüthig bezeuget. (obs. Telemaque redet hier sich selbsten an: bist du der ꝛc.) 8) quam mites - - arrogantia, in was vor ein gütiges / gelindes Bezeugen hat sich nun dein vorher unerträglicher Hochmuth verwandelt. 9) iam et ipse - - genitori, jezt bist du wie mich dunket /

ri. Ab ea iam accepit vtique et caelestium donorum gemmam, sapientiam, et tenerrimum ad amicitias animum.

Iamque flammae cadauer absumserant, cum Telemachus feruentes adhuc cineres 10) odoribus delibutos in vrnam coniicit, et circumdatis floribus reliquias fraterni funeris defert ad Phalantem, qui et ipse multis vulneribus perfossus, 11) totoque exporrectus corpore decumbebat, morti magis proximus, quam vicinus.

Telemachus Traumaphilum cum Nosophugo miserat. Quantum in ipsis opis artisque erat, adhibuerant. 12) Reuocabant a supremis labiis animam, paulatimque reparati vitales spiritus excitabant torpentem. Suauis quidam strenuusque vigor (balsamum vitae appellant) aliam atque aliam venam et cor ipsum peruadebat: 13) lethale frigus expellebat membris calor iucunde subiens. Ceterum 14) eodem puncto temporis deficientem erexit salubritas, et rursus oppressit tristitia. Fratris iacturam, 15) quae tunc primum peruenire ad animum eius poterat, dolere coepit: Eheu! ad quid tanta cura seruandi mei? Praestat mori: fratrem sequar, quem hisce oculis vidi a latere meo rapi ad manes. Fuisti, care, dulcis frater! Phalantes te dehinc non videre, non audire, non amplecti potero; non dolores meos narrare tibi, non solari tuos. O mor-

gleichfalls der Göttin Minerva angenehm / ja sie liebet dich gleich deinem Vater. 10) odoribus delibutus, mit wolriechenden Wassern benezt. 11) toto - - decumbit, er lige in der äussersten Schwachheit darnieder. 12) reuocabant - - torpentem, sie rissen ihn dem Tod aus dem Rachen / und seine Lebens-Geister erholten sich nach und nach wieder. 13) lethale - - subiens, seine schon erkaltete erstarrte Glieder bekamen wieder ihre Lebens-Wärme. 14) eodem - - tristitia, zu gleicher Zeit / da sich seine Gesundheit nur etwas erholet / wurde er durch die Traurigkeit aufs neue wieder dahin geworfen. 15) quae tunc - - poterat, den

talibus semper infensi dii! Per vos occidit mihi et semper occidit Hippias. At fierine hoc potuit? 16) Quid, si somnio? Ah! ambo vigilant testes oculi. Vixisti, Hippias! Morientem ipse vidi. Viuam ego, donec exstiterim vindex tui. 17) Manibus tuis inferias latronem Adrastum dabo.

CAPVT XII.

Hos Phalantis dolores medici identidem conabantur abrumpere; veriti, ne animi aegritudo, 1) retusa vi medicaminis, augeret malum, cum Telemachus intrat. Quo conspecto 2) Phalantis animus mox duabus, iisque diuersis, affectionibus coepit vellicari. 3) Obuersabatur recenti memoriae Telemachi cum fratre discordia, indeque 4) ortus in animo acerbior sensus augebatur tristi Hippiadis desiderio. Sed neque ignorare poterat, fuisse Telemachum 5) custodem salutis suae, cum ex Adrasti manibus cruentum et iam luctantem cum morte abstraxit. Ceterum vbi vas conspexit aureum, in quo fratris cineres Telemachus collocarat, solutus in vberrimos fletus, continuo 6) amplexum obtulit iuueni, 7) diuque obluctatus silentio, tandem debili voce, et crebro interpolata gemitu:

Virtutem tuam quis oderit, magni Vlyssis 8) non dege-

er jetzo erst empfund. 16) quid, si - - oculi, vielleicht kommt es mir nur im Traum so vor / jedoch ach! ich wache ja mit beyden Augen. 17) Manibus - - dabo, das Todten-Opfer / so ich deinem Geist bringen will / soll dein Mörder Adrastus seyn.

(Cap. XII.) 1) retundere vim medicaminis, die Wirkung der Artzney hindern. 2) Phalantis - - vellicari, es regten sich in dem Gemüth des Phalantes zwo widrige Passionen. 3) obuersari recenti memoriae, wieder frisch ins Gedächtniß kommen. 4) ortus - - sensus, der in seinem Gemüth entstandene Groll. 5) tu fuisti custos salutis meae, du hast mich beym Leben erhalten. 6) amplexum offerre alicui, einen zuerst umfassen. 7) diu obluctari silentio, lang gern reden wollen / aber nicht können. 8) non degener filius

degener fili? Tibi hanc, quae restat, spiritus mei scintillam, difflandam breui, debeo. Sed et aliud a te memini accepisse; et illud carum magis. Te sine 9) cessisset coruorum pabulo Phalantis frater. Te sine exclusi tumulo, stygias ad ripas eius oberrarent manes, 10) duro Charonti frustra promittentes naulum. 11) Odiis ergo meis tantam debebo gratiam? 12) Vos ego, immortales dii, Telemacho euergetas, animae meae, ah quam infelici! ab hoc corpore liberatores precor. Tu vero, Telemache, 13) ne tuis apex desit laudibus, quo fratrem es dignatus, et 14) mihi, quaeso, obsequium fac praestes.

Inter haec verba principis 15) vires et animum impotens dolor exhauserat. Pone adstabat Telemachus. Vocem non reddidit, 16) ratus, suspendendum sermonem, dum languor abscederet. Quo discusso Phalantes traditam ab iuuene vrnam frequenter osculatus, rigansque lacrimis: Cari, pretiosi cineres, inquit! 17) ecqua meos vobis miscebit dies? Ecce vos nunc, fraterni manes, sequor! Erit nostri amborum vindex Telemachus.

CAPVT XIII.

Interea Lacedaemonii valetudo in dies emendabatur senum illorum opera, qui diuinam Aesculapii

patris, ein würdiger Sohn seines Vaters. 9) cedere coruorum pabulo, eine Speise der Raben werden: unbegraben ligen bleiben. 10) duro - - naulum, und vergebens von dem Charon suchen hinüber geführet zu werden. 11) odiis - - gratiam, sollte mich der, den ich so sehr gehasset, zu so grosem Dank verbinden. 12) vos ego euergetas precor, ich wünsche, daß ihr es dem Telemach vergeltet. 13) ne - - laudibus, damit dein Lob vollkommen werde. 14) mihi - - praestes, erzeige mir gleichen Dienst. 15) vires - - exhauserat, der Leib sowol als das Gemüth wurde durch den heftigen Schmerzen geschwächet, niedergeschlagen. 16) ratus, suspendendum sermonem, weil er vor gut hielte zu schweigen. 17) ecqua - - dies, wann wird der gewünschte

pii artem callebant. Sed et Telemachus assidue praesto erat decumbenti, vt praesentia sua cumularet medentium industriam. Longe mirabilior visa militibus haec inimico subuenientis Telemachi benignitas, quam virtus omnis sapientiaque in praelio seruantis sociorum exercitum. 1) Ille porro nec difficillimos belli labores vmquam auersabatur. 2) Somnum modicum capiebat, incisum aut interuentu diurnis nocturnisque horis singulis referentium, quae videbantur opus; aut accuratissima inspectione stationum, 3) quarum nullam duabus continuis vicibus eadem obibat hora, vt de improuiso occuparentur, qui indormirent stationibus. Saepius e castris sudore ac puluere redibat offusus. Cibi erant minime exquisiti. 4) Ne sobrietatis et patientiae exemplum desiderarent gregarii, victitabat eorum ex more. Cumque 5) laboraret commeatu exercitus, ad inhibendas querelas militum eamdem inopiam sibi duxit subeundam. Hi vero labores tantum abest, vt corpus eius debilitarent, vt 6) quotidiano roboris incremento firmatum sensim ad illos occalluerit. 7) Exspirabat pedetentim in eo delicata illa gratia, quam natura annorum initiis amat impertiri.

Tag kommen/ da meine Asche mit euch wird vereiniget werden.

(Cap. XIII.) 1) ille - - auersabatur, er war unermüdet in den grösten Bemühungen des Kriegs. 2) somnum - - referentium, er schlief wenig/ weil er so Tags als Nachts durch den Anlauf deren daran gehindert wurde/ die ihm referirten. 3) quarum - - hora, deren keine er zweymal nach einander in einer Stund besuchte; sondern jezt diese/ bald eine andere. 4) ne desiderarent exemplum, damit es ihnen nicht an einem Exempel fehlete; damit sie beständig ein Exempel hätten. 5) laborare commeatu, an Lebens-Mitteln Mangel leiden. 6) quotidiano - - corpus occalluit, der Leib wurde täglich stärker/ und zu allen unruhen erhärtet. 7) exspirabat - - impertiri, die Zärtlichkeit verlor sich nach und nach bey ihm/ die sonst jungen Leuten von

tiri. 8) Innoxiam formae licentiam, adhuc diffusam vultu, castigare coeperant tenuiores vmbrae, et commasculare frontem. 9) Expulsaque adolescentis aetatis mollitudine artus virilis sensim vigor intrabat.

Finis Libri Decimi Septimi.

Natur anhanget. 8) innoxiam - - frontem, sein schönes Angesicht wurde nach und nach bräuner und männlicher. 9) expulsa - - intrabat, die Weichlichkeit der Jugend verlor sich, und seine Glieder bekamen nach und nach eine männliche und lebhafte Stärke.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

CAPVT I.



Adrastus cum attenuatis praelio copiis post Aulonem montem recesserat, auxilia opperiens, quibuscum 1) in hostem alteris insidiis erumperet. Non impar ergo leoni erat, qui 2) frustrata fame reiectus ab ouili, reuertitur in nemo-

(Cap. I.) 1) in hostem - - erumpere, den Feind noch einmal hinterlistig überfallen. 2) frustrata - - ouili, wann

nemora, 3) redditusque, quibus assuenit, latebris, dentes atque vngues exacuit, 4) instrumenta futurae gregum, si tempus faueat, internecionis.

At Telemachus, 5) quantum par erat, accurata in castris disciplina, 6) omissis omnibus, tota animi contentione statuit, 7) quae nullo vel auctore vel conscio proposuerat, efficere. Diu erat, cum eum noctu agitabant per somnum species, dormienti excitatas genitoris desiderio. 8) Imago illius fere redibat sub extremam vigiliam, 9) cum nondum stellarum errores caelo, nec plenum nocturnis imaginibus soporem orbe initia aurorae extruderent. Videbatur nunc ipsi Vlysses, 10) depositis vestibus, in prato fortunatae insulae, 11) qua riuulum transmittit, versari, 12) vtrique ripae affusis Nymphis, et offerentibus vestes, quae beatos manes decent; nunc cum voluptate et admiratione audiri in palatio, auro eboreque splendido, a turba floribus coronatorum hominum; nunc celebrare epulas, insigni inter lautitiam gaudio, 13) humanaque voce et

 lyra

er/ ohne seinen Hunger stillen zu können / von einem Schaafstall abgetrieben worden. 3) redditus latebris, wann er wieder in seine Höle gekommen. 4) instrumenta - - internecionis, um sich derselben bey künftiger günstigen Gelegenheit zum würgen der Heerden zu bedienen. 5) quantum - - disciplina, hielte eine sehr scharfe Zucht in dem Lager. 6) omissis - - statuit, richtete seine Bemühung auf nichts mehr/ als ꝛc. 7) quae nullo - - proposuerat, was er von sich selbst/ und ohne daß es jemand wußte/ sich vorgenommen hatte. 8) imago - - vigiliam, das Bild desselben kam ihm gemeiniglich zu Ende der Nacht vor. 9) cum nondum - - extruderent, ehe die aufgehende Morgenröthe die irrende Sterne von dem Himmel/ und den Schlaf mit seinen Träumen von dem Erdboden verjagte, ehe der Tag begunnte anzubrechen. 10) depositis vestibus, bloß/ nackend. 11) qua riuulum transmittit, an dem Ufer eines Flusses. 12) vtrique ripae affusis Nymphis, an welchem Ufer auch viele Nymphen wären. 13) humanaque - - aemuletur, und worbey eine so angenehme Music von einer Menschen-

lyra faciente concentum, cuius suauitatem Apollo cum Musis suis frustra aemuletur.

Somniis adeo iucundis plerumque tristitia successit experrecti Telemachi. 14) Quam me, dilecte genitor, exclamat, prae his delectent amplius immanissimae per quietem imagines! Haec simulacra fortunatae sortis quid mihi 15) loquuntur, nisi tuum ad fortunatas illas mentes transitum, quarum virtus 16) aeterno circumfluit otio? Elysias sedes intueor. Quid ambigo? 17) priuari futurorum spe tota quam miserum! ergone vltimum te vidi genitor? 18) numquam ego Vlyssen his brachiis, Vlyssen adeo amantem mei, exquisitum mille itineribus? 19) Aeternum tacere mihi os tantae sapientiae? numquam osculari tam dilectas, tam victrices, et, quod sperabam, Penelopen vlturas manus? 20) Ergone perpetuabitur Ithacae illata vastitas?

CAPVT II.

Vos, infensa genitori meo numina! 1) vos tam implacida imagine noctes meas confunditis, ne lux vlla mihi quid ferat spei. Sic autem occiditis Telemachum. 2) Iugulant me incertae spes. Incertae autem? Imo Vlysses vixit. Certius hoc

Stimme und Leyer gehöret wurde, welche des Apollo und seiner Musen Gesang weit übertraf. 14) quam me prae his - - imagines, auch die schröcklichste Träume wären mir wol lieber als diese. 15) loqui, hier, anzeigen. 16) aeterno circumfluere otio, die ewige Ruhe geniessen. 17) priuari - - miserum, welch ein Elend, aller Hoffnung aufs künftige beraubt zu seyn. 18) nunquam ego his brachiis sc. accipiam, solle ich nicht mehr umarmen. 19) aeternum tacere mihi, soll ich auf ewig nicht mehr hören. 20) ergone - - vastitas? solle dann die Verwüstung Ithaca immerfort währen?

(Cap. II.) 1) vos tam - - confunditis, ihr beunruhiget meine Nächte mit so betrübten Bildern. 2) iugulant - - spes, es ist mir nicht möglich, länger in solcher ungewissen

hoc, quam viuere miserrimum filium. Ibo, requiram manes eius ab inferis. Audeo, quod infernorum numinum contemtor Theseus. At me ducet ad inferos aduersus genitorem pietas. Audeo, quod et Hercules. Esto, plurimum eo esse me leuiorem; cum laude sequar tamen, quam ille triuit, viam. 3) Mouit inexorabile Stygis numen audita Orphei calamitas; remissa ad viuos Eurydice. Quis calamitosior Telemacho? Quae praeter meam iactura acerbior, 4) nisi puellam aliquam quotidianae formae summo totius Graeciae Vlyssi comparauerim? Age! moriamur, si ita. Quid enim ad miseram vitam terroris mors habet? Experiar, et quamprimum, tuumne sit, seu Pluto, seu Proserpina, implacabile, vt criminantur, numen. Post inutiles terra marique errores, 5) in quos reperiundi spes tui me dedit, genitor, te superest vmbras inter vt exquiram. Videndum nescio an non patria vmbrarum dabit, per superos quem in his terris negat solis lumen.

Rigabant inter hos gemitus lectum profluentes lacrimae. Subitoque se proripiens cubitu, quaerebat 6) vsu oriturae lucis nocturnum dolorem abstergere. Verum erat is 7) letalis arundo, quem inhaerentem pectori moliri non valebat. Victus ergo tantis malis, constituit ad inferos descendere. Celebris locus erat haud procul a castris. Acherontiam appellabant, 8) horribili specu ad ipsas ripas Acherontis (flu-

Hoffnung zu leben. 3) monit - - calamitas, die unerbittliche Gottheit der Höllen hat sich doch erweichen lassen / nachdem sie von dem unglück des Orpheus hat gehöret. 4) nisi - - comparauerim, es wäre dann daß ich ein Mägdgen von mittlerer Schöne dem grösten Fürsten Griechenlands Ulysses gleich halten sollte. 5) in quos - - dedit, die ich aus Hoffnung dich zu finden / unternommen habe. 6) vsu - - abstergere, durch das aufgehende Sonnen-Licht die unruhe der Nacht vertreiben. 7) letalis arundo, ein tödtlicher Pfeil. 8) horribilis specus permittit descensum, durch

(fluuius est apud inferos, 9) nec a diis, cum iurant, nominandus) permittente descensum. Vrbs perinde, atque arboreo cacumini nidus, summae petrae insidebat; ad cuius pedem 10) horrendum dehiscens tellus aditum aperiebat ad manes, 11) adhuc exemtum ab humano vestigio, quoniam mortalium neminem eo admittebat metus. Neque alia maior erat pastorum cura, quam inde arcendi pecus. Vapores sulphurei e stygia palude per os antri 12) pestem continenter afflabant aeri. Circum nec flores nec gramina gignebantur. Fauonii, ver, autumnus peregrina hic loci nomina. 13) Nudi frutices et cypressi tegebant emorientem terram. Longe lateque frugibus ineptum solum. 14) Vites, quasi paeniteret edidisse, nondum adultos racemos exstinguebant subtracto succo. Riui numquam perennes, numquam ad potum. Nec aues, quae delectarent cantu, alebat regio; 15) quippe et spinis impedita, nec ad eas occulendas fruticata humus. Vnde praeteribant hunc locum, 16) amores suos melioribus terris impertiturae cantu. Hic vero praeter coruorum inconditas voces et noctuarum lugubres planctus nihil erat audire. Ipsis adeo graminibus 17) dulci

die förchterliche Höle kan man hinab steigen. 9) nec a - - nominandus, bey dem auch die Götter sich scheuen zu schwören. 10) horrendum - - manes, ist eine förchtige Kluft, durch welche man zu den Geistern der Verstorbenen kommen kan. 11) adhuc - - metus, welche noch von keinem menschlichen Fus betreten worden, weil sich kein Sterblicher dahin zu wagen getrauete. 12) pestem afflare aeri, die Luft vergiften. 13) nudi - - terram, die erstorbene, ausgedorrte Erde trug da nichts als Stauden (niedriges Gesträuch) und Cypressen. 14) vites - - succo, wann schon etwa einige Trauben hervor zu kommen scheinen, so verdorren sie gleich wieder am Stock, weil sie keinen Saft haben. 15) quippe - - humus, weil nichts als Dornen da wuchsen, und sie kein Gebüsch da fanden, wo sie sich aufhalten mochten. 16) amores - - cantu, sich mit ihrem lieblichen Gesang an andern und bessern Orten hören zu lassen. 17) dulci aduersus sapor, ein saurer bitterer Ge-

ci aduersus sapor erat; 18) neque greges, qui iis vescebantur, tentabat, qua alias ad iucundos saltus incitantur, lasciuia. Palabantur mutuo inter se fastidio, 19) reconditaque tibia aptis ad ciendos sonos vtribus incubabat afflictus pastor.

CAPVT III.

Ex hac specu 1) per interualla euolutus fumus 2) densam nocturnaque non leuiorem caliginem ingerebat luci. Tum vero hostiae ingeminabantur a vicinis populis, cumulataeque victimae ad placandos inferorum praesides; tametsi plerumque 3) iuuentutis florem inferias dabat infelix lues, et oblectationem saeuientibus e specu diis.

Hac igitur ad Plutonis regiam penetrare iuuenis decreuit. Minerua, diligentissima custos salutis eius et maximum obiecta semper Aegide sua praesidium, illi 4) gratiam inferni numinis praeparauerat. Ad haec imperatum a Ioue Plutoni, in regnum suum admitteret Vlyssis filium, perferente id mandati Mercurio, qui diebus singulis certum animarum numerum traducit ad Stygem.

Clam ergo ex castris digreditur Telemachus noctis auxilio. Sublustris haec erat a luna, cuius ille sibi propitiabat numen; quod caelis fulgens sidus, in terris Diana, in inferis Hecate est. Facile preces ipsius admissae a dea: quippe et 5) naeuo carebat in-

schmack. 18) neque greges - - lasciuia, die Heerden / die da waideten / wurden nicht / wie sonsten munter davon zu springen. 19) recondita - - pastor, die verdrossene Hirten hatten ihre Flöten versteckt / und lagen auf ihren Sackpfeiffen: man hörte da keinen Hirten 2c.

(Cap. III.) 1) per interualla, von Zeit zu Zeit. 2) densam - - luci, machte es bey Tag stickfinster. 3) iuuentutis - - diis, junge Leute wurden oft in der besten Blüte ihres Alters zu einem Toden-Opfer und zur Ergötzung von denen grausamen Göttern durch eine betrübte Seuche hingerissen. 4) gratiam alicuius praeparare alicui, einem den Weg zu eines Gunst bahnen. 5) naeuo caret insons animus, sein

insons animus, et 6) ducem pietatem, quam parentibus filii debent, sequebatur.

Venerat ad antri ingressum, cum mugitus et fremitus subterranei regni coepit exaudire. 7) Tentabat euntis vestigia concussa tremore tellus: fulgura coruscabant caelo ignesque, 8) minitantes in terram lapsum. Quatiebatur horrore Telemachus: gelidus sudor totum corpus offuderat. 9) Constitit tamen virtus sibi. Oculis manibusque elatis sursum: Accepto, dii, inquit, haec signa, atque faustum ex iis omen praecipio. Eia! quae coepistis, perficite. Inter haec verba festinato gradu ante fauces tenebrosi specoris intrepidus substitit.

Protinus 10) diffissa caligo est, quae alias eo appropinquans pecus perimit. 11) Permittebat ad tempus liberum spiritum pestilens foetor. Intrat Telemachus nullo comite. Et vero eadem mortalium quis ausit? Duobus Cretensibus aperuerat, quae constituit animo; hi autem ad certum duntaxat interuallum a specu euntem prosecuti, in templo quodam substitere, trepidi atque exanimes et nuncupantes vota etsi sine spe reuersuri Telemachi.

At ille horrorem tenebrarum ingressus interea strinxerat gladium. Tenuissima lux, liquidiori nocti fere similis, leniter circumuolantes vmbras ostendit, quas ille amouebat ferro. Tum lugubres paludis verius, quam fluminis ripas aspexit. 12) Torpebant putres aquae; coenoque impediente cursum, 13) non flue-

Gemüth ist redlich/ unschuldig. 6) ducem pietatem sequi, sich von der Frömmigkeit leiten lassen/ dem Trieb der Frömmigkeit folgen. 7) tentabat - - tellus, die Erde zitterte unter seinen Füssen. 8) minitantes in terram lapsum, als wollten sie auf die Erde fallen. 9) constitit - - sibi, doch blieb er herzhaft. 10) diffissa caligo est, der dicke Dunst verschwand/ that sich aus einander. 11) permittebat - - foetor, der giftige Gestank ließ eine Zeitlang nach. 12) torpebant putres aquae, das Wasser war matt und trüb. 13) non fluebant - - sese, die Wasser flossen nicht/

fluebant labentes, ſed volutabantur verſantes ſe ſe. Occupabat crepidinem defunctorum innumerabilis multitudo, qui nondum affecti ſepultura Charontis cymbae fruſtra obuerſabantur. Minis quippe abacti reiectique a tam difficili ſemper et moroſo, quam vegeto ſene. Contra in nauem receptus iuuenis. Vixque ingreſſi 14) aures lamenta obruerunt deſperantis animae.

CAPVT IV.

Sciſcitabatur ab illa cauſſam tantorum luctuum, et quae ei inter viuos fuiſſet conditio? Nabuchodonoſor eram, illa inquit, rex magnae Babylonis. Concutiebat orientem vel ſolum, quod gerebam, nomen. Ex marmore ſurgebat aedes, in qua et adorabar a Babylone, et 1) imagini meae litabat, aſſidue incenſa, odorum ferax Aethiopia. 2) Obloquendi mihi nemini data facultas, nemini conceſſa impunitas. 3) Obtulere dies ſinguli nouos voluptatum architectos atque artifices. 4) Flos aetatis et vigor iuuentutis meae quot annorum ſuffecturus erat coronatae felicitati, niſi vxor docuiſſet, ſe nupſiſſe homini! quippe amantem redamare non modo recuſauit, ſed et veneno ſuſtulit. Fui. Auream in vrnam lux heſterna cineres meos congeſſit cum pompa. Fuſae lacrimae: vellicati crines: vniuerſum imperium

ſondern drebeten ſich nur im Wirbel herum. 14) aures - - animae, er hörte das Seufzen eines untröſtlichen Geiſtes. (Cap. IV.) 1) imagini eius litat - - Aethiopia, es wird ſeinem Bild beſtändig Rauchwerk aus Aethiopien geopfert. 2) obloquendi - impunitas, es durfte niemand mir widerſprechen / ohne zu beſorgen / daß er möchte geſtrafet werden. 3) obtulere - - artifices, alle Tage wurde mir neues Vergnügen und Wolluſt ausgeſonnen. 4) flos aetatis - - homini, ach! wie viele Jahre hätte ich noch bey meinem jungen und friſchen Alter in dieſer beglückten Regierung hinbringen können / wo mir nicht meine Gemahlin gezeiget hätte / daß ich ein Menſch (kein unſterblicher Gott)

perium videbatur cum rege periturum eodem rogo. Quin 5) adhuc adspirantur luctus ad calcem illustris monumenti, cui regii cadaueris traditae reliquiae. At desiderio mei affligitur nemo; nemo putat sibi aliquid obitu meo, etsi regis, decessisse. Quin abominatur ibi memoriam meam etiam regalis domus: hic vero 6) miserrimis iam poenis initior.

Tactus hoc spectaculo iuuenis, rogat: Verene beatus vixisset in imperio? Illine adfuisset iucunda tranquillitas et dulcis quies, qua sine vel inter delicias male est animo? Negabat Babylonius nosse, quid vellet hoc verbi, quod diceret iuuenis. Et sapientibus quidem, inquit, summum bonum in tranquillitate reponitur. Ego vero illam nec sensi vmquam. 7) Impellebat ambiguum alia ex alia cupiditas, metus, fiducia. 8) Affectionum ambitioso obsequio obtundebam rationem, perstudiose adnixus, ne vmquam repararet se sibi. 9) Sani consilii nec vmbram tuli. Haec illa quies, haec mea tranquillitas. 10) Alia frui non nisi neminem putabam. Haec insuper illa fuere bona, quorum iactura hos mihi nunc gemitus.

Obruebatur os ita loquentis fletu, qualem effeminati fundunt muliebriterque timidi, qui 11) ex fortis indulgentia ad aduersa imparem animum afferunt.

Circa

sene. 5) adhuc - - reliquiae, man höret noch das Wehklagen bey meinem Grabmal / wo meine Asche hingeleget ward. 6) miserrimis iam poenis initior, ich fange schon an die grausamste Strafen zu empfinden. 7) impellebat - - fiducia, ich wurde immer von einer Begierde / Furcht und Hoffnung nach der andern herum getrieben. 8) affectionum - - se sibi, ich unterdruckte durch beständiges Nachhängen meinen Passionen alle Vernunft bey mir / und ließ sie niemalen aufkommen: ich wurde niemal nüchtern von meinen Passionen. 9) sani - - tuli, ich habe keinen vernünftigen Rath ertragen können. 10) alia - - putabam, ich glaubte / es gebe sonst keine. 11) ex fortis - - afferunt, weil sie durch das Glück verwöhnet worden / können sie

Circa regem erant mancipia, 12) regiis manibus inferiae data. Ea Mercurius simul cum rege Charonti tradiderat, facta potestate in illum, cui seruierant. Itaque illa iam non metuere, non adorare; sed illigatum vinculis afficere ludibriis, quae nec tolerarent vilissimi. 13) Oggerere quidam: prae ipsisne fuisset homo? 14) Diuinos honores quam is affectasset stolido consilio, cui fuerit recordandum, et se humano duntaxat proseminatum ab genere. 15) Sapienter tu quidem (insultabat alius) te mortalium excerpebas numero. Monstrum scilicet eras, non homo. 16) Alius haud paulo amarior. Age! 17) aurium tuarum mancipia ostende: assentatorum manipulos exhibe. Scilicet miser non habes, in hos quod dispergas in posterum. Hui tanti regis potentiam, quae suis iam famulatur mancipiis! 18) En! quam lento gradu ad vindictam sui deorum procedat indignatio, et procedit tamen.

CAPVT V.

1) Haec tota stomachi contentione debacchantibus seruis, rex pronus corruere in terram, furere, desperare, ambabus manibus crinem incessere. At Charon increpabat mancipia: Quin vinculis tractum, et renitentem humo sustollite. Indignus est, cui suum fas sit recondere dedecus.

nichts unglückliches ertragen. 12) regiis - - data, welche zur Ehre der Begräbniß des Königs zugleich mit ihm sterben mußten. 13) oggerere quidam, einer warf ihm vor. 14) diuinos - - consilio, wie thöricht er gehandelt, daß er göttlich habe wollen geehret seyn. 15) sapienter - - numero, ey! wie gescheut, daß du mehr als ein Sterblicher seyn wolltest. 16) alius haud paulo amarior, ein anderer vexirte ihn noch mehr, zog ihn noch höhnischer durch. 17) aurium - - ostende, wo sind nun deine Schmeichler. 18) en! quam - - tamen, siehe! wie lang einem die Götter borgen können, wie aber ihre Strafe doch nicht ausbleibet.

(Cap. V.) 1) haec tota - - seruis, da seine Sclaven ihn

Quotquot in inferis manes, id videant, ne deorum accusari possit patientia, 2) huic impietati in terris permittentium regalem potentiam. Quid palpitas, miser, ad haec dolorum tuorum praeludia? 3) Actutum fulminabit te rigidi Minois numquam mutanda sententia.

Nondum Charon finierat terribiles voces, cum Plutonii regni crepidines nauicula tetigit. Concursabant manes, auidi viuum hominem cognoscendi, quem inter defunctos aduenas conspicabantur. At simul Telemachus e cymba egressus, simul illi, velut ad tenuissimum lucis initium nocturnae vmbrae, dilapsi sunt. Tum Charon 4) paullum liquidiori fronte, oculisque reuocatis a moroso, quod amant, fastidio: Per superos, quibus es curae, licet, mortalis, tibi subire viuentibus interdictum noctis imperium. Quo igitur te fata trahunt, propera. Per haec opaca ad Plutonem est iter. Conspicies sublimem solio. Pandet ille locos tibi, 5) quorum arcana fas non est hoc ex ore cognoscere.

Magnis ergo passibus se agere iuuenis. 6) Oggerebatur conspectui eius par maritimis arenis multitudo vndequaque et sublime meantium animarum, 7) quibus praeter ordinem agitatis et confundentibus semet incerto motu, diuinum se intrare horrorem sensit, 8) adiutum vtique alto tam vastis in locis silentio. Cum vero iam proximus esset diuersorio

mit so harten Worten aufzogen. 2) huic - - potentiam, welche diesem gottlosen König so lang auf Erden Gewalt liessen. 3) actutum - - sententia, es wird dich alsbald des Minos unveränderlicher Schluß wie ein Blitz treffen. 4) paulum - - fastidio, mit etwas freundlicherm Gesicht als er sonst gewohnt war. 5) quorum arcana - - cognoscere, deren verborgene Gegenden ich dir nicht eröffnen darf. 6) oggerebatur - - animarum, er sahe eine unzahlbare Menge allenthalben um ihn herum schwebender Geister. 7) quibus - - motu, welche da sie sich ohne Ordnung unter einander bewegten. 8) adiutum - - silentio, worzu

ſorio inclementis dei, 9) ſurrigebantur capilli: vacillabat incertum genu: 10) luctabatur intercepta vox, ad haec tantum verba, nec ſine conatu, ſufficiens: En! terribile numen, infauſti Vlyſſis filium. Adeſt quaeſitum abs te, tuone in imperio, an adhuc inter viuos ſit genitor?

Erat ex ebeno ſolium, in quo Pluto conſidebat. 11) Os pallidum et ex ſeueritate acerbum. 12) Imminebat ſcintillantibus oculis frons multa et contracta in minas. Aſpectum viuentis adhuc hominis haud abhorrebat leuius, quam lucem 13) de die latebris aſſueta animalia. Proſerpina 14) tegebat alterum eius latus. Hanc ille vnam eſt intuitus, viſusque inde 15) non nihil aſperitatis dimittere animo. Et 16) in ipſa quidem diua perſeuerabat perpetim renaſcentis formae prodigium: quamquam 17) difficile et immane quid diuinis moribus ex mariti ſocietate videbatur acceſſiſſe.

CAPVT VI.

Reclinabat ad infima ſolii mors, pallore terribilis, falcemque exacuens in futuras ſtrages. Pone graſſabantur 1) lucis expertes curae: 2) imma-

 nia

ſonderheitlich die tiefe Stille in denen wüſten Oertern vieles beytrug. 9) ſurrigebantur capilli, ſtunden ihm die Haare gen Berg. 10) luctabatur - - ſufficiens, mit groſer Noth konnte er kaum dieſe Worte heraus bringen. 11) os ex ſeueritate acerbum, ein ernſthaftes Geſicht. 12) imminebat - - minas, ſeine Augen funkelten/ und ſeine Stirn war runzelicht/ und drohend. 13) de die - - animalia, die Thiere/ die ſich bey Tag in ihre finſtere Löcher verſtecken. 14) tegere alterum alicuius latus, einem zur Seite ſeyn. 15) non nihil - - animo; um etwas freundlicher werden. 16) in ipſa - - prodigium, die Göttin ſelbſt erneuerte täglich mehr ihre ſchöne Geſtalt: wurde täglich jünger und ſchöner. 17) difficile - - acceſſiſſe, es ſchiene/ ſie habe etwas hartes und grauſames in ihren Sitten aus der Gemeinſchaft ihres Mannes an ſich genommen.

(Cap. VI.) 1) lucis expertes curae, die düſtere/ ſchwarze Sorgen. 2) immania ſibi fingens ſuſpicio, der Argwohn/

nia sibi fingens suspicio: cruore satiata obsitaque vulneribus vlciscendi cupiditas: 3) aequo alienum odium, 4) suique carnifex opum esuries; 5) membris suis infesta desperatio: male sana honorum turbulentaque sitis: cruoris auida, neque ex malo, quod machinata est, felicior proditio: 6) circumfluens pestilenti veneno et ob ineptas ad nocendum vires insaniens inuidia: 7) spe consumta praeceps in abyssum, quam ipsam fodit sibi, impietas: 8) nefandae intemperiae, spectra terrendis viuentibus, nocturni horrores, funestae illisque haud paulo mitiores vigiliae: quae omnia circum Plutonem implebant triste palatium. Ceterum is voce incondita et a qua Erebi abyssus coepit inhorrescere, respondens Telemacho:

gnam, illudere. 15) Vt (quod aduertis) nos acerbe respicit! Vt in obscuriorem nemoris partem festinanter se odio nostri coniicit! At 16) e regione Hector eccum moratur ibi, inuictus profecto, nisi aequalem eius Thetis peperisset. Ecce tibi praetereuntem Agamemnonem, 17) notisque cruentis vel adhuc loquentem Clytemnestrae scelus. Horresco, fili, quoties miserabiles casus huiusce ex Tantalo generis recordor, quod 18) abominatione et sanguine foedarunt fraternae, Atrei et Thyestae, discordiae. Vt scelus vnum caussa est aliorum magno numero sequentium! Agamemnon posteaquam ex Troiana obsidione imperator deportasset Graecorum exercitum, non potuit bellicae fructu laudis cum otio frui. Atqui hoc idem fatum est omnium, qui 19) expugnandis regnis se dedere. Quoscunque hic vides, bello fuerunt terribiles. Quoniam vero nec humanitatem, nec virtutem coluerunt serio, 20) secundas tantum in sedibus beatorum tenent.

CAPVT VIII.

At praesentes isti exercuere iustum imperium, eosque amauerunt, in quos exercuere. Amici deorum sunt. Dum Achilles et Agamemnon 1) feruent consuetis rixis et contentionibus, atque 2) ad-

15) vt - - respicit, siehe nur / wie er uns so grimmig ansiehet. 16) e regione - - ibi, siehe nur auf der andern Seite wartet Hector auf ihn. 17) notis cruentis loqui alicuius scelus, noch die blutige Marquen / Zeichen / von eines Grausamkeit an sich haben. 18) abominatione et sanguine discordiae fraternae foedant hoc genus, die Zwistigkeiten der Brüder machen dieses Geschlecht mit vielem Blutvergiessen abscheulich. 19) expugnandis regnis se dare, sich nur auf Eroberung vieler Länder und Reiche legen. 20) secundas tantum tenere, nur den zweyten Platz inne haben.
(Cap. VIII.) 1) feruere rixis et contentionibus, noch voller Hitze seyn von den gewohnten Kämpfen und Streiten.

2) adhuc conflictantur cum molestiis praeteritae vitae suique vitiis ingenii; dum vitam, quam perdiderunt, prosequuntur gemitu, eosque piget non nisi imbelles inanesque spiritus se esse; 3) reges illi, a iustitia commendandi, 4) diuino lumine, quo nutriuntur, probe castigati, felicitatis beatissimam copiam possident. Contemplantur molli animo turbas mortalium, summasque res, quibuscum dimicat humana ambitio, 5) in contentionibus ponunt infantiae. Satiantur intelligentia rerum et virtutis, quam ex ipsis originibus petunt; non iam sibi ipsis infesti, non obnoxii aut desideriis, aut inopiae, aut formidini. Absoluerunt omnia excepto hoc gaudio, quod absolui non potest.

Inachum hunc, peruetustum regem et auctorem Argiuorum considera. Vides quanta illi in summa aetate mansuetudo et auctoritas. 6) Inuitant vestigia eius subter nascentes rosae. 7) Inuidiam altilibus mouet agilitate incedendi. 8) Intercinente lyra, quam gerit manu, 9) sopitisque sensibus perpetuo liber celebrat deorum miracula. Ambrosiae odor e labiis: 10) e fidibus et gutture ad homines deosque afficiendos sonus. Haec scilicet praemia sunt caritatis, 11) qua institutae a se ciuitati legibusque initiatum populum diligebat.

Altera parte infra illas myrtos vide sis Aegyptium Ce-

2) adhuc conflictari cum molestiis praeteritae vitae, die Plage seines vorigen Lebens noch fühlen. 3) reges a institia commendandi, gerechte Könige. 4) diuino lumine probe castigatum esse, durch das göttliche Licht wol gereinigt seyn. 5) in contentionibus infantiae aliquid ponere, etwas vor kindische Bemühungen halten. 6) inuitant - - rosae, er geht auf lauter Rosen. 7) inuidiam - - incedendi, wann er geht, ist es als wann er flöge. 8) intercinente lyra, unter dem Klang seiner Leyer. 9) sopitis sensibus perpetuo liber, in einer beständigen Entzückung. 10) e fidibus - - sonus, mit dem Schall seines Saitenspiels und Stimme ergözte er die Menschen und Götter. 11) qua - -

Cecropem. Athenae, Palladis ciuitas, ex qua sibi induit nomen, primo illius imperiis paruit. Cecrops enim postquam salutares quasdam leges ex Aegypto, Graecarum scientiarum et morum patria, secum transtulisset, 12) absterſa feritate vrbes Atticas ad humanitatem et vinculum commune societatis instituit. Rex iustus, humanus, misericors: reliquit superstitem vitae suae populum diuitem, familiam duntaxat mediocrem: quoniam nolebat post se quemquam ex suis 13) sceptrum capessere, 14) cui reputabat digniorem manum ab aliis posse admoueri.

CAPVT IX.

Non praetereundus in hac modica valle Erichthonius, qui rationem signandi argentum inuenit primus; quod quidem eo spectabat, vt inter graecas insulas 1) expeditiora essent commercia. At satis praeuidebat, magnis incommodis vacare hoc inuentum non posse. Ergo 2) coactis concionibus: Naturales diuitias, inquit, quoniam hae quidem verae germanaeque diuitiae sunt, vt augeatis, 3) omni vobis contentione est allaborandum. Colite terram ad frumenti, vini, olei, fructuumque comparandam copiam. 4) Rei pecuariae, vnde lac alendo corpori, lanae operiendo proueniunt,

diligebat, mit welcher er sein Volk / das er nach seiner neu angeordneten bürgerlichen Verfassung und Gesetzen eingerichtet hatte / (seine neu angelegte Stadt und Volk) liebete. 12) absterſa - - instituit, hat sie von ihrem wilden Wesen befreyt / und zu leutseligem und gesellschaftlichem Leben angewöhnet. 13) sceptrum capessere, das Regiment sich anmassen / annehmen. 14) cui - - admoueri, worzu er glaubte / daß andere würdiger seyen.
(Cap. IX.) 1) expeditiora sunt commercia, das Gewerb / die Handlung / geht stärker. 2) coactis concionibus, nachdem er sein Volk versammlet. 3) omni - - allaborandum, das muß eure gröste Bemühung seyn. 4) rei pecuariae pro viribus insistere, sich nach allem Vermögen auf die Vieh-

pro viribus quisque insistite. Ita semper 5) profligabitis inopiam. Quot vobis liberi, tot adiumenta gignentur, si ad laborem eos institueritis, ditescendi. Exhauriri nequit telluris foecunditas. Crescit pro numero incolarum, qui illi 6) iustam dant operam, cuius quidem largam mercedem reportant; vt, qui segniter colunt, vel tenuissimam vel nullam. Veras, inquam, diuitias, quae ad veram necessitatem hominum faciunt, omni diligentia quaerite; vt augeatis, insistite. Iam aes signatum nequaquam curabitis amplius, quam aut ad bella necessaria opus erit foris gerenda, aut ad mutationem mercium, quibus patria terra destituitur; tametsi 7) vsum rerum, quae vni luxuriae, vanitati, illecebris inseruiunt, omnino censeam abolendum.

8) Illa porro verba Erichthonio familiaria fuere: vereor, filii, ne inuenta moneta rem vobis inuenerim pestiferam. 9) Vt iam nunc mihi praesagit animus, gignet auaritiam, fastum, insolentes spiritus. 10) Artes alet sine numero, quarum fructus vnicus mollities et corruptela morum. Pacatae securitatis fulcrum vnum, 11) beatam simplicitatem, vertet in nauseam. Agri culturam, illam basin humanae vitae, scatebramque omnium, quae vere bona sunt, 12) in rebus ignominiae ponet. Ego vero deos testor, 13) id inuenti genus, quod per se commodis suis non caret, me vobis vera sanctissimaque voluntate

Zucht legen. 5) profligare inopiam, sich der Armut erwehren. 6) iustam telluri dare operam, sich rechtschaffen auf den Feldbau legen. 7) vsum rerum omnino abolere, sich der Dinge gänzlich entschlagen / sie ganz abandonniren. 8) illa verba ei familiaria fuere, er pflegte oft zu sagen. 9) vt - - animus, wie ich voraus sehe. 10) artes alere sine numero, zu unzählichen Künsten Anlaß geben. 11) beatam simplicitatem vertere in nauseam, die so glückliche schlechte/ einfältige / Lebens-Art eckelhaft machen. 12) in rebus ignominiae ponere aliquid, etwas vor was schändliches / unanständiges halten. 13) id inuenti genus, diese Erfindung.

tate tribuiſſe. Tandem Erichthonius animaduertens (id quod praeuiderat) populos 14) ob pecuniam vergere in deterius, ſe prae dolore in montem horridum incultumque abdidit, vbi ad vltimum ſenectutis 15) inopem vitam tulit et vsque adeo ſolitariam, vt quae ſpeciem praeferebant magiſtratus, 16) a ſe prorſus aliena reputauerit.

CAPVT X.

Haud multo poſt Erichthonium ſurrexit in Graecia Triptolemus, inſigne nomen, quem Ceres agri cultura erudiuit. Et tum quidem homines iam intelligebant frumentorum nomenclationem, quaque augeantur ratione ex ſeminibus. Ceterum artem ipſam colendi agri non callebant. Adeſt ergo a Cerere miſſus Triptolemus, tenensque burim manu, offert deorum munera quibusque populis, 1) ab amico ſegni naturae otio ſtrenue ſe translaturis ad opus. Protinusque Graecos docet 2) glebam ſcindere, perruptoque ſinu eius, praeparare ad fertilitatem. 3) Subinde videre fuit exiguo temporis interuallo meſſores 4) incenſo nec infracto laboribus animo per agros omnes 5) expedita falce ſtragem flauentibus ariſtis immittere. Gentes barbarae indomitaeque, quae in Epiri et Aetoliae ſiluis ad inueſtigandas, vnde victitarent, glandes palabantur diſperſae, ipſae 6) induere humanitatem coeperunt, 7) edoctae-

14) ob - - deterius, durch das Geld verderbt / ſchlimmer werden. 15) inopem vitam ferre, ein armſeliges Leben führen. 16) a ſe prorſus alienum reputare aliquid, ſich eines Dings gänzlich entäuſſern.
(Cap. X.) 1) ab amico - - transferre ad opus, ſeine natürlich anklebende Trägheit überwinden / und anfangen zu ſchaffen. 2) glebam - - fertilitatem, die Erde umackern / und durch fleiſſiges Pflügen fruchtbar machen. 3) ſubinde videre fuit, man ſahe alsbald. 4) incenſo - - animo, mit unermüdeter Begierde. 5) expedita - - immittere, die zeitige Früchten abmehen / einernten. 6) induere humanita-

7) edoctaeque disciplinam frumentorum, et panem accommodandi cibo, publicis moribus et legibus viuere. 8) Concessum tum Graecis est auctore Triptolemo sentire, quam dulce sit, 9) praeterquam labori suo diuitias suas debere nemini, atque in propriis agris, quidquid ad commode et beate viuendum esset satis, reperire. Enimuero hac tam simplice, quam 10) non iniqua copia, quae cum agrorum est coniuncta cultu, admonebantur, quam salubria Erichthonius suasisset. Incipiebat ipsis vilescere pecunia, et quascunque opes ex artium vsu comparamus; 11) quae non nisi ex aestimatione opes sunt, et illecebra hominibus ad voluptates, ac fastidium laboris, qui vnus sinceras fortunas et ingenuos mores praeter summam libertatem impertitur. Patuit ergo omnibus, fertile solum cultumque verum thesaurum illius gentis esse tam sapientis, 12) vt a maioribus suis accepta frugalis vitae exempla putet aemulanda. 13) Felicem sane Graeciam, si his praeceptis institisset, quibus licebat potentiam, libertatem resque prosperas, et operam dando sincerae virtuti perpetuae salutis munus consequi. At pro dolor! 14) Iam eidem magni falsae sunt diuitiae; verae sordent. Simplicitas, cuius vis tam mira, habetur despicatui. At tu, fili, qui in solio quondam residebis, memineris tum, 15) reuocare populos ad

tem, leutseliger werden. 7) edoceri - - cibo, lernen/ wie man die Früchte baue/ und das Brod zur Speise zubereite. 8) concessum - - sentire, Triptolemus hat sie empfinden lassen. 9) praeterquam - - nemini, seinen Reichthum sonst nirgends als von seiner Arbeit her haben. 10) non iniqua copia, unschuldiger/ rechtmässig erlangter Ueberfluß. 11) quae non - - sunt, welche Güter/ Reichthümer nur in der blosen Einbildung bestehen. 12) vt a - - aemulanda, daß es seinen Voreltern in ihrer mässigen Lebens-Art nachzuahmen vor das beste hält. 13) felicem - - institisset, wie glücklich wäre Griechenland/ wann es bey diesen Maximen geblieben wäre. 14) iam - - diuitiae, jetzo hält es die falsche Reichthümer hoch. 15) reuocare - -

ad studium agriculturae, euehere hanc artem, eam exercentes leuare subsidio, prohibere denique, ne quis vel otio 16) se dedat, vel institutis ad luxum. Talia quoniam his ambobus fuerunt curae, idcirco istis in locis fruuntur deorum beneuolentia. Sic habe, fili, dignitate et gloria eos tantum praecedere Achilli ceterisque, 17) quorum solis in bellis enituit decus, quantum pubescentis veris amoenitas Caucaseae hiemi, solisque iubar magnificum lunae non tam lumini quam pallori.

CAPVT XI.

Aduerterat Arcesilaus, dum huiusmodi 1) praeceptis nepotem instituit, eum subinde 2) immemorem oculum declinare in siluulam laûris consitam, 3) riuulumque marginibus deuoluentem se, quos praeter alias horti delicias, 4) quae odore valent, violis, rosis, liliisque mitior natura obseuerat, 5) ea specie, quam iridi conspicimus inesse, cum in terras ad ferenda deorum mandata labitur. Ibi Sesostrem regem Telemachus aspexit magnificentia incredibiliter, quam illa Aegyptii solii, ampliore. Prodibant ex oculis 6) radii, qui, quantumuis lenes aptique ad demulcendum, 7) obruebant iuuenis vtrumque lumen. 8) Potuisset intuentibus videri abunde

culturae, die Völker wieder fleissig zum Ackerban anhalten. 16) institutis ad luxum se dedere, sich dem Wolleben ergeben. 17) quorum - - decus, welche ihren Ruhm allein im Krieg gezeigt haben.

(Cap. XI.) 1) praeceptis aliquem instituere, einem Lehren geben. 2) immemorem oculum declinat in &c. wann er seiner vergißt/ so richtet er seine Augen auf 2c. 3) riuulus marginibus deuoluit se, das Bächlein laufft zwischen einem Rand. 4) quae odore valent violae, wolriechende Violen. 5) ea specie - - inesse, nach der Aehnlichkeit eines Regenbogen: gleich 2c. 6) lenes aptique ad demulcendum radii, gelinde und freundliche Strahlen der Augen. 7) obruere alicuius vtrumque lumen, eines Augen blenden. 8)

abunde nectaris bibisse: 9) tam non mediocris erat animi eius per diuinum spiritum a sensibus discessus: qui vt 10) nulla ratione percipitur, ita 11) mercedem dependebat regiae virtuti.

Tum vero Telemachus ad Arcesium: video, inquit, mi pater, quem non diu est, cum in Aegypto sua vidi, Sesostrem regem. Hunc ipsum, Arcesius respondet, et exemplum liberalitatis vides, qua praemia bonorum regum adornare amant dii. At enim haec omnis felicitas nulla erat futura ad eam, quae illum manebat, 12) nisi fortuna, propitia praeter modum, constituisset eum moderationis et iustitiae neglectae reum. Nempe ardore 13) premendi Tyriorum insolentiam ad vrbem ipsorum impellebatur perdomandam. At haec ipsa victoria protinus desiderium accendebat arma eadem propagandi forte, vanaque opinione bello inuictorum hominum prolapsus in eorum vestigia, populabatur Asiam. Reuersus in Aegyptum, fratrem vidit 14) asserto sibi sceptro, et abusu vindicatae sibi potestatis optimas leges euertisse. Itaque ingentes armorum suorum progressus haud alium tulere fructum, nisi quod in regno suo 15) domesticae cursum tranquillitatis stiterunt. De cetero maximum probrum eius in insano quodam amore dignitatis suae fuit. Quippe importunissimos quosque regum, quos vicerat, iungebat currui. Quamquam hanc maculam crudelitatis 16) haud

potuisset - - bibisse, wann man ihn sahe, glaubte man, er seye vom Götter-Trank betrunken. 9) tam non - - discessus, so sehr war er durch einen göttlichen Geist entzücket. 10) nulla ratione percipi, unbegreiflich seyn. 11) mercedem dependere regiae virtuti, die königliche Tugend belohnen, eine Vergeltung seyn vor rc. 12) nisi - - reum, wo nicht das allzugünstige Glück gemacht hätte, daß er die Mässigung und Gerechtigkeit in etwas beyseit gesetzet hätte. 13) premere alicuius insolentiam, eines Uebermuth dämpfen. 14) asserere sibi sceptrum, das Regiment an sich ziehen. 15) domesticae tranquillitatis cursum sistere, die innerliche Ruhe

16) haud ignorauit perpetuo, sed 17) ruboris tandem argumentum inde petiit. Quae quidem cum ex victoriis eius incommoda sint nata: facile intelliges, prouinciarum domitores, quando finitimorum quieti regnisque insidiantur, sua ipsorum regna et prouincias, quin et se ipsos oppugnare. Certe 18) rebus alioqui tam iusti, tamque benefici regis istud non modo cladem intulit, sed vel nunc destinatae a diis 19) gloriae partem decerpit.

Numquid et alium ibi vides, fili, cuius e vulneribus mirabilis splendor emanat? Rex quidam est Cariae. Dioclidem dixere. In pugna se obtulit caedendum pro populo, quoniam oraculum docuerat, bellum inter Carios et Lycios gentem illam 20) euicturam, cuius rex occubuisset in acie.

CAPVT XII.

Alterum illum considera. Legislator est, 1) sapientiae acumen delicatum sortitus. Postquam enim ciuibus suis id genus tulisset leges, quibus et virtuti eorum et felicitati consulebatur: iusiurandum iussit ab omnibus interponi, legum istarum, quamdiu ipse abesset, nullam se violaturos. Quo facto profectus e patria sponte perpetuoque exul, in extrema rerum inopia apud exteram gentem obiit, vt hac fide populum suum ad perpetuam legum tam salubrium obseruantiam obstringeret.

Est porro, quem illic prae oculis habes, Eunesimus, rex Pyli, atque vnus eorum, qui sapientem

 Ne-

stören. 16) haud ignorauit perpetuo, er hat es endlich erkannt. 17) ruboris argumentum inde petiit, er hat sich darüber geschämt. 18) rebus alicuius cladem inferre, einen in unglückliche umstände setzen. 19) gloriae alicuius partem decerpere, eines Ruhm verringern. 20) bellum euincere, in einem Krieg den Sieg davon tragen.

(Cap. XII.) 1) sapientiae - - sortitus, der zu einer aus-

Nestorem praecessere in imperio. 2) Pestifera lue exspoliante terras, ripasque Acherontis obserente hospitibus vmbris, precabatur is deos, 3) si morte sua fas esset noxam redimere tot populorum, 4) ponerent ipso sublato irae modum. Compotem piissimi voti, huc loci et ad veram regis dignitatem transtulerunt, ad quam mortalium regum splendidissima insignia 5) vix vmbrae merentur nomen.

At ecce! senex, qui illac subit coronatus serto, Belus est, de quo tam multa fama. Regnabat in Aegypto. Anchinoen acceperat nuptui, filiam Nili dei, cuius 6) aquae tam sunt ignotae suis a fontibus, quam ad conserendas terras, in quas inundant, salubres. Erant duo filii eius, Danaus, cuius tibi nota historia, et Aegyptus, ex quo illustrissimo imperio nomen. Belus tum ob diuitias et fortunas, quibus augebat suos, tum ob amorem, in quo erat suis, 7) longe quam ab imperatis asperrimis tributis et censibus se aestimabat copiosiorem. Hi homines, quos tu, fili, 8) excessisse putas e viuis, viuunt, et adeo, vt vita, quae mortalibus inter miserias defluit, mortis quaedam mereatur species haberi. Sola inter se nomina mutata sunt. Dii te velint 9) tanta probitate instruere, quae dignum ista vita te faciat, tam fortunata, aeterna, tranquilla. Abi-

nehmenden Stuffe der Weisheit gelanget ist. 2) pestifera - - vmbris, da durch eine pestilenzialische Seuche die Menschen dahin sturben. 3) si morte - - populorum, wann es möglich wäre, daß er durch seinen Tod vor so viele Völker büssen könnte. 4) ponerent - - modum, so möchten sie ihn hinnehmen, und damit ihren Zorn schwinden lassen. 5) vix vmbrae mereri nomen ad aliquid, kaum verdienen ein Schatten genennet zu werden gegen etwas. 6) Nili aquae sunt ignotae suis a fontibus, man weißt nicht gewiß, wo der Nil entspringet. 7) longe - - copiosiorem, er hielte sich viel reicher, als wann er grose Schatzungen hätte auf das Volk gelegt. 8) excedere e viuis, sterben. 9) tanta probitate instruere, so fromm machen.

Abitum hinc propera. Ad quaerendum genitorem 10) hora te reuocat. Quem prius, quam inuenias, quantum visurus es heu! manare sanguinis! quantum autem et manare in te ex Hesperia visurus es gloriae! Consilia sapientissimi Mentoris monitaque fac numquam dimittas ex animo. Quae si sequenda statueris, fama nominis tui ad omnes gentes, temporumque aetates perueniet.

Protinusque Telemachum ad eburneam portam deduxit, 11) qua Plutonii regni caligines permittunt exitum. Discessit ab eo iuuenis cum fletu, et inter desideria inania vltimi amplexus. Inferiorum ergo locorum exsolutus tenebris, posteaquam ad Cretenses illos, qui, petenti ad fatalem specum comites, inde reuersurum interea desperauerant, rediit, 12) ad castra sociorum festinauit reditum.

Finis Libri Decimi Noni.

10) hora te reuocat, es ist nun wieder Zeit. 11) qua - - exitum, wo man aus des Pluto finsterem Reich kan hinausgehen. 12) festinare reditum ad castra, eilends zu dem Lager zurück gehen.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER VIGESIMVS.

CAPVT I.



Inter haec principes exercitus habuere consilium, vtrum occupanda esset Venusia. 1) Vrbs erat a munitionibus firma, quam olim Adrastus Brutiis, vicino Apuliae populo, eripuerat. Vnde vt hac 2) leuarentur iniuria, 3) adiunxerunt se foederi. Adrastus quidem ad mitigandos eorum animos Lucaniis vrbem tradiderat tuendam. Ceterum 4) mune-

(Cap. I.) 1) vrbs a munitionibus firma, eine wol bevestigte Stadt. 2) leuari iniuria, von einer unbilligkeit sich frey machen. 3) adiungere se foederi, sich zu einer Alliance

4) muneribus corrupto alieno praesidio, praefectoque eius, vere ipse magis 5) rerum potiebatur in vrbe, quam qui illam defendendam acceperant: Apuliis, quorum voluntate Lucaniis Venusiae custodiam demandarat, ea re 6) delatis in fraudem.

Demophantes quidam erat Venusiae ciuis. Is clam foederatos monuit, ope sua posse vrbis portam vnam de nocte occupari. Videbatur ea res ante alias vsui futura. Quippe Adrastus omnem belli apparatum commeatusque deportauerat in arcem, Venusiae adiacentem, vrbe expugnata 7) hostilem impetum non toleraturam. Iamque Philoctetes et Nestor tantam opportunitatem censentes haud esse negligendam, auctoritate sua, et mira occasione perficiendi consilii copiarum praefectos in sententiam suam adduxerant. Contra Telemachus reuersus ab inferis, quantam potuit, operam dabat, vt alia persuaderet vniuersis. Itaque:

Non ignoro, inquit, socii principes, 8) si quem mortalium ad hoc tempus aequum fuit circumuenire, Adrastum vnum esse, 9) cui adeo solemne est fraudum suarum praestigias vniuerso hominum generi offundere. Satis praeterea compertum habeo, occupata per insidias Venusia, vos vrbem non nisi vestram recuperaturos; vestram, inquam, quia iure legitimo ab Apuliis possessa pars gentis est, vobis 10) vinculo societatis adiunctae. Et si placet, fateor insuper, ex iure vos acturos propterea etiam quod Adra-

schlagen. 4) muneribus corrumpere, bestechen. 5) rerum potiri in vrbe, die Oberherrschaft haben in der Stadt, Meister seyn. 6) deferri in fraudem, betrogen werden. 7) hostilem impetum non tolerare, nicht im Stand seyn, der feindlichen Gewalt Widerstand zu thun. 8) si quem - - circumuenire, wann jemand jemalen verdienet hat, hintergangen zu werden. 9) cui adeo - - offundere, der so sehr gewohnt ist, die ganze Welt zu betrügen: ein Erzbetrüger. 10) gens vinculo societatis nobis adiuncta, ein

Adrastus, 11) emta Lucaniorum, qui in praesidiis sunt, fide, habet, quoties sibi videbitur, 12) vrbis adeundae liberam copiam. Paucis: iuxta vobiscum intelligo, capta Venusia, postridie in potestate vestra 13) illud hostilis apparatus receptaculum, finemque belli tam horribilis futurum. At nonne praestat mori, quam hac ratione vincere? Numquid fraus propulsanda fraude? 14) Permittetis scilicet ore posteritatis iactari, tot ad vlciscendas Adrasti fraudes et fallacias coniunctos reges et ipsos fefellisse. Adrastus culpa vacat, et recte scelerum suorum prosequitur vindices, si, quod ille perpetrauit, nobis patrare culpae non ducimus. Ergone tot coloniis Graecorum obsita, 15) tot ex illato Troiae incendio illustratis heroibus frequens Hesperia videt vna haec arma sibi suppetere aduersus scelestam perfidiam? 16) Sacramenti religione tenemini non depellere Venusia Lucaniorum praesidium.

CAPVT II.

At enim 1) deprauatum Adrasti pecuniis est. Neque ego id dubito. 2) Accipit tamen stipendia a solis Lucaniis: eorum 3) imperium nondum detrectauit: specie saltem vtriusque partis amicitiam coluit.

Volk, das mit uns im Bunde steht. 11) emere eorum, qui in praesidiis sunt, fidem, die Garnison bestechen. 12) vrbis adeundae liberam copiam habere, freye Macht, Gelegenheit haben in die Stadt zu kommen. 13) illud - - receptaculum, das Schloß, worinn alle Kriegs-Rüstung aufgehaben. 14) permittetis - - iactari, wollet ihr zugeben, daß die Nachkommenschaft von euch sagen könne. 15) tot - - frequens, welches so viele Helden hat, die sich durch Zerstörung Troja berühmt gemacht. 16) sacramenti religione teneri, durch einen Eyd verbunden seyn, einen Eyd auf sich haben.

(Cap. II.) 1) pecuniis deprauatum esse, durch Geld bestochen seyn. at enim &c. aber sagt ihr rc. 2) accipere stipendia ab aliquo, in eines Sold stehen. 3) imperium

coluit. Nondum aliquis praefectorum eius intrauit Venusiam. Viget adhuc pactum; versatur adhuc in deorum memoria a vobis data fides. Aut tunc solum seruanda fides, cum 4) praetexi non potest illi violandae speciosum nomen? iurataque verba tum demum religiosa incipiunt esse, cum 5) quaestui non videtur ab iis descíscere? Quod si vos nec amor virtutis, nec reuerentia deorum iam mouet, at certe moueat honestas nominis, moueat vestra ipsorum vtilitas. Quaero enim a vobis, si mortales reliqui tam perniciosо exemplo intelligent, 6) ad relinquendam fidem vos desiderio finiendi belli posse induci: quae hac tam iniqua agendi ratione bella non excitabitis? 7) Quotusquisque de finitimis pessima quaeque a vobis etiam inuitus non metuet? Quis vel in maximis periculis ad vestram opem confugiet? Iam si forte simpliciter agere vobis in animo est, idque magni vestra refert ab affinibus credi, quod dabitis pignus? Agetis pacto? At 8) hunc rem publicam transigendi modum profanastis. Iusiurandum interponetis? Ignorabitur tunc scilicet, 9) spem commodi deorum fauore potiorem a vobis duci. Pax ergo, quam inibitis, (quod ad vos) non plus securitatis habebit, quam bellum. Quidquid deinceps geretur a vobis, aut tecta aut aperta inimicitia reputabitur. Aeterni hostes eritis illorum, 10) quos regioni-

alicuius non detrectare, sich nicht weigern einem zu gehorchen. 4) praetexi - - nomen, man hat keinen scheinbaren Vorwand wider die Treue zu handlen. 5) quaestui non videtur, man sieht keinen Vortheil. 6) ad relinquendam fidem posse induci, zur untreue sich verleiten lassen. 7) quotusquisque de - - metuet, es wird keiner von den angränzenden seyn, der nicht nothwendiger Weise sich das schlimmste zu euch versehe. 8) hunc - - profanastis, habt ihr doch diese Art offentliche Tractaten zu schliessen, schon mißhandelt. 9) spem - - duci, daß ihr die Hoffnung einen Vortheil zu erhalten, allemal der Gunst der Götter vorziehet. 10) quos - - adiunxerit, welche das

gionibus vestris iniquitas sortis propiores adiunxerit. 11) Superabunt vires vestras, quaecunque erunt honeste, simpliciter et agenda cum fide. Nec vlla vocis relinquetur ratio, 12) fidem promissorum vestrorum cuipiam hominum faciendi.

Est autem aliud praeterea commodum, illudque ante ea, quae nunc commemorata sunt, longe grauissimum, animisque vestris, nisi iam omnem sensum integritatis et propriae rationem salutis exuerint, id, quod volo, persuasurum. Huiusmodi fraudulenta voluntas, inquam, 13) domesticam calamitatem et exitium vestrae societati allatum ibit. 14) Profanata fides inferet palmam in Adrasti manus.

CAPVT III.

Haec vltima vniuersam concionem mouerunt. Quaerebant autem, cur non dubitaret asserere, voluntatem, quae sociis afferret certam victoriam, societati eorum allaturam exitium? Ad quae Telemachus: Ecquis vestrum alterius committet se fidei, vinculum societatis vnicum, fidem, si vel negligetis semel? 1) Constituite hanc disciplinam, fas esse a praeceptis integritatis et fidei abire, vbi vtilitas abeundi vlla extiterit. Peto a vobis: Quis vestrum alteri confidere poterit, quando ex eo, quod non praestat, sed labefactat fidem, 2) magnum fructum contigerit consequi? Quid fiet tum demum

unglück haben werden / eure Nachbar zu seyn. 11) superare vires alicuius, einem unmöglich scheinen. 12) fidem suorum promissorum alicui facere, einen seiner Verheissungen versichern; machen / daß man eines Versprechen glaubet. 13) domesticam - - ibit, wird eure eigene Alliance ruiniren. 14) profanata - - manus, euer Meineyd wird dem Adrastus den Sieg in die Hände spielen.

(Cap. III.) 1) constituite hanc disciplinam, setzet diese Maxime zum Grund. 2) quando contigerit magnum fructum consequi, wann man so glücklich ist / einen grosen Nutzen zu

mum vobis? 3) Quotusquisque nolet vestrum socii sui fallaciam praeuertere dolis? Quid fiet magno vinculo tot populorum, si decernant iunctis consiliis, nefas non esse socios 4) occupare ex insidiis; 5) iuratis praestare contraria? Quae tum inter vos de vobis ipsis opiniones dubiae, quae discordiae, quae flammae, 6) studiaque mutui mali ac ipsius denique interitus? Quid Adrasto opus armis? Vos ipsi odiis vestris obteremini. Vos ego; quorum tanta in gerendis rebus sapientia et magnanimitas, in regendis innumerabilibus populis tam diuturna exercitatio, vos ego obtestor: Nolite, quaeso, vobis reputare indignum audire meum, etsi adolescentis, iudicium. Si in 7) turbulenta illa mala, quibus subinde populos necesse est inuolui bello, incideritis: potestis vigili cura, potestis virtute animi 8) (semper enim clade superior fortitudo est) ab illis expediri. At 9) si fidei honestatem propugnaculis spoliauit perfidia: 10) malum ineluctabile, aeternum est. Nec illa amicitiae coniunctio, 11) sine qua successus labant maiorum negotiorum, tum instaurari, nec illa 12) summa ratio virtutis a vobis potest resuscitari in animis hominum, quos eam aliquando docui-

erreichen. 3) quotusquisque - - dolis, wo wird jemand unter euch seyn/ der nicht suche dem Betrug seines Alliirten mit List vorzukommen. 4) occupare ex insidiis, hinterlistiger Weise überfallen. 5) iuratis praestare contraria, seinem Eydschwur entgegen handlen. 6) studia mutui mali, Bemühungen/ einer dem andern zu schaden. 7) turbulentis malis populos necesse est inuolui in bello, es kan nicht fehlen/ im Krieg müssen die Völker in verwirrte und betrübte umstände verwickelt werden. 8) semper - - est, ein tapferer Muth besiegt alles unglück. 9) si fidei - - perfidia, wann ihr einmal durch Meineyd eure Treue freventlich gebrochen habt. 10) malum ineluctabile, ein Schaden/ der nimmer kan ersetzet werden. 11) sine amicitia successus labant maiorum negotiorum, ohne freundschaftliche Verbindung haben wichtige Geschäfte keinen glücklichen Fortgang. 12) summa ratio virtutis, der Grundsatz der Tugend.

docuiſtis contemnere. Quid timetis? Sine fraude vincere vos poſſe dubitatis? Virtus ergo veſtra roburque tot gentium non ſufficit? Agite! pugnemus! Moriamur, ſi ita fata voluerint, prius, quam vincamus cum dedecore! 13) Illud impietatis portentum Adraſtus in manu noſtra eſt, ſi indignitatem, ſi perfidiam eius pigebit imitari.

CAPVT IV.

Telemachus vbi finem ſermoni impoſuit, ſentiebat 1) ad perſuadendum iucunda, intimisque animis auditorum recepta ſe dixiſſe. Erat ab omni concione ſilentium. Nemo quisquam aut Telemachum, aut quam ſuauiter, ſed quam dixiſſet vera, meditabatur, ex iis perſpicienda, quae 2) e momentis rationum ſuarum deduxerat. Admiratio communis omnium et luculenta. Tandem occulti fremitus auditi, qui per totam concionem ſenſim manabant, 3) haeſitantem tamen adhuc inter mutuos aſpectus, nullo laxare ſilentium auſo. Expectabantur e ducibus, qui, quid placuiſſet, edicerent, moleſtumque erat ſingulis 4) trahere ſuſpenſum iudicium. Tandem Neſtor, 5) qua pollebat grauitate dicendi:

Dii te, inquit, magnum ex Vlyſſe genus, aptauere ad hunc ſermonem; et quae animum genitoris tui Minerua conſueuit 6) ſalutaribus cogitationibus imbuere, tibi ſuggeſſit, quod modo indicaſti, prudens et magnanimum conſilium. Non iuuentutem tuam

13) illud impietatis monſtrum, der Erzböſewicht.

(Cap. IV.) 1) ad perſuadendum - - dixiſſe, daß ſeine Rede denen Zuhörenden angenehm geweſen / und tief bey ihnen eingedrungen habe. 2) e momentis rationum deducere, aus wichtigen Gründen herleiten. 3) haeſitare inter mutuos aſpectus, ſich unter einander anſehen. 4) trahere ſuſpenſum iudicium, ſein Urtheil zuruck halten. 5) qua - - dicendi, nach ſeinem gewohnten Nachdruck im Reden. 6) ſalutari-

tuam respicio; sed dominantis in vnoquoque verbo tuo Mineruae numen revereor. Virtutem suscepisti defendendam, 7) sine qua maximi fructus detrimentum, vindicta hostium, diffidentia sociorum, bonorum odia, ipsaque deorum indignatio in foribus. Retineat ergo et deinceps Venusia Lucaniorum praesidium; nos vero id vnice demus operam, vt virtus nostra 8) palmam Adrasto extorqueat.

His prudentissime dictis tota assensa est concio: simul cum admiratione Vlyssis filium quisque aspexit, existimans, se in hoc iuuene Mineruae sapientiam, quam ipsa eidem instillauerat, intueri.

9) Agitari paulo post et aliud coepit in regum consilio, vnde tantumdem laudis Telemacho obtigit. Adrastus, vt semper voluebat crudelitatis et perfidiae consilia, Acanthum quemdam, transfugam in castra miserat, vt praecipuos in exercitu veneno exstingueret, atque inter eos Telemachum maxime, Dauniorum genti iamiam terribilem. Et vero Ithacus pro magnitudine animi sui longe simplicioris, quam vt suspicaretur nefanda, proditorem 10) accipiebat facillima humanitate, audiebatque ex eo, quoniam Vlyssem in Sicilia viderat, quae accidissent genitori. Porro praeter necessarium victum 11) operosa solatia praebuit deflenti fraudes et iniurias, quibus ab Adrasto fuisset oneratus. Atqui hoc erat viperam fouere sinu, morsu illaturam necem bene de se merito. Ceterum interceptus forte transfuga alius, (Arionem vocabant) missus ab Acantho nunciatum Adrasto de foederatorum exercitu, et quod po-

 stridie

bus cogitationibus animum alicuius imbuere, einem heilsame Gedanken eingeben. 7) maximi fructus detrimentum sine hoc, ohne dieses ist der gröste Vortheil nur Schaden. 8) palmam alicui extorquere, einen besiegen. 9) agitari aliud coepit, es erhub sich eine andere Frage: es kam etwas anders vor zu berathschlagen. 10) accipere aliquem facillima humanitate, einen sehr gütig und freundlich empfangen. 11) operosa ei solatia praebuit, er hat sich viel Mühe ge-

ſtridie nobiliſſimos regum vna cum Telemacho in conuiuio, 12) ſua cauſſa eodem iubente exornando, 13) epulis mixtum virus eſſet ſublaturum. Ergo ſceleſtum conſilium Arion confeſſus in vinculis, ſuſpicioni aperuit locum, 14) clandeſtino cum Acantho ob amicitiae coniunctionem ſe colludere. At Acanthus quam ſimulandi peritus, tam intrepidus animi, ea aſtutia a ſe amoliebatur ſcelus, vt nec ipſe potuerit ſceleris conuinci, nec 15) nefarie cogitata penitus cognoſci.

CAPVT V.

Erant nihilominus inter reges, qui cenſebant, re quamquam dubia Acanthi ſalutem communi ipſorum poſtponendam: dignum eſſe, qui iuguletur. Vitam vnius hominis habendam nauci, qua deſineret vita periclitari tot regum. Nihil denique referre vel innocentem perimi, ne ipſi perimantur, qui 1) vices deorum inter homines ſuſtinerent.

Hic vero Telemachus: Ecquod audio 2) hominibus indignum placitum? Ecquod 3) barbarae politicae praeceptum? Quid? humanus ſanguis regibus tam vilis eſt? Vos ergo, qui conſtituti eſtis paſtores regesque hominum, vt eos, quemadmodum paſtor ouiculas, ſeruetis diligenti cuſtodia; vos, inquam, lupos

geben/ ihn zu tröſten. 12) ſua -- exornando, welche jener ihme zu lieb würde zurüſten laſſen. 13) epulis mixtum virus eos eſt ſublaturum, ſie werden durch Gift unter den Speiſen aus dem Weg geraumet werden. 14) clandeſtino cum aliquo colludere, ein heimliches Verſtändniß mit jemand haben. 15) nefarie cogitata cognoſcere, ſein böſes Vorhaben entdecken.

(Cap. V.) 1) vices deorum inter homines ſuſtinere, die Götter repraeſentiren unter den Menſchen/ als Götter ſeyn. 2) placitum hominibus indignum, ein unmenſchlicher Satz/ Maxime. 3) barbarae politicae praeceptum, eine barbari-

lupos an paſtores video? paſtores certe, ſed ad tondendos immolandosque, non paſcendos greges. 4) Adſtringitur ex ſententia veſtra, qui vel accuſatur, ſceleris. Suſpicio ſola iam habet cauſſam capitalis ſupplicii. Obiicitur innocentia calumniatorum et inuidentium licentiae. Atqui ita 5) pro atrocium ſuſpicionum veſtrarum incremento augebitur numerus illorum, 6) quos accuſantis libido volet inferias.

Tanta auctoritate, tantaque contentione haec dicta a Telemacho, vt communem aſſecuta conſenſum 7) verecundia operirent auctores tam abiecti conſilii. Subinde paulo mitior: Ego vero, inquit, caput hoc vsque adeo magni non facio, vt tanto redimendum exiſtimem. Acanthum, quam me, impium eſſe maluerim. 8) Leuiori meo dolore vitam mihi eripuerit illius proditio, quam illi 9) dubio adhuc facinore mea per nefas opera. At heus vos! vos, aio, qui reges ſeu iudices populis dati ignorare non debetis, quomodo ſancte, prudenter, moderateque iudicandi homines, date mihi hanc veniam, vt de Acantho vobis audientibus quaeſtionem inſtituam.

Protinusque hominem de 10) vſu, qui ipſi cum Arione interceſſiſſet, interrogat. 11) Premebat reum perſequendo minutiſſima, quae ad rem videbantur pertinere. Semel atque iterum ſimulabat, eum

 ceu

ſche Politique, Staats-Lehre. 4) adſtringitur - - ſceleris, der iſt eurer Meynung nach ſchon eines Verbrechens ſchuldig/ der deſſen angeklagt wird. 5) pro - - incremento, je nachdem euer Argwohn gröſer/ oder mehr werden wird. 6) quos - - inferias, welche ein jeder nach ſeinem Belieben anklagen wird/ daß er ein Opfer des Todes werde. 7) verecundia operire aliquem, einen ſchamroth machen. 8) leuiori - - proditio, es wird mich weniger ſchmerzen/ wann ich durch ſeine Verrätherey mein Leben verlieren ſollte. 9) dubio adhuc facinore, da ſein Verbrechen noch nicht offenbar. 10) vſus mihi cum illo intercedit, ich ſtehe in einer Gemeinſchaft/ Bekanntſchaft mit ihme. 11) premere aliquem perſequendo minutiſſima, einem mit Vorhaltung der gering-

ceu transfugam et desertorum poena dignum remissum iri ad Adrastum. Hoc agebat eo consilio, vt experiretur, vtrum id genus minae mouerent scelestum. Itaque, perseuerante proditoris eodem ore et voce, iuuenis statuit, Acanthum 12) conscium esse sceleſtae voluntati.

CAPVT VI.

Tandem 1) rei veritatem cum ex abstrusiore animo eius nequicquam prolectasset: cedo mihi, inquit, quem geris, annulum, Adrasto mittam. Ad haec inopina expallescere Acanthus, perturbari. Quo viso Telemachus (neque enim a vultu scelesti mouebat oculos) detractum digito annulum accipit, et: actutum, inquit, hunc ad Adrastum Lucanius quidam, Politropus, inquam, quem nosti, feret, quasi a te clam ad ipsum sit missus. Qua re si cum Adrasto cognosceris consensisse, 2) per cruciatus vltimos enecaberis. Si vero 3) hoc vestigio confitebere scelus, dabimus veniam, nisi quod in insulam (quae poena nobis satisfaciet) hinc deportaberis, vbi 4) nullius copia rei, quae tibi sit opus, deficiet. Tum vero Acanthus pleno ore scelus confessus est. Effecitque Telemachus, vt quam reo promiserat, 5) vitae gratiam reges concederent. Missus est in Echinadas insulas, vbi 6) innoxius a turbis vixit.

7) Fer-

sten umstände hart zusetzen/ ins Gedräng bringen. 12) conscium esse scelestae voluntati, eines boshaften Vorhabens schuldig seyn.
(Cap. VI:) 1) rei - - prolectasset, als er die Wahrheit aus dem heimtückischen Menschen nicht heraus bringen konnte. 2) per cruciatus vltimos enecari, äusserst gemartert werden/ die äusserste Pein auszustehen haben. 3) hoc vestigio, auf der Stelle: jezt sogleich. 4) nullius - - deficiet, es solle dir an nöthigen Dingen nichts abgehen. 5) vitae gratiam alicui concedere, einem das Leben schenken. 6)

7) Feruebat adhuc istius sceleris memoria, cum Dioscorus, Daunius natione, humili quidem loco, sed 8) ad audenda quaeque natus in foederata castra obscura nocte peruenit, 9) praeferens apud reges paratum animum, Adrastum in tabernaculo suo opprimendi. Et 10) erat rei, quam pollicebatur, agendae copia. 11) Habet enim in potestate sua alienam vitam, qui contemnit suam. Dioscorus, ob raptam ab Adrasto coniugem eximiae pulcritudinis 12) totus immersus vlciscendi desiderio, constituit pro recuperanda illa aut Adrastum, aut se ipsum perdere. Quare clandestinam societatem iniit, potuitque ex ea non regis modo tabernaculum ingredi de nocte, sed et opera multorum praefectorum confidere. 13) Censuit tamen opus praeterea, vno eodemque tempore a foederatis castra regis occupari, vt hac trepidatione ipse cum coniuge sua facilius posset elabi. Quod si efficere per vires suas non liceret, caeso saltem rege non recusabat mori.

CAPVT VII.

Hac voluntate Dioscori cognita, praesentes reges conuertuntur ad Telemachum, velut 1) petituri ab eo sententiam. Et ille: dii, inquit, quorum beneficio euasimus proditorum manus, nolunt vtilem nobis esse operam proditorum. Sua

 quem-

innoxius a turbis viuit, er lebet ruhig, in der Stille. 7) feruet adhuc istius rei memoria, das Angedenken von dieser Sache ist noch frisch. 8) ad audenda quaeque natus, ein erzverwegener Mensch. 9) praeferre paratum animum, aliquid faciendi, sich angeben, als sey man bereit; sich anerbieten, etwas zu thun. 10) erat rei agendae copia, er hatte Gelegenheit es zu thun, konnte es thun. 11) habet -- suam, der ist gleich Meister über eines andern Leben, der sein eigenes nicht achtet. 12) totus immersus est vlciscendi desiderio, er sucht nichts anders, als sich zu rächen. 13) opus censere, vor nöthig erachten.
(Cap. VII.) 1) petituri ab eo sententiam, um sich zu er-

quemque salus, etiamsi virtute nostra proditionem non oderimus, aspernari id genus sceleris iubet. 2) Dato proditioni calculo, digni erimus, 3) in quos suum ipsa conuertat spiculum. Quis enim tum nostrum eo ex tempore erit sine metu? Fieri sane potest, 4) vt destinatum a nobis sibi ictum in capita nostra Adrastus declinet. Itaque deinceps 5) in ipso bello deerit bellum. 6) Inter nuces putidas collocare se debebit virtus et sapientia. Belligerabit vna perfidia, proditio, parricidium. Nos ipsos, quae inde consequentur, mala, et non immerito prement, 7) vtpote quibus facinorum facinorosissimum assensu videbatur suo roborandum. Ego itaque sic existimo, recte ad Adrastum proditorem remitti, non quia id rex ille de nobis sit meritus, sed quia vniuersa Hesperia Graeciaque, in quarum oculis omnia gerimus, merentur eo, quod suasi, exemplo edoceri: vnde praeclare de nobis sentient. Pietas scilicet, quam nobis, eamque maiorem debemus superis, iubet esse a perfidia alienos.

Reducitur ergo Dioscorus. Cohorruit Adrastus viso discrimine, in quo fuisset; simul hostium suorum nobilissimam voluntatem 8) obstupuit. 9) Monstrum enim improbitati est virtus sine fuco. Mirabatur

kundigen/ was seine Meynung wäre/ was er von der Sach hielte. 2) dare proditioni calculum, die Verrätherey billigen/gut heissen. 3) in quos - - spiculum, daß sie sich auch gegen uns/ uns zu schaden/ wende. 4) vt destinatum - - declinet, daß er den ihm von uns zugedachten Streich uns beybringe. 5) in ipso - - bellum, der Krieg selbst wird kein Krieg mehr seyn. 6) inter - - sapientia. Tapferkeit und Weisheit wird so viel helfen als eine l[illegible] Nuß. 7) vtpore quibus - - roborandum, als die wir das allergreulichste Laster so durch unsern Beyfall rechtfertigten. 8) obstupere, obstupescere aliquid, über etwas erstaunen/ sich bis zum Erstaunen verwundern. 9) monstrum - - fuco, Bosheit kan wahre ungeheuchelte Tugend nicht begreiffen/ ihr kommt sie als was ungeheures vor.

batur etsi inuitus, quod tanta videbat laude factum; ceterum laudare non sustinuit. 10) Faciebat tam ingenuum facinus, vt cum rubore recognosceret, quidquid ante hoc tempus cum fraude, et crudeliter gesserat. Vtque conabatur illustrem hanc laudem foederatorum principum 11) atterere: ita cum meminerat iisdem vitam suam se debere, erubuit videri ingratus. 12) At cito occallent ad honesti stimulos deprauati animi.

Igitur Adrastus, 13) latius et cum quotidiano incremento ex castris hostium manante fama recte factorum, rem illustrem contra illos moliri, magis quam aliud, necessarium duxit. Vt autem 14) nihil gerere didicerat ex disciplina virtutis: ita armorum saltem auxilio fructum non spernendum comparare decreuit. Festinabat ergo praelium.

CAPVT VIII.

Aderat certamini decreta dies, cum Telemachus 1) sub ipsa aurorae initia expeditus somno, curamque et industriam praeueniens veterrimorum in exercitu, duces copiarum ad consueta munia exciuit. Iamque 2) galeae iubar, fluentibus cristis commode distractum dissipatumque, obibat herois caput. Iamque 3) lorica ab humeris fulgore diffuso multauerat temere incurrentes aspe-

 ctus,

10) faciebat - - facinus, die so redliche/ aufrichtige That machte. 11) atterere laudem, ein Lob verkleinern/ zernichten. 12) at cito - - animi, boshafte Gemüther erhalten bald gegen alle Rührungen zur Ehrbarkeit. 13) latius - - crescit fama, der Ruhm nimmt täglich mehr zu/ breitet sich täglich weiter aus. 14) nihil - - virtutis, er wußte nichts tugendsames auszuführen.
(Cap. VIII.) 1) sub ipsa - - somno, er ist gleich bey anbrechendem Tag aufgewacht/ munter worden. 2) galeae - - caput, der Glanz des Helms breitete sich rings um sein Haupt auf seinen fliegenden Haaren aus. 3) lorica - - aspectus, das Schimmern von dem Panzer auf seinen

ctus, et 4) Vulcaniae artis prodigio, scuto, praeter suum decus, lumen ex Aegide, quae in eo latebat, accesserat. Altera manu librabat hastam; altera ostendebat occupandos locos. Minerua 5) diuinos ignes afflauerat oculis, 6) ori alacrem dominantis habitum et praesagum victoriae. Procedit. Reges, non aetatis, non amplitudinis suae iam memores, sequebantur; decedentes nimirum altiori virtuti, qua se quisque sentiebat trahi. 7) Hebescebant tum inuidiae et aemulationis aculei. Dominabatur in omnes, quem non sentientem Minerua ducebat manu. Nulla in eo aut 8) agendi importunitas, aut inconsulta festinatio. Lenis erat, tranquillus vultu et animo, patiensque consilii, et 9) prudens vtiliter sequendi eius, promtus iuxta ac prouidus, attentusque ad necessitates etiam multo post futuras; reddens denique singula temporibus suis. 10) Ad omnia abunde praesentis animi ipse turbabat neminem: excusabat errores: emendabat, quae acta perperam: eaque praeueniens, 11) quae vexationi poterant esse, nec exigens quidquam vltra vires, excitabat in omnium animis ingenuam in se fiduciam. 12) Negotia dabat simplicissimis verbis, nec dubie significantibus imperata. Vtque rectius instrueret facturos, numquam omittebat ea repetere.

Schultern verblendete die Augen aller die ihn ansahen. 4) Vulcaniae artis prodigium, das Kunststück von dem Vulcanus. 5) diuinos ignes afflare oculis, die Augen mit einem göttlichen Feuer erfüllen. 6) ori - - victoriae, erfüllte sein Angesicht mit einem muntern und majestätischen Aussehen, woraus sich jedermann den Sieg voraus versprechen konnte. 7) hebescebant - - aculei, sie fühlten da nichts mehr von Neid und Eifersucht. 8) agendi importunitas, eine Heftigkeit in seinem Thun, Verrichtungen. 9) prudens vtiliter sequendi consilii, er wußte sich guten Rath wol zu Nutzen zu machen. 10) ad omnia - - animi, er war bey allen Vorfallenheiten bey gesetztem Gemüth. 11) quae - - poterant, was einige Beschwerlichkeit verursachen konnte. 12) negotia - - imperata, er gab seine Ordre deutlich, daß

re. 13) Indicium capiebat ex oculis, num rite percepissent agenda. Familiari deinde sermone eos iubebat enunciare, quo sensu verba imperantis, caputque rei imperatae accepissent. Hac ratione 14) vbi satis explorauit facultatem peracturi opus, eidemque 15) rationem illius persuasit: vt maiores adderet animos, non a se dimisit eum prius, quam quoquo modo ille intelligeret, multum aestimationis et spei in opera sua a duce poni. Ita factum, vt quicunque ab eo mittebatur, mira arderet cupiditate, gratiam imperantis recte imperata praestando ineundi. Ceterum dimittebantur, liberi metu, 16) culpae ipsis fore sinistros euentus: omnia quippe excusabat, quidquid aut voluntate aut prauo animo non erat male gestum.

CAPVT IX.

1) Quae oculis nostris caeli plaga videtur terrarum orbi coniungi, igneum ruborem ex primo solis fulgore susceperat, eoque accensum pelagus longe lateque colluxerat. Quanta continens excurrebat ad mare, viris, armis, equis, curribusque 2) mouebatur offusa. Miscebat aures incertus fremitus, qualem procella commotae abyssi aquarum edunt. Itaque armorum inhorrescente strepitu, bellique appropinquantis formidoloso apparatu 3) Mars efferatam rabiem dispensare animis. Cuspides

man seinen Befehl wol verstehen konnte. 13) indicium capere ex oculis, an den Augen abmerken. 14) vbi - - opus, wann er den / welchem er etwas auszurichten befohlen hatte / genug geprüft. 15) rationem alicuius operis alicui persuadere, einem die Raison von einem Geschäft deutlich und überzeugend beybringen. 16) culpae - - euentus, daß ihnen der unglückliche Erfolg würde zur Last geleget werden.

(Cap. IX.) 1) quae oculis - - susceperat, unser Horizont war ganz feuerroth von dem Glanz der aufgehenden Sonne. 2) mouebatur offusa, war bedeckt / und in voller Bewegung. 3) Mars - - animis, der Mars erfüllete die Gemüther mit

des hastarum surgentium speciem toto campo reddebant stipatae segetis et iam maturae ad falcem. 4) Conabantur elati pulueres nubem, terrarum, caelique prospiciendi copiam magis ac magis attenuantem. Consternatio, terror, caedes, barbara mors paullatim afflabat ordines vtriusque exercitus.

Vbi prima tela emissa in hostem, Telemachus 5) habitu pie supplicis: Vides, inquit, deorum hominumque pater, omnipotens Iupiter, esse in partibus nostris iustam caussam, pacis insuper quaesitae industriam. Pugnamus inuiti. Liceat vtinam parcere humano sanguini! Sed neque hostem odimus, quantumuis crudelem, insidiosum, foedifragum. Vtriusque caussam perpende, iudica. Iubes mori? In manu tua vitae nostrae, mortisque arbitrium. Iubes Hesperiam liberam, tyrannidem fractam et iugulatam esse? Tua vnius virtute, et eius, quam tute genuisti, sapientia illam liberabimus; hanc frangemus. Decus victoriae vni debebimus tibi, quippe fortes discriminum libranti ex aequo. Caussam tuam hisce armis defendimus. Adrastus, quoniam tu iustus et aequus es, non tam noster, quam hostis tuus est. Ante occasum istius lucis caussa tua si vincet, Hecatomben arae tuae accipient.

His dictis ad pugnam eruditos, et ex ardore ineundi cursus spumantes equos, qua densissimi stabant hostium, incitauit. Protinusque in Locrensem quemdam incidit. Periander erat, leonis pelle terribilis, interfecti sua ipsius manu, cum peragraret Ciliciam. Clauam gestabat, illi Herculis nihil magnitudine, nihil nocendi terrore inferiorem. Habitus corporis procerus et robustus, qualem fere in caeli oppugnatoribus formidarunt dii. Is vt primum Telemachum aspexit, contemtu mollioris elegantiorisque

rasender Wuth. 4) conabantur - - attenuantem, man sahe vor aufsteigendem Staub nichts von der Erde noch von dem Himmel. 5) habitu pie supplicis, in fussfälliger Gestalt.

risque aetatis eius: 6) Et recte tu quidem iuuencule, inquit, dubiam nobis palmam reddis discriminis. I, tenelle, genitoris sinu te 7) inter vmbras conde. Inter haec probra 8) clauam crebris nodis asperatam sustulerat, 9) non pondere tantum, sed radiis etiam ferreis aucturam cladem. Arboris nauticae speciem maxime faciebat porrecta in altum. Pauebant omnes ad futurum ictum, quem tum quidem vnius minitabatur ceruicibus Telemachi. At iuuenis 10) commode librato corpore incidentem illam effugiens Periandrum ea celeritate occupat, qua maiore nec aquila per auras ruit. Delapsa claua rotam currus contriuit proximi ab eo, quo Telemachus vehebatur.

CAPVT X.

Interea Periandri guttur transfixerat spiculo. Secuta vis ingens cruoris vocem oppressit. Equi feroces aestu, vt sensere 1) ab officio fluentem rectoris manum, habenasque laxatas temere labi per colla, vltro citroque ferebantur impetu. Labebatur e curru: 2) recusabant lucem clausi oculi: 3) os totum deforme, et alienum a se, pallor morientis inuaserat. Miserabatur infelicem Telemachus, pelleque leonis et claua seruatis argumento victoriae, corpus interfecti seruis demandauit curandum.

Tam

6) et recte - - discriminis, du bist der rechte/ du junger Pursch/ der mir den Sieg wird dispútirlich machen. 7) inter vmbras, ins Reich der Todten. 8) claua - - asperata, eine sehr knotichte Keule. 9) non pondere - - cladem, die mir nicht nur in Ansehung ihrer Schwere/ sondern auch der eisernen Spitzen den Garaus machen/ den Rest geben mochte. 10) commode - - effugiens, entwich dem Streich derselben durch geschickte Wendung seines Leibes.

(Cap. X.) 1) ab officio - - manum, merkten/ daß die Hand dessen/ der sie regiert/ schlaff worden/ nachgelassen. 2) recusabant - - oculi, die Augen schlossen sich. 3) os totum - - inuaserat, das ganze Gesicht entfärbte sich/ und ward

Tam prosperis rebus 4) auctior animi, coepit ipsum Adrastum in conferta multitudine expetere, caeso, 5) dum huic voluntati insistit, ingenti hostium numero. Fuere inter eos praecipui, Hyleus, quem vehebant biiuges, in vastis 6) Aufidi vallibus adulti, 7) solis equos imitantes proxime: Demoleon, Erygi quondam inter Siculos clarissimo 8) pugna caestuum paulo inferior: hospes et amicus in Hesperiam ad interficiendum Cacum proficiscentis Herculis, Crantor: porro Menecrates, 9) Polluci dexteritate luctandi facturus inuidiam: Hippocoon quoque, Salassus, modum, quem in gubernandis equis Castor adhibuit, secutus: dehinc ingens inter eos, qui insectantur feras, nomen, Eurimedes, qui perpetuo pulcreque sordidus cruore ex vrsis aprisque, quos in niualibus Apennini iugis sternebat, adeo fertur Dianae placuisse, vt ex eadem ipsa didicerit recte sagittis vti. His Nicostratum addidit victorem gigantis, in Gargana rupe 10) infesti flammis prorumpentibus ex ore: Eleantum denique, 11) Pholoes, ex Liride fluuio adolescentulae, nuptiis initiandum.

Natus erat ad ripas illius fluminis alatus serpens, quem interemturum Pholoen oraculum praedixerat. Patre ergo pollicito, futuro liberatori suo sponsam fore, Eleantus amore virginis ad perimendum monstrum se obtulit 12) tam prospero rei successu, quam nullo

todten blaß. 4) auctior animi, nachdem er mehr Muth bekommen. 5) dum - - insistit, indem er dieses Vorhaben ins Werk zu setzen suchet. 6) Aufidus, war der vornehmste Fluß in Apulien. 7) solis - - proxime, gleich denen Sonnen-Pferden. 8) pugna - - inferior, der im Streit mit Fechtkolben nicht viel nachgab. 9) Polluci - - inuidiam, der dem Pollux an Fertigkeit im Fechten den Ruhm streitig machen würde. 10) infesti - - ore, des Riesen der aus seinem Rachen Feuer ausspeyete. 11) Pholoes - - initiandum, der die Pholoe (eine Tochter des Flusses Liris heurathen sollte. 12) tam prospero - - vsu, zwar mit

nullo victoriae vsu. Quippe dum Pholoe 13) adornandis nuptiis addicit iucundum otium, dum 14) vritur Eleanti absentia: docetur tristibus nunciis, secutum Adrasti arma crudeli fato concessisse. Ex quo illa vicinas patrio flumini silvas montesque implere gemitu: inundari fletu: euellere 15) dignum amandi illicium, comam: 16) omittere, virgineis manibus opus, texendos in serta flosculos: inclamare crudele caelum: non die, non nocte vacare vel acerbis lacrimis vel dolore; adeo, vt accedente supplici genitoris voce tanto eam maerori eximere dii decreuerint. Ob fletum, magna copia effusum, 17) derepente mutata in fontem est, qui alueum fluminis subiens, liquorem suum aquis miscet inter deos constituti genitoris, adhuc acerbum gustu, et delabentem per ripas, 18) nec graminibus, nec vmbris vmquam iucundas, nisi quas tristes cypressi proiiciunt.

CAPVT XI.

Interea Adrastus audiens, Telemachi 1) formidinem latius manare inter suos, summa voluntate studioque hunc sibi depoposcit aduersarium, quem non dubitabat vt aetate, ita etiam 2) dimicatione futu-

glücklichem Erfolg/ doch so/ daß er seines Siegs nicht froh wurde. 13) adornandis - - otium, sich mit vielem Vergnügen zu dem Beylager rüstet. 14) vri alicuius absentia, einen Abwesenden schmerzlich erwarten. 15) dignum amandi illicium, etwas charmantes. 16) omittere - - flosculos, sie legte ihr sonst gewohntes Geschäft/ nämlich die Blumen-Kränze beyseit. 17) derepente - - genitoris, wurde sie plötzlich in eine Brunnen-Quelle verwandelt/ und diese zu einem Fluß/ der sich mit dem Wasser ihres unter die Götter aufgenommenen Vaters vereinigte. 18) nec graminibus - - proiiciunt, Ufer/ wo weder Gras wächset/ noch die sonst einigen Schatten geben/ als von traurigen Cypressen-Bäumen.

(Cap. XI.) 1) formido eius latius manat, die Furcht vor ihm breitet sich immer weiter aus/ wird immer grösser. 2) dimicatione alicui esse inferiorem, im Streit von einem

futurum inferiorem. Erant circa regem triginta Daunii robore, dexteritate audaciaque infignes inter ceteros. His fpes facta opimi praemii, fi Telemachum, 3) vtcunque fors ferret, in pugna occiderent. Et hercle 4) fi initio difcriminis rex incidiffet in aemulum, 5) et delecta illa manus fe circumfudiffet Telemachi vehiculo, ipfo a fronte hoftem adorto: dubium haud eft, nulla fere opera quin eum confeciffet. At Minerua iisdem 6) errorem obiecit.

7) Qua tumulo cuidam fe adiungit equitabilis planities, mifcebatur frequens certamen, credebatque Adraftus, fe ibidem loci et videre, et audire Telemachum. Properat: volat: ratum eft, eius potare fanguinem. At pro Telemacho Neftorem vidit, vacillante ob decrepitam aetatem manu tela quaedam temere et innoxia emittentem in hoftes. Adraftus ergo concepto impetu Neftorem ibat perfoffum, cum ad tuendum eum turma Pyliorum fe obiicit.

Tum vero 8) vis incredibilis telorum emiffa, offenfa luce caliginem, quae fere exiftit a nubibus, offudit vniuerfo pugnantium agmini. Lugubris morientium clamor, armorumque corruentium inter dimicandum ftrepitus aurium vfum turbauerat. Cumulabat horribilis ftrages cadauera, paffimque riui fanguinis 9) praecipitabant folo. Mars et Bellona, inter furias cruento debacchantes habitu, 10) iucunde

überwunden werden. 3) vtcumque fors ferret, wie fie immer könnten. 4) fi initio - - aemulum, wann der König gleich in dem Anfang des Streits diefen feinen Gegenpart rencontrirt hätte / auf ihn geftofen wäre. 5) et delecta - - adorto, und wann jene auserlefene Mannfchaft den Wagen des Telemachs umringet hätte / da unterdeffen er / der König / den Feind von vornen angegriffen. 6) errorem alicui obiicere, machen / daß fich einer verirre. 7) qua - - certamen, auf einer an einen Hügel anftoßenden Ebene erhub fich ein ftarker Streit. 8) vis - - agmini, eine unglaubliche Menge von Pfeilen bedeckte die ganze Armee gleich als mit einer finftern Wolke. 9) praecipitabant folo, fchoffen auf den Boden daher. 10) iucunde - - fpectaculo,

de inhaerebant immani ſpectaculo, aſſidue inſtaurantes rabiem, ſub pugnandi exordium infuſam animis, atque ab iis (vt infeſta haec ſunt mortalibus numina) magnanimam miſericordiam, moderatam fortitudinem, pacatamque humanitatem procul auferentes.

Philoctetes ipſe, lentius adhuc progreſſus cum ſuis, ſagittasque Herculis ferens manu, tum properabat in Neſtoris auxilium. Contra Adraſtus cum telis ſuis ferire diuinum hunc ſenem non poſſet, inde auerſus, iisdem ingentem cladem Pyliis intulit. Iamque Eteſilam percuſſerat tam praepetem agilemque curſu, 11) vt vix ſabulum offenderet veſtigio, Eurotamque et Alphæum, (patriae ſuae flumina erant) ſumma vi agentes vndas, celeritate praeuerteret. Ad pedes eius corruerat quoque praeter venatu praeſtantem Hippolytum Hyla venuſtior Entiphron; tum Pterelas, qui transmarinam expeditionem ingreſſus cum Neſtore ob audaciam animi, roburque corporis gratia ipſius Achillis floruit. Horum denique ſtragem auxit Ariſtogiton, quem in Acheloo flumine abluentem corpus affirmabant 12) inde occultam vim in diuerſas formas abeundi traxiſſe. Et ſane mouebat is corpus dexteritate tam agili, vt elaberetur robuſtiſſimis manibus. At Adraſtus traiectum haſta fixit, vitamque inter vim ſanguinis exturbauit.

CAPVT XII.

Itaque Neſtor vt nobiliſſimos ſui exercitus vidit ſub terribili Adraſti manu non ſecus atque falcibus decuſſas ſtipulas procumbere, haud ſatis memor,

ſahen dem grauſamen Spectackel mit Luſt zu. 11) vt vix - - veſtigio, daß er kaum den Boden berührte / oder / man da ſeine Fusſtapfen gewahr wurde. 12) inde - - traxiſſe. er habe daher eine geheime Kraft bekommen / allerhand Geſtalten an ſich zu nehmen.

mor, quanto discrimini canos suos inutili audacia obiiceret, 1) amisso tum consilio, instituit vnum duntaxat Pisistratum, qui seruandi genitoris caussa pro viribus magnaque diligentia hostibus resistebat, oculis sequi. At momentum, quod euitari fata non sinunt, aderat, quo Nestor ex Pisistrato sentiret, 2) quam solito longior aetas subinde miserabilis esse consueuerit.

Pisistratus hastam tanto nisu in Adrastum contorserat, vt, nisi opportuna declinatione corporis effugisset ictum, ab ea haud dubitarent eum periturum. At 3) dum iuuenis in vanum lapsa manu protensum faciendo vulneri corpus aegre cum hastili recuperat, emisso aduersarii iaculo per media ilia traiicitur, quae illico extrusa per vulnus ingentem vim sanguinis traxere. 4) Destituebat mox vultum, vt resectum in agro florem, quod ex colore recipit, decus. Caligo ferme illapsa oculis: vox ad languorem deflexa morientium. Collabentem Alcaeus (hic 5) a moribus eius erat) proximus continuit; 6) aegreque permiserunt reliquiae spiritus, exceptum brachiis deferri ad patrem. Hic dum vltimae pietatis signa molitur edere aliquo vocis sono, 7) sub ipsum conatum recludendi oris exspirauit.

Inter haec dum Philoctetes caedibus et terrore diffuso

(Cap. XII.) amisso tum consilio, indem ihn seine Klugheit verließ. 2) quam solito - - consueuerit, wie unglücklich und elend oft ein allzuhohes Alter zu seyn pflege. 3) dum iuuenis - - recuperat, indem der Jüngling durch einen Mißstreich / aus Begierde den Feind zu verwunden / mit dem Leib sich allzuweit für sich geneiget / und mit genauer Noth sich mit seinem Spieß wieder zuruck gelenket. 4) destituebat - - decus, das Gesicht verlor alsbald wie eine abgehauene Blume auf dem Feld / seine schöne Farbe. 5) a moribus eius erat, er war sein Gouuerneur, Hofmeister. 6) aegre - - patrem, er hat ihn mit genauer Noth noch ein wenig lebend auf seinen Armen zu dem Vater getragen. 7) sub ipsum - - oris, indem er eben den Mund aufschliessen

fuso Adrastum conatur reiicere, Nestor complexus cadauer exstincti filii, 8) emisso clamore, qualem solent in luctu, nec iam aspectum lucis ferens: Me infelicem, inquit; infelicem, et quod pater, et quod tam longaeuus sum! Heu crudele fatum! huic cur parcebas capiti, cum aut feram Calydoniam, aut Colchidem, 9) aut primo infesta petebam Pergama? Licuisset tum honeste et sine dolore mori; qui nunc ingloriam senectutem et impotentem inter dolores traho. Viuo scilicet, vt miser sim. Senuerunt mecum sensus reliqui; solus ille maeroris et tristitiae viret Pisistrate! fili! Amiseram Antilochum, germanum tuum. At tum orbitati meae tu adhuc 10) superabas solatium. Nunc vero eheu! non superas amplius. Sed neque iam aliud superat 11) obnoxio miserrimae liberorum solitudini. Despera miserabilis senex! Leuamen humanae miseriae, spes, inquam, dehinc se non praestat tibi. Antiloche! Pisistrate! filii, quos velut simul ereptos hac luce defleo infelix genitor! 12) instaurat mors vnius, quod alterius fata incusserunt, vulnus. Aspexi ambos vltimum. Istos quis ergo mihi demum claudet oculos? Meos cineres quis colliget? Obiisti, Pisistrate, et exemplo fratris fortiter. Obire fata solum me non sinunt.

CAPVT XIII.

Hos inter gemitus iaculum, quod habebat, conuertit in se. At, cohibita manu eius, etiam

Pp 1) ca-

wollte. 8) emisso -- ferens, erhub ein klägliches Geschrey/ und mochte das Tageslicht nicht mehr ansehen. 9) aut -- Pergama, oder da ich das erstemal wider das feindliche Troja zog. 10) superare, übrig seyn. 11) obnoxius miserrimae liberorum solitudini, der nun aller seiner Kinder erbärmlich beraubet ist. 12) instaurare vulnus, die Wunde wieder neu/ frisch machen.

1) cadauer nolenti ereptum est. Inde cum linqui coepisset animo, defertur in tabernaculum, paulloque receptis viribus rediturus in discrimen rursus a suis dolens auertitur.

Dum haec aguntur, Adrastus et Philoctetes alter alterum perquirebant ad pugnam. Scintillabant vtriusque oculi quasi leonis et pantherae, 2) quos in planitie Caystri fluminis ad mutuum interitum iam accendit rabies. Minae, furor, crudelitas emicabant vultu. Sequebatur certa strages, quocunque emiserant tela. 3) Tenebant vtramque aciem formidoloso aspectu. 4) Iam ambo subierant sui quisque aemuli oculos. Philoctetes manu iactabat vnam ex sagittis, quae, quia certo feriunt, habentur terribiles, et quia sanari nequit, si quod fecere vulnus. Ceterum Mars, quae erat ipsius in crudelem et intrepidum Adrastum beneuolentia, permittere haud valuit, clientis sui fata maturari tantopere; statuitque eius opera tam foedum bellum ad multiplicandas strages populorum producere. Vrgebant praeterea Adrastum irati dii, 5) fuso humano cruore a mortalibus exigere supplicium.

Simul atque regem occupaturus erat Philoctetes, 6) lancea ipse perstringitur. Amphimachus illam incusserat, vt aetate florens inter Lucanios, ita Nireum praestans oris habitu, Graecorum regum, qui pugnauere ad Troiam, longe pulcerrimum, specieque vni Achilli decedentem. At Philoctetes vt primum sibi inflictum vulnus persensit, Amphimachum telo

(Cap. XIII.) 1) cadauer, sc. filii. 2) quos ad mutuum interitum accendit rabies, welche in ihrer Wuth auf einander los geben/ einander umzubringen. 3) tenebant - - aspectu, sie machten/ daß auf beyden Seiten die Streitende voller Furcht auf sie saben. 4) iam ambo - - oculos, es hatte ein jeder nun seinen Feind vor den Augen: sie saben beyde schon einer dem andern das Weisse in den Augen. 5) fuso - - supplicium, durch Vergiessung des Menschen-Bluts die Menschen noch weiter zu strafen. 6)

telo confixit per medium pectus adacto. 7) Protinus tristis caligo incidere in eius, ex nigrore alioquin laetiores, oculos: 8) os multo, quam diffusa per primum orientem aurora, licentius purpureum in pallorem declinare: genae quam antea decenter collucere, tam nunc foedum in modum exalbescere: 9) facies mollicula, et quantum bellatorem vix deceat, venusta subito omni honestate spoliari. Commouebat ipsum Philocteten tam foede pereuntis aspectus. Totoque exercitu audiebantur gemitus videntium, hominem hac aetate prostratum cruore suo volutari, 10) comamque capitis, Apollinea meliorem, pulueribus tractam implicare.

Caeso Amphimacho Philocteten 11) sanguis cum viribus deficiens praelio coegit excedere. Vetus quoque plaga ipso ardore pugnandi videbatur, 12) rupta cicatrice, dolores suos reuocatura. Et forte super cumulata interfectorum cadauera, quibus vndique stipabatur, collapsurum Archidamas, audacissimus peritissimusque Oebaliorum, quos ad condendam Petiliam Philoctetes deduxerat, tum rapiebat ex acie, cum Adrastus superueniens nullo negotio prostraturus fuisset debilitatum ex vulnere. Iamque nihil erat, quod Daunio aut resistere auderet, aut 13) victoriam suspendere. Omnia vel protrita, vel auersa in fugam; vt cum 14) torrens superata mole

 prae-

lancea perstringi, durch eine Lanze verwundet werden. 7) protinus - - oculos, alsbald wurden seine schwarze und muntere Augen dunkel. 8) os multo - - declinare, sein Mund der röther war, als die Morgenröthe, erblassete. 9) facies - - venusta, sein, vor einen Soldaten fast nur zu zärtliches Angesicht. 10) comam - - implicare, sein Haupt-Haar, das fast schöner als des Apollo war, im Staub herumziehen. 11) sanguis - - excedere, wurde Philoctetes der sich gar zu hart verblutet, und ganz entkräftet war, genöthiget, aus dem Treffen zu weichen. 12) vulnus rupta cicatrice dolores suos reuocat, die Wunde bricht wieder auf, und wird frisch. 13) victoriam suspendere, den Sieg aufhalten, hindern. 14) torrens - - rura, wann

praeceps in rura, vesanis fluctibus segetes, stabulaque cum custodibus eorum et tectis abripuit.

CAPVT XIV.

Exaudiebat Telemachus clamorem, quem victores edebant, allapsum e longinquo. Vidensque ordines dissolutos suorum, ab Adrasto refugientium, velut dissipatum ferarum agmen, quas per agros siluarumque et montium deuia, alueosque rapidissimorum torrentium 1) pauor praecipitat; 2) in grauem solutus gemitum, 3) indignationem et iram nec vultu continuit. Ex illa aciei regione, in qua adhuc quanto cum periculo, tanta cum laude pugnauerat, 4) mouit. Promtusque ad suorum auxilium, et cruore hostium, quorum strage arenam impleuerat, natans magis quam perfusus, appropinquabat tanta eminus vociferatione emissa, vt ad vtriusque aures exercitus perueniret.

Praeter consuetudinem horribile quid voci eius Minerua addiderat, cuius terror etiam ad proximos montes pertinuit. 5) Thraciam hercle minor ferit clamandi immanitas, cum Mauors praeter bellum mortem furiasque citat ex inferis. Ceterum 6) os Telemachi, tanta ferocitate auditum, suis ingentes ad audendum spiritus, hostibus terrorem vltimum algoremque membris induxit. Ipse Adrastus, cum sentiret vacillare sibi animum, erubuit. Nescio, quod

ein Strom den Damm durchgebrochen / und die Felder überschwemmt.

(Cap. XIV.) 1) quas pauor praecipitat, welche aus Forcht über Hals und Kopf fliehen. 2) in grauem solutus gemitum, hat er heftig angefangen zu seufzen. 3) indignationem -- continuit, hat seinen Unwillen und Zorn nicht verbergen können / sich deutlich ansehen lassen. 4) mouere ex regione, aus einer Gegend aufbrechen. 5) Thraciam -- immanitas, fürwahr in Thracien selbst kan man kein so greßlich Geschrey hören. 6) os -- induxit, das so greßliche Geschrey des Telemachs hat sowol den Seinen, einen grosen Muth

quod in pauorem ipsum dabat infelix omen. Quae adhuc illi supererat ad pugnandum alacritas, desperatio erat verius, quam tranquilla fortitudo. 7) Ter destituebat eum concussum genu. Ter se inhibuit 8) incerto consilio. 9) Color, qualem in iis conspicimus, qui linquuntur animo, gelidusque sudor omnes artus percurrebat. 10) Vox aspera et micans inaequalibus interuallis haesitabat post verborum initia. 11) Oculi obscure ignei, et internitentes disperse, videbantur sedibus suis exciri. 12) Furiarum taedis stimulisque non secus atque olim Clytaemnestrae interfector, grassabatur incitatus. 13) Motus in eo non alii, quam quos spasticos appellant, ex neruis contractis et rigentibus vehementes incertique. Tum demum deos credere vero animo coepit. Arbitrabatur se eorum irritatos vultus intueri, 14) vocemque audire obtuso sono, atque ima ex abysso elatam, sursum, eum ferociter postulantis ad tartarum. Proficiscebantur haec omnia a caelesti manu, quae magis magisque ingrauescens scelesto illius capiti, in futurum impendebat vulnus. Iamque spe funditus ablata ereptaque, 15) audacia quoque dissipata animo, velut in pelagi

 sinus

und Kühnheit/ als den Feinden einen heftigen Schrecken und Zittern gebracht. 7) ter - - genu, dreymal sinkte das zitternde Knie unter ihm. 8) incerto consilio, ohne zu wissen/ was er that. 9) color - - percurrebat, er sahe aus/ wie ohnmächtig/ und ein kalter Schweiß drang durch alle seine Glieder. 10) vox aspera - - initia, wann er mit seiner heissern und stammlenden Stimme wollte ein Wort reden/ so blieb er gleich stecken/ konnte nicht fortkommen. 11) oculi - - exciri, seine dunkel feurige und blinkende Augen schienen/ als wollten sie ihm aus dem Kopf herausfallen. 12) furiarum - - incitatus, er rasete als von Furien getrieben/ wie Orestes. 13) motus - - incertique, er geberdete sich/ wie einer der Gichter hat/ dessen Nerven ganz contract und starr sind. 14) vocem - - sursum, es war ihm/ als hörte er eine düstere Stimme aus dem untersten Abgrund herauf. 15) audacia - - recesserat, es

finus ablato fole tenebrisque obuoluta terra dies, recefferat.

CAPVT XV.

Impium 1) Adraftum tam fouiffe diu telluri fuiffet piaculo, nifi iftud flagellum popofciffet fcelerata mortalitas. Sed tum ad vltima facinorofum hoc caput peruenerat; 2) obuiumque ineuitabili fato fuo agitauerat rabies. Formido, triftis confcientia, turbae animi, furor, ira, defperatio incitabant magis, quam euntem comitabantur. Telemachum vidit: fimul 3) velut Auerni fauces, igneasque Phlegethontis procellas, dehifcentes in ipfum, intuitus, horrendos clamores exciuit, 4) ore diducto, atque in verba inutiliter hiante; 5) vt fere confufus implacida per fomnum imagine aperta labia verbis pertinaci nifu accommodans, vocem affidue, at nequicquam, aucupatur. Adraftus incerta ob trepidationem, praecipitique manu telum vibrabat in Telemachum. Ille, confifus in deorum amicitia, clypeo audacter obiecto illud repreffit. Crediditfes victoriam circumdatis alis fupra caput eius fuftinere coronam fufpenfam manu. Renidebat ex vultu animus lenis, composque fui. Inter vltima difcrimina vsque adeo fe praeftabat fapientem multique confilii, vt Mineruam in eo latere omnes vere fufpicaren-

hatte auch aller Muth sich aus seinem Gemüth verloren / wie wann die Strahlen der Sonne sich in den Abgrund des Meers verbergen / und die Erde mit Finsternuß verhüllet wird / der Tag verschwindet.

(Cap. XV.) 1) Adraftum - - piaculo, es wäre höchst unrecht gewesen / den gottlosen Adrastus so lang auf der Erde leben zu lassen. 2) obuium - - rabies, er eilete voller Wuth seinem unvermeidlichen Schicksal entgegen. 3) velut - - intuitus, es war ihm / als thäte sich der Höllen Schlund auf / und wollten alle Feuerflammen des Phlegethons ihn verzehren. 4) ore - - hiante, er sperrte den Mund weit auf / wollte reden / und konnte aber nicht. 5) vt fere - - aucupatur, wie einer von einem förchterlichen Traum er-

rentur. Ceterum 6) clypeo frustrante primum spiculum, Adrastus, 7) vt copiam iuueni praeriperet pariter emittendi suum, ferrum impigre stringit. Eoque viso Telemachus, omisso iaculo, manum et ipse gladio suo strenue admouit.

Vtraque acies vt eos cominus ineuntes certamen aspexit; armis sine strepitu cohibitis, totis oculis ad illud, 8) velut decretorium, spectandum se dedit. Amborum gladii (fulgura potius) 9) saepe concurrentes transuersi, 10) infligebantur loricis lubricis ex arte, per quas innoxie lapsantes, excitabant inutilem strepitum. 11) Ipsi pugnatores nunc porrecti in ictum, nunc recipientes corpus in eumdem situm, desidentes alias, alias subito erecti, tandem complexu inter se conseruntur. 12) Hedera, quae ad infimam vlmum radicem exorditur, segniore nexu se applicat nodis durato stipiti, frondibus inter semet implicatis ad extima vsque ramorum torquente flexu serpentibus, quam ambo aduersarii se premebant commissi. Adrastus nihil ex integritate virium suarum amiserat; Telemachus nondum acceperat integras.

schreckt/ immer schreyen will/ aber vergebens sich bemühet. 6) clypeo - - spiculum, da der erste Pfeil vergebens gegen dem Schild abgeschossen war. 7) vt copiam - - suum. daß er dem jungen Helden den Vortheil abgewinnen möchte/ auch seinen Pfeil los zu schiessen. 8) velut decretorium certamen, ein Streit/ der den Ausschlag geben sollte von dem Sieg. 9) saepe concurrentes transuersi, traffen öfters creuzweis auf einander. 10) infligebantur - - strepitum, und wurden damit wiewol vergebliche Streiche auf die glatt polirte Rüstung gethan/ welche weiter nichts schadeten/ als daß sie ein Geräusch machten. 11) ipsi - - conseruntur, die Kämpfer selbst streckten sich bald mit Macht für sich/ einander einen Hieb beyzubringen/ bald zogen sie sich wieder zurück/ bald beugeten sie sich/ bald richteten sie sich wieder in die Höhe/ endlich packeten sie sich unter einander. 12) hedera - - serpentibus, ein Epheu/ welches unten an einem ulmenbaum beginnet hervor zu wachsen/ schlinget sich nicht so vest an den knotichten Stamm/ noch das Laub

tegras. Ille 13) tota contentione adnitebatur, vt subito aemulum occupatum impotem faceret corporis. Iamque cogitabat etiam ensem extorquere iuueni; at vano consilio. Quippe dum istud dat operam, a Telemacho motus humo in arenam effunditur. Tum vero impietas, tam diu superbeque asper nata deos, humilem mortis metum celare non valuit. Erubescebat miser deprecari vitam; 14) desiderium tamen illius praeferebat vel inuitus. Vt Telemachi pietatem suscitaret: nunc demum, Telemache, agnosco, inquit, iustos deos. Plectunt meritum. Mortales vna calamitas veritatem docet. Ego certe nunc illam intueor, sed vindicem. Excitet vtinam miseri regis aspectus memoriam longe peregrinantis genitoris tui, misericordiam mei!

CAPVT XVI.

Telemachus 1) vtroque poplite obluctabatur innixus hosti, 2) pendente in ictum gladio, statuebatque guttur eidem praesecare. Tum strenue respondens: Sociorum meorum, inquit, victoriam et pacem vnam prae oculis habui. Non delector cruore. Viue, Adraste, viue, sed ad deponendam in deos audaciam. Redde occupata per nefas: redde pacem; redde iustitiam littoribus magnae Hesperiae, quam toties inquinasti latro, toties proditor. 3) Viue, sed diuersus in posterum a te. Disce casu tuo, deos iustos, impietatem infelicem esse: felicitatem non parari violentia, crudelitate, menda-

desselben bis oben aus an die Aeste/ als nämlich diese zwey Feinde auf einander zudrungen. 13) tota - - corporis, wandte alle seine Macht an/ seinen Feind zu überwältigen/ und wankend zu machen. 14) desiderium - - inuitus, doch konnte er dieses sein Verlangen nicht verbergen.
(Cap. XVI.) 1) vtroque - - hosti, kniete mit beyden Knien auf seinem Feind. 2) pendente - - gladio, hatte schon den Degen gezuckt zu einem Hieb. 3) viue - - a te,

mendacio; ſed conſtantia et integritate virtutis. Metrodorum filium cum duobus nobiliſſimis e gente tua dabis obſides.

His dictis Adraſto, data ſe alleuandi copia, porrexit manum, ratus nunc demum abeſſe eum a dolo: cum ille aliud iaculum excutit, quod ob breuitatem eius commode occultauerat. Niſi diuina fuiſſent arma Telemachi, 4) profecto recepiſſent adactum telum; quippe et acutiſſimum erat, et hoſtis mira dexteritate iſtud intorſerat. Continuo Adraſtus, ne contingi poſſet a iuuene, ſe aufert poſt arborem. Ergo Telemachus elata voce: Palma (quod videtis, Daunii,) noſtra eſt. Fraus, proditio ſcutum vnum ſunt impietatis. Mortem timet, qui contemnit deos. Contemnit omnia, qui deos timet. Haec ille concitatiore voce. Mox Dauniis imminens, militem ſuum, qui ſtabat trans arborem, dato ſigno monet, vt perfidum Adraſtum 5) arcerent regreſſu. Ille iam iam ſuperuenientibus, a quibus interciperetur, ſimulabat referre ſe pedem, paratus, Cretenſes qui ſe oppoſuerant abituro, fundere. Cum derepente velut e Iouis manu praeceps in noxium caput fulmen aduectus Telemachus hoſtem occupat: arripit nequidquam repugnantem manu: euertit ceu faeuior procella infirmam ſegetem: contemtisque precibus, quibus vltimo decipere tentabat victoris miſericordiam, per ilia traiecto ferro infelicem ſpiritum expellit in flammas caliginoſi tartari, tantis vtique ſceleribus eius ſuſtinendas.

Finis Libri Vigeſimi.

lebe/ aber hinfüro ganz anderſt/ als bisher. 4) profecto - - telum, ſo wäre der Pfeil gewiß durchgedrungen. 5) arcere regreſſu aliquem, einem den Ruckweg/ die Retir. zu verſperren.



FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER VIGESIMVS PRIMVS.

CAPVT I.

Daunii vt primum viderunt Adrastum vitam amisisse, non suam, non capitis sui cladem deflebant; sed 1) reparatae libertatis munus sibi mirabiliter gratulantes, porrectis ad foederatos reges manibus, pacem veniamque deprecabantur. At Metrodorus, Adrasti filius, paternis praeceptis ad simulationem, fraudem, et inhumanitatem a primis vngui-

(Cap. I.) 1) reparatae - - gratulari, sich über der ihuen

vnguiculis perperam eruditus, in turpem fugam se dedit, 2) cuius quidem comitem seruum haud amplius vnum admisit. Conscius hic domino erat non modo omnium, quae turpiter et crudeliter gesserat, sed ab eo etiam libertate et fortunis plurimis donatus. Tunc vero scelesto consilio cogitabat bene de se meritum ingenti, quod credebat, rerum suarum commodo prodere. Itaque inter viam 3) occidit eum auerso vulnere, sectumque a ceruicibus caput eius in castra sociorum pertulit spe non dubia, id genus facinus, quod bellum omnino extingueret, ingentem mercedem habiturum. At omnibus tantum scelus auersantibus, in castris occisus est.

Erat Metrodorus in ipso aetatis flore, 4) pulcritudinis quoddam prodigium, dotibus animi, quae decebant heredem regium; ceterum voluptatis illecebra et pessimis exemplis deprauatus. Telemachus ergo caput eius intuens: Videtis, inquit, 5) rerum secundarum virus quam pro dolor! pestiferum regis sit filio. Persentiscit minus virtutis, 6) quo sublimiori conditione, et ab sensibus animi est acrior. Scilicet et ego melior non fuerim, nisi 7) aduersis rebus, quas inter (diis gratia!) auspicabar hunc spiritum, et Mentoris disciplina mihi imperare didicissem.

Congregati Daunii rem vnam duntaxat petebant, eamque conditionem statuendae pacis, vt sua ex gente sinerentur regem eligere, 8) obliteraturum virtutibus

wieder geschenkten Freyheit ungemein freuen. 2) cuius - - admisit, auf welche Flucht er nicht mehr als einen einigen Knecht mit sich genommen hat. 3) occidere aliquem auerso vulnere, einen ermorden. 4) pulcritudinis quoddam prodigium, ein Wunder-schöner Mensch. 5) rerum secundarum virus pestiferum ei est, das leydige Glück bringt ihn ins Verderben. 6) quo sublimiore - - acrior, je höhern Standes, und lebhafteren, munteren Geistes einer ist. 7) inter res aduersas auspicabar hunc spiritum, ich trat mein Leben unter eitel widrigen Schicksalen an. 8) obliterare



FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER VIGESIMVS PRIMVS.

CAPVT I.



Daunii vt primum viderunt Adrastum vitam amisisse, non suam, non capitis sui cladem deflebant; sed 1) reparatae libertatis munus sibi mirabiliter gratulantes, porrectis ad foederatos reges manibus, pacem veniamque deprecabantur. At Metrodorus, Adrasti filius, paternis praeceptis ad simulationem, fraudem, et inhumanitatem a primis vngui-

(Cap. I.) 1) reparatae - - gratulari, sich über der ihuen

vnguiculis perperam eruditus, in turpem fugam se dedit, 2) cuius quidem comitem seruum haud amplius vnum admisit. Conscius hic domino erat non modo omnium, quae turpiter et crudeliter gesserat, sed ab eo etiam libertate et fortunis plurimis donatus. Tunc vero scelesto consilio cogitabat bene de se meritum ingenti, quod credebat, rerum suarum commodo prodere. Itaque inter viam 3) occidit eum auerso vulnere, sectumque a ceruicibus caput eius in castra sociorum pertulit spe non dubia, id genus facinus, quod bellum omnino extingueret, ingentem mercedem habiturum. At omnibus tantum scelus auersantibus, in castris occisus est.

Erat Metrodorus in ipso aetatis flore, 4) pulcritudinis quoddam prodigium, dotibus animi, quae decebant heredem regium; ceterum voluptatis illecebra et pessimis exemplis deprauatus. Telemachus ergo caput eius intuens: Videtis, inquit, 5) rerum secundarum virus quam pro dolor! pestiferum regis sit filio. Persentiscit minus virtutis, 6) quo sublimiori conditione, et ab sensibus animi est acrior. Scilicet et ego melior non fuerim, nisi 7) aduersis rebus, quas inter (diis gratia!) auspicabar hunc spiritum, et Mentoris disciplina mihi imperare didicissem.

Congregati Daunii rem vnam duntaxat petebant, eamque conditionem statuendae pacis, vt sua ex gente sinerentur regem eligere, 8) obliteraturum virtutibus

wieder geschenkten Freyheit ungemein freuen. 2) cuius - - admisit, auf welche Flucht er nicht mehr als einen einigen Knecht mit sich genommen hat. 3) occidere aliquem auerso vulnere, einen ermorden. 4) pulcritudinis quoddam prodigium, ein Wunder-schöner Mensch. 5) rerum secundarum virus pestiferum ei est, das leydige Glück bringt ihn ins Verderben. 6) quo sublimiore - - acrior, je höhern Standes, und lebhafteren, munteren Geistes einer ist. 7) inter res aduersas auspicabar hunc spiritum, ich trat mein Leben unter eitel widrigen Schicksalen an. 8) obliterare

tibus suis, quod regiae dignitati Adrastus impegerat dedecus. Laudabant deos, qui tyrannum cecidissent: accedebant non singuli, sed per turmas, amplexantes Telemachi manum, illius adhuc cruore portenti aspersam, stragemque victoriam suam reputabant. Itaque illa potentia, quae omnibus Hesperiae imperiis visa est allatura exitium, atque in tot gentes terrorem suum diffudit, vno corruit impetu, 9) nullis dehinc temporibus resuscitanda; vt eam quidem recte terrae continenti comparaueris, 10) quae firma et immobilis specie, ad futuram ruinam cuniculis praeparatur. Ridetur ad tempus inanis labor 11) fundamenta illius tentantium, vt qui nihil debilitet, nihil extrinsecus conuellat, nihil superne concutiat. Interea paulatim dissipantur, quae introrsum suffulciunt 12) solum, donec derepente subsidens absorptumque immani voragine dehiscat. Eadem fere conditio iniquae et fallacis potentiae; quae 13) quanto felicitatis collocata gradu, hunc ipsum subter egesta fouea suspendit ruiturum. Exedunt pedetentim fraus et crudelitas firmissima fundamenta iniquae potestatis. Et mouet haec quidem admirationem, metum, formidinem, donec concussa eliditur. Tum 14) languet sua mole oppressa, 15) deiectaque frustra requirit se erigendi subsidium, quoniam vero excelsitatis fulcro, fide iustitiaque, vnde

dedecus, die Schande auslöschen. 9) nullis -- resuscitanda, ohne Hoffnung, sich hinfüro wieder zu erholen. 10) quae firma -- praeparatur, welches ungeachtet es vest und unbeweglich zu seyn scheinet, doch unterminirt wird. 11) fundamenta terrae tentare, den Grund des Erdreichs zu untergraben suchen. 12) solum derepente -- dehiscit, der Boden sinkt plötzlich in eine Tiefe hinunter. 13) quanto -- ruiturum, je höher solche in ihrem Glück erhaben, je einen gefährlicheren Fall, umsturz hat sie zu befürchten. 14) languet sua mole oppressa, ihre eigene Last stürzt sie. 15) deiecta -- subsidium, wann sie einmal übern Hauffen

vnde amori ac fiduciae incrementa et robur, penitus labefactato, 16) in casum impellitur.

CAPVT II.

Coiuere postridie principes exercitus in consilium, Dauniis regem, quem petiissent, permissuri. Iucundum erat aspicere, duos pridie inimicos exercitus non sociari modo, verum 1) in vnum etiam conflari insperata amicitia. Nestor 2) prohibebatur hoc ducum congressu, 3) arescente prae luctu et senectutis maerore animo, oppressoque; fere sicut vespertina pluuia 4) ad surgentis aurorae inuidiam luxuriantem florem opprimit superfusa, atque matutino hoc ornamento pubescentes agros exuit. Manabant ex oculis eius perennes lacrimae. 5) Somnus, temporale saltem dolorum fomentum, recesserat. Spes, humani cordis anima, profligata: 6) cibi fallentes gustum: lux ipsa nihil iucunda prae tenebris: 7) desiderium nullum, nisi a corpore diuisum spiritum in coetus vmbrarum inferendi. 8) Frustra laborabat in mitigandis hisce malis amicorum oratio. 9) Refugiebat deliquiis sui immersus animus mensarum delicias, fere saliuam prouocaturas diis. Cohortationibus, quascunque ad persuadendum

geworfen, so suchet sie vergebens sich wieder aufzurichten. 16) in casum impelli, mit Gewalt fallen.
(Cap. II.) 1) in vnum conflari, völlig eines unter einander werden. 2) prohiberi congressu, einer Versammlung nicht beywohnen können. 3) arescente animo, oppressoque, weil sein Gemüth völlig dahin, und niedergeschlagen war. 4) ad surgentis - - florem, eine Blume, die des Morgens bey Aufgang der Sonne so herrlich blühete. 5) somnus - - recesserat, er hatte keinen Schlaf mehr, der doch sonsten auf eine Zeitlang die Schmerzen erleichtert. 6) cibi fallentes gustum, es schmeckte ihm kein Essen mehr. 7) desiderium - - inferendi, er wünschte sich nichts mehr, als den Tod. 8) frustra - - oratio, seine Freunde suchten ihm vergebens einen Trost zuzusprechen. 9) refugiebat - - diis, aller Muth

dum inuenire poterat humanum ingenium, non vocem, sed gemitus reddidit. 10) Identidem audita ex interuallo lugentis suspiria: Pisistrate, fili! heu Pisistrate! 11) inuitas me. Sequor ecce! inuitantem. Per te, per te, Pisistrate, mihi dulcescet mori. Ad Stygis te margines amplectar, nate! Haec voluptas vna, sola, quam deposco mihi, 12) Horae subinde multae et continuae datae difficillimo silentio, solis gemitibus interpellato, manibusque sursum cum oculis vberrimos inter fletus connitentibus.

Exspectabant interea collecti duces Telemachum. At ille morabatur in cadauere Pisistrati, cui 13) parentabat praeter vnguenti odorumque effusa pretia plena manu iactatis floribus, et longe amplius acerbis lacrimis, quibus largissime fluentibus: Numquam, inquit cum gemitu, numquam, suauissime comes, desinet meminisse hic animus, te mihi visum Pyli, ducem fuisse Spartam eunti, 14) redditum versanti in magna Hesperia. 15) Habes mille nominibus tibi obstrictum Telemachum. Redamasti amantem. Noueram ego facultatem vigoris tui, summorum aliquando laudes virorum superaturam. Et 16) haec quidem morte non obscura eheu! exstinxit te: simul autem virtutem orbi rapuit primum orientem, et venientibus annis adaequandam paternae.

CA-

war ihm gänzlich entfallen/ und er verschmähete auch die allerköstlichste Mahlzeiten. 10) idemtidem - - suspiria, man hörte von Zeit zu Zeit nichts als Seufzen von ihm. 11) inuitas me, willst du mich nachholen. 12) horae - - interpellato, viele Stunden lang an einander schwieg er ganz still/ ohne daß er bisweilen seufzete. 13) parentare cadaueri alicuius, eines Leichnam die lezte Ehre beweisen. 14) redditum - - Hesperia, daß ich dich wieder angetroffen/ da ich in Hesperia war. 15) habes - - Telemachum, ich bin dir tausendmal verbunden. 16) haec - - exstinxit te, diese/ deine Munterkeit/ Tapferkeit brachte dir einen zwar nicht unberühmten Tod zuwegen: machte/ daß du eines zwar rühmlichen Todes sterben müßtest.

CAPVT III.

Nae tu, ſi et ſapientia et ſuada tua maturuiſſet, 1) caneſcentis genitoris tui ſapientiae ac ſuadae, quantumuis prodigioſae, eripuiſſes ſolitudinem. Iam 2) illa dulcedo loquendi, influens in lubentes animos, iam illa ratio ſermonis aperta et ſimplex, iam illa ad animorum dolores leniendos moderatio, illa denique auctoritas, quae ex prudentia et facultate conſilii naſcitur, 3) in te futurae dignitatis ſuae faciebant indicium. Loquenti quis negauit aurem tibi? Quis aſſenſum? quis, quam ſentires recte, cognoſcendi deſiderium? Simpliciter prolata 4) verba et nuda quaeſiti ornatus, 5) demittebant ſe animis molliſſima lenitudine, quali roris guttulae graminibus. Tanta bona, heu! momento ante poſſeſſa, perdidimus; et perdidimus aeternum. Piſiſtratum perdidi, 6) quem inter haec brachia etiamnum vidit hodiernus Phoſphorus. Reliquit nihil praeter triſtem ſui memoriam. 7) Clauſiſſes ſaltem prius Neſtori oculos, quam nos hanc pietatem tibi praeſtitimus! Non iam illi reſtaret tam lugubre ſpectaculum; non ille reſtaret miſeri genitoris exemplum.

Poſt haec ſuſpiria Telemachus cruentum vulnus purgari iuſſit, quod altum in Piſiſtrati latus deſcenderat, ipſum vero cadauer in purpureo lecto extendi,

(Cap. III.) 1) caneſcentis - - ſolitudinem, hätteſt gemacht, daß ich dein alter Vater nicht allein vor den weiſeſten und beredteſten wäre gehalten und bewundert worden: wäreſt mir an Weisheit und Beredſamkeit gleich worden. 2) illa - - animos, deine ſo angenehme und eindringliche Art zu reden. 3) in te - - indicium, zeigten an, zu was für einem Ruhm du in Zukunft gelangen würdeſt. 4) nuda quaeſiti ornatus verba, ungekünſtelte Worte. 5) verba demittunt ſe animis molliſſima lenitudine, die Worte dringen ſo ſanfte in die Gemüther ein, als ꝛc. 6) quem inter - - phoſphorus, den ich heute früh noch umarmet. 7) clauſiſſes - - praeſtiti.

di, vbi caput eius reclinatum in humeros et exsangue maxime 8) referebat arborem nondum adultam, vmbris substrato solo, frondium elato flore aeri quondam iucundam; at maligna postea bipenni fusam humi. 9) Dehinc non iam radicibus suis iungitur, non terrae sinu, foecundo receptaculo germinum, tenetur. 10) Serpit in frondes languor: defluit herbescentis formae luxuries. 11) Sibi denique non sufficiens sustinendae collabitur. 12) Profanantur rami, alias densum aduersus iniurias caeli subsidium, sparsi arena, et paullatim viriditate expirante labuntur in aridum senium. Mutilus et sine cultu truncus et deinceps nihil est. Sic et Pisistratus efferebatur mortis spolium, imponendum, quem euitare mortales non valent, in rogum. Et iam erigebatur flamma luculentior. Incedebat post funus Pyliorum turba cum fletu, oculis spiculisque armorum depressis, lentoque gradu. Cadauere celeriter deflagrante, Telemachus, vt totum funus curandum susceperat, congestos in vrnam cineres Callimacho, nuper Pisistrati magistro, his tradidit verbis: serua has tristes has pretiosas illius, quem amasti, reliquias. Trades genitori tum demum, cum ad eas conualescet repetendas. 13) Eadem res alias tristitiam, alias fomentum eius habet.

CA-

mus, O! hättest du doch zuvor mir die Augen zugedruckt, als ich dir diesen Liebesdienst erzeiget habe. 8) referebat - - humi, er war gleich einem noch nicht erwachsenen Baum, der seinen Schatten über den Boden, seine grüne Zweige in die Höhe ausbreitete, nachgehends aber von einem Beil abgehauen worden. 9) dehinc - - tenetur, jezt aber helfen ihn weder seine Wurzeln was, noch die Erde, die sonst fruchtbare Mutter der Erdgewächse. 10) serpit - - luxuries, seine Blätter verwelken, seine prächtig grünende Gestalt verliert sich. 11) sibi - - collabitur, endlich kan er sich nicht mehr halten, und fällt. 12) profanantur - - senium, die Zweige, die sonst angenehmen Schirm gaben, werden nun wüst im Staub, und verdorren nach und nach. 13) eadem - - habet, was uns

CAPVT IV.

His peractis Telemachus contendit in regum consilium. Quem vbi primum conspexere venientem, obticescens vniuersa concio 1) audientiam praeparabat dicturo. Ad haec ille lapsus in ruborem, tum quidem ad habendum sermonem non potuit induci. Laudes, ex omni concione ob res gestas acclamatae, augebant verecundiam. Optabat sibi tunc latebras; videbaturque hic primo non solum turbatus animo, sed ambiguus etiam consilii. Demum hoc sibi dari beneuolentiae, hoc beneficii rogare coepit, vt ab huiusmodi laudationibus sibi prorsus immuni liceret esse. Neque id rogo, inquit, quod laudationes non amo, eas maxime, quas impertiuntur probe intelligentes virtutis; sed quod vereor, plus aequo ne amem. Deprauant enim mortalium animos; admiratione sui inficiunt: inani gloriae appetitu, fiduciaque audendi accendunt. Curandum, vt mereantur tribui; recusandae, cum tribuuntur. Numquam satis laudes, quantumuis bonae, a fictis se remouent. Delectantur mortalium pessimi, tyranni, adulatorum encomiis, 2) vt haud quisquam magis. Sed quid voluptatis habet commendari hoc modo? Illas ego commendationes et solas probo, quas, per deos si mereor, tribuetis absenti. Quodsi vere bonum esse me creditis, credite et modestum esse me velle, et refugere insolentes spiritus. Igitur parcite, quaeso, mihi, et, 3) si cui aestimor prae vulgo, nolite me laudare, 4) vt qui laudum suarum praedicationibus libenter animum videatur indulgere.

jetzo Betrübniß bringet/ giebt uns ein andermal Trost darwider.

(Cap. IV.) 1) audientiam praeparare dicturo, sich rüsten zu hören/ was einer sagen werde. 2) vt haud quisquam magis, vor andern. 3) si cui - - vulgo, wann mich jemand über andere hoch schätzet. 4) vt qui - - indulgere,

Qui deinceps 5) in publica rerum ab eo gestarum commemoratione luxuriabantur extra modum, nullum accepere responsum; secutasque 6) laudes sub ipsum ferme exorsum aequabili vultus perseuerantia retudit adeo, vt, veriti, ne offenderetur sui celebritate nominis, ab ea abstinerent. Ceterum 7) in admirationem praeclarae indolis eius se effuderunt licentius. Peruulgatum erat, quam tenere amarit Pisistratum, et quo 8) manibus eius studio vltima persoluerit. Atqui ipsa haec signa beneuolentiae longe magis, quam non iam occulta sapientiae et virtutis prodigia, mouebant exercitum. Vnde passim haec inter se milites: sapiens est, fortis est, amicus deorum est, et aetatis nostrae heros vnus. 9) Existit in illo, quod non cadit in hominem. Totumque hoc nobis mirum, totum hoc nobis miraculum est. Humanus est, benignus, fidelis, facillimus affatu, misericors, liberalis, beneficus. Quos debet diligere, non modo diligit, sed et amat. Gratus est et iucundus domesticis. 10) Exuit illum fastum, illum neglectum hominum, illam ferociam. Hi enimuero mores sunt commodi: hi attingunt animos. Sic medullis nostris se inserit: sic vniuersum agmen virtutum suarum venerationem, sic 11) ipse corporum nostrorum meretur oppositus.

CA-

als einen/ der es gern hätte/ wann man ihn lobet. 5) in publica -- modum, welche seine Thaten unmässig rühmten. 6) laudes alicuius aequabili vultus perseuerantia retundere, eines Lob mit unveränderter und standhafter Mine abweisen/ ablehnen. 7) in admirationem alicuius rei se effundere licentius, sich noch mehr über etwas verwundern. 8) manibus alicuius magno studio vltima persoluere, einem sehr geflissen nach seinem Tod den lezten Liebesdienst erzeigen. 9) existit -- hominem, es ist etwas mehr als menschliches bey ihm. 10) exuit -- hominum, es ist nichts hochmüthiges mehr an ihm/ er verachtet keinen Menschen neben sich. 11) ipse -- oppositus, er verdient/ daß wir unser Leib und Leben vor ihn wagen.

CAPVT V.

Poſt primos hos iuuenem celebrantium impetus ad conſultationem ventum, viſumque, Daunios ſine rege eſſe non poſſe. Plerique praeſentium regum cenſebant, diuidendam eſſe, quam armis occupaſſent, prouinciam. Itaque et Telemacho pars oblata Arpos regio vberi ſolo, frumenta, vina, et quos 1) Mineruae ſacra arbor fructus gignit, bis per annum reddens; aſſignataque his verbis: Faciat haec regio, vt ſterilem Ithacam cum 2) male ſartis tuguriis, immaniaque loca Dulichii inſulae, vaſtos item ſaltus Zacynthi recordari deinceps ne velis. Deſine in genitorem inquirere, quem eſſe Nauplii vindicta et Neptuni iracundia 3) afflictum Caphareo haud ambigimus. Sed et genitricem, triſte per abſentiam tuam procorum ſpolium, patriamque omitte, cuius gleba 4) multum abeſt vt perinde, atque a nobis oblata, miti ſit habitu.

Hi ſermones vt non offendere iuuenis animum, ita 5) longe quam Thraciae aut Theſſaliae cautes gemitus perdite amantium commouebant minus. Ego vero nec diuitiis, inquit, nec ipſis, quae oblectandi vim habent, oblector. Quid prodeſt poſſidere ampliores terras, ſi 6) curam imperantis intendat parentium amplior multitudo? Creſcit tum ſcilicet moleſtia; decreſcit libertas. Moderatiſſimus quisque vitam alioquin degit abunde miſeram, etiam cum non aggrauatur miſera neceſſitate regendi homines indociles, turbulentos, iniuſtos, inſidioſos, et beneficii male memores. Si quem amor ſui im-

 pellit

(Cap. V.) 1) Mineruae ſacra arbor, die Oelbäume. 2) male ſarta tuguria, ſchlechte Hütten. 3) afflictum eſſe Caphaseo, an dem Capharischen Vorgebürg geſcheitert haben. 4) multum - - habitu, bey weitem nicht ſo gelind iſt. 5) longe quam - - minus, ſie haben ihn weit weniger bewogen, als die Klagen der thöricht Verliebten die Felſen in Thracien oder Theſſalien. 6) curam alicuius intendere, eines Sor-

pellit ad capessendum imperium suae duntaxat auctoritatis, oblectationis, et excellentiae habita ratione: impius, tyrannus, flagellum generis humani est. Contra si quis regendos populos vni ipsorum suscipit emolumento, tutor potius illorum, quam dominus est, quia oneratus molestiis et laboribus infinitis ne desiderium quidem admittit amplificandae propriae vel auctoritatis vel potentiae. Pastor scilicet, nisi gregem ipse suum velit conficere, sed tueri cum vitae periculo, neque curam aspernari procurandi salubris pabuli, neutiquam cogitat aut locupletare ouile suum, aut spoliare alienum. Quid enim hoc esset nisi pondus addere, quo premitur, ponderi? Ego (nam et hoc adiecit iuuenis) etsi numquam regnauerim, doctus tamen optimis legibus et institutis sapientissimorum, qui leges condidere, hominum non ignoro, quam arduum sit regere vrbes et imperia. Contentus itaque patriis finibus quantumuis egenis et modicis, dignitatis abunde possideo, si iuste, si sancte, si fortiter illos guberno. Et hercle, quod vereor, voluntate mea gubernabo citius. Dii velint, velint, inquam, in iisdem sceptrum gerat e naufragiis superstes genitor, 7) donec ad extremos prouectum apices vltimae senectutis reposcat ipsius naturae conditio: vt eo diu magistro perdiscam cupiditates meas edomare, et ex his edomitis cupiditates vniuersae gentis moderari!

CAPVT VI.

Denique: audite, inquit, quotquot hic praesentes reges deueneror! et quod exponere me salus nimirum vestra iubet, percipite. Dauniis regem iustum si dabitis, reget eos iuste et legitime; quodque ex Adrasto discere non potuerunt, doce-

ge vermehren, vergrößern. 7) donec - - conditio, bis er den höchsten Gipfel des Alters erreichet habe.

docebit, quanti interſit ſeruare fidem, et ex alieno non diteſcere. At quamdiu gubernabuntur a rege ſapiente et iuſto, nihil mouebunt. Quid? quod pro tam bono rege 1) neceſſitudini veſtrae ſe dabunt: pro dulci pacis et fortunato, quo fruuntur, otio habebunt gratias: non modo inimici non erunt, ſed deprecatores etiam ſalutis veſtrae apud ſuperos. Rex vobis ſceptrum, populus ſe ipſum debebit vobis. Iam vero terras eorum portionibus diſtribuite. Calamitates certe a me nunc recenſendas non euitabitis. Hic populus, 2) ſpe prohibitus meliorum, renouabit bellum. Pro libertate ſua tam pugnabit iure, quam fauentibus, qui tyrannos oderunt, diis, 3) qui ſi ſemel belli cauſſam aſſeruerunt ſibi, nomen veſtrum labem accipiet, felicitas diſſipata inaniſſimum finem. Conſilium et ſapientia principes, fortitudo duces, copia rerum terras veſtras deſtituet. 4) Delibuti veſtra ipſorum fiducia offeretis vos temeritatibus: 5) afferetis vere et ſaniora ſuaſuris ſilentium: rebusque veſtris fortuito collabentibus, inferetis vos omnium gentium ludibriis, inſultantium: Haene gentes illae, quae attingentes caelum orbem legibus ſuis vniuerſum vinciant; nunc vero ne ab hoſtibus vinciantur ipſae, profugiunt? Ludus gentium ceterarum et ſub pedibus calcantium ſunt. Deorum hoc opus eſt; hoc praemium iniuſti, ſuperbi, et inhumani populi.

Illud porro attendatis velim, diuiſa inter vos, quam expugnaſtis, prouincia, ſe populi omnes, qui quidem terris veſtris iunguntur, aduerſum vos ſociabunt; foedusque abominantes, quod Heſperiae ſaluti

(Cap. VI.) 1) neceſſitudini veſtrae ſe dabunt, ſie werden ſich euch verbunden achten. 2) ſpe prohibitus meliorum, weil es nichts beſſeres zu hoffen hat. 3) qui ſi - - ſibi, welche/ nämlich Götter / wann ſie ſich einmal des Kriegs angenommen. 4) delibuti veſtra ipſorum fiducia, indem ihr euch zuviel auf euch ſelbſt verlaſſet. 5) afferre alicui ſilentium, machen daß einer ſchweiget.

saluti contra iniquos Adrasti conatus pepigistis, recte vos ipsos publicae tyrannidis arguent. Quodsi tamen et Daunios, et quidquid praeterea est gentium circum vos, armis vestris contigerit superari: haec ipsa certe victoria res vestras profligabit. Sic enim habete.

CAPVT VII.

Hoc consilium societatem animorum vestrorum rumpet. Cum enim non sit profectum ex disciplina aequitatis, deerit vobis ratio certa et euidens definiendi, quid quantumque vestrum quiuis ex iure sibi possit afferere. Petetis quisque scilicet, vt portio acquisitae regionis respondeat magnitudini bello nauatae operae. In nullo vestrum residebit has inter gentes auctoritas, ob quam portiones definientem interturbare habeatur nefas. Hoc igitur 1) caput belli erit, ad feros etiam posteros transmittendi. Praestat hercule iustum et humanum esse, quam ambitionis impetum per tot discrimina, per tot, quas praeterire non licet, calamitates sequi. Considerate, quae pacis amoenitas? quae illi annexa, quam sine naeuo, quam sine acerbitate oblectatio? quae copia rerum? quae finitimorum amicitia? quantum iustitiae semper coniunctum decus? quae laus, ob integritatem fidei nominari arbitrum quarumlibet gentium externarum? 2) Haec bona, haec nonne aptiora ad intuendum aeuum, quam ex occupato regnorum dominatu profecta inanis commendatio? Videtis principes, vt rerum mearum sponte non memor vobiscum agam. 3) Mementote igitur acquiescere dissuadenti, volentique proposita veritate vobis, quos tantopere amat, displicere.

Haec

(Cap. VII.) 1) caput belli esse, Anfang, Ursach zu einem Krieg geben. 2) haec bona - - aeuum, sind das nicht daurhafftere Güter. 3) mementote - - dissuadenti, folget

Haec cum Telemachus quanta numquam adhuc alius auctoritate, disputat, laudesque ab attonitis regibus consequitur senilis in consultando prudentiae: incerti quidam strepitus per castra propagati eo penetrarunt loci, vbi habebatur concio. 4) Inter alia haec in aures significantius lapsa. Aduena quidam ingentis speciei et plane imperatorio habitu se ad hanc oram applicuit. Diuturnis calamitatibus multisque, sed animo semper inconcusso, facile intuentes intelligunt esse iactatum. Qui ex maritimis populis littori praesident, opposuerunt se velut inimica voluntate facturo exscensionem. At ille strenue expedito gladio ostendit paratum se ad impetum excipiendum esse; ceterum pacem se rogare et gratiam hospitalitatis. Tum oleam tetendit supplicis specie. Auditus est. Petiit autem duci ad reges Hesperiae, ad quorum alloquium modo huc tendit.

CAPVT VIII.

His nunciis exactis aduena intrauit consilium 1) tanta grauitate oris, vt in stuporem magis quam admirationem raperetur concio. 2) Nefas haud fuisset suspicari Martem esse, cum in Thraciae montibus cogit 3) sponte ad edendas strages ruentes exercitus. Fuit autem haec eius oratio:

Pastores gentium, cura vel tuendae patriae vel optimarum legum hic congregati! Audite hominem, 4) fortunae cladibus quas a vobis procul et semper dii amouerint, confectum. Diomedes sum, rex Aetoliae, reus vulneratae ad Troiam Veneris. Cuius quidem vindicta nusquam gentium vmquam me destituit.

mir also in dem, was ich euch mißrathe. 4) inter - - lapsa, unter anderem hörte man dieses ganz vernehmlich.

(Cap. VIII.) 1) tanta grauitate oris, mit einem so majestätischen Gesicht. 2) nefas - - suspicari, man hätte fast muthmassen mögen. 3) sponte ad - - exercitus, mörderische Armeen. 4) fortunae cladibus confectum esse, viele

destituit. Neptunus, qui precibus natae e pelago diuae reluctari non valet, me permisit irati maris libidini. Quoties hinc ego impactus ad cautes et scopulos? 5) Ferrea meos ad gemitus Venus perseuerabat eripere spem videndi imperium, meos, dulcissimam patriam. Et hercle visurus sum numquam, quae mihi carissima. Post tot itaque clades maris amplector hoc ignotum littus; sedes fatigato tantisper propitias et tutas precor. Si deos, et Iouem maxime, quem hospitum curam habere credimus, timetis, si humanitatem colitis: concedite mihi, obsecro, in his vastis regionibus particulam sterilis soli, aliosue 6) locos, nudos humani cultus, obsitos arenis praeruptisque saxis et cotibus, vbi cum sociis calamitatis meae constituam vrbem, 7) quae velut imago amissam patriam obiiciat tristi memoriae. Spatiola quaedam, quae vobis alias nec vsui, nec curae sunt, petimus. 8) Pacatos nos habebitis, vobisque coniunctissimos. Hostes vestri hostes nostri erunt, et vna omnium salus. Nec aliud paciscimur, nisi vt nos legibus nostris viuere patiamini.

Inter hanc orationem Telemachus, defixis in Diomede oculis, 9) vultu suo animi motus non simul, sed singulos, et vt in loquente apparuerant, exhibuit. Imo Diomede seriem calamitatum suarum referre aggresso, ipse spem ingredi non dubitauit, hunc tanta grauitate virum genitorem suum fore. Enunciato ergo Diomedis nomine, suffuso pallore colo-

Unglücks-Fälle ausgestanden haben. 5) ferrea ad meos gemitus Venus, die Venus/ die sich durch mein Flehen nicht erweichen läßt/ die unerbittliche. 6) locus nudus humani cultus, ein ungebauter Ort/ wo keine andere Leute wohnen. 7) quae velut - - memoriae, worbey ich mich meines verlohrnen Vaterlandes erinnern könne. 8) pacatos - - coniunctissimos, wir werden uns friedlich/ und als eure beste Freunde bezeugen. 9) vultu - - exhibuit, hat in seinem Gesichte die verschiedene Gemüths-Bewegungen nach einander/ wie sie sich bey dem Redenden geäussert/ von sich

colorem mutauit flosculi instar, 10) cuius decus immitiores ab Arcto flatus delibarunt. Querelae deinde de diuturna nominis inuidia 11) acriter perstrinxere iuuenilem animum, quoniam et patrem et se in eadem versatum esse meminerat.

CAPVT IX.

Obortis igitur partim prae dolore, partim prae gaudio lacrimis, ad amplexandum Diomedem strenue progressus:

Vlyssis, inquit, quem nosti 1) in occupandis Rhesi equis tibi vtilem fuisse, filius sum. Dii non ipsum, quam te, habuere mitius. Nisi Erebi oracula me fefellere, viuit adhuc; at non viuit mihi, quia extra hunc amplexum. Reliqui Ithacam, vt reciperarem eum mihi. Sed nec patria valet a me recuperari, nec pater. Disce ergo, quae mea calamitas; atque inde, quantum tua me moueat, statue. 2) Infelicitatis hic fructus est, intelligere, quantum misererearis infelicium. Ego itaque, quamquam et ipse alienigena, possum tibi, magne Diomedes, 3) (neque enim, tametsi inter patriae meae dolores et vulnera adultus, tuam ex rebus bello gestis celebritatem

blicken lassen. 10) cuius - - delibarunt, welche die kalte Nordwinde ihrer Zierde und Farbe beraubet haben. 11) acriter perstrinxere iuuenilem animum, sind dem Jüngling sehr zu Herzen gegangen.

(Cap. IX.) 1) in occupandis - - vtilem fuisse, daß er die behülflich gewesen seye/ des Rhesi Pferde noch wegzunehmen: welcher mit einer ziemlichen Mannschaft schon vor den Thoren Troja lag/ um der Stadt wider die Griechen zu Hülfe zu kommen: auch von dem Orackel die Versicherung hatte/ daß wann seine Pferde nur ein Futter zu Troja würden gefressen haben/ Troja von den Griechen nicht sollte erobert werden. Den aber Diomedes und Ulysses in selbiger Nacht überfallen/ ihne getödtet/ und seine Pferde mit fort geführt. 2) infelicitatis - - infelicium, in dem Unglück lernt man/ mit andern unglücklichen Mitleiden haben. 3) neque - -

tatem non didici) possum, inquam, tibi post Achillem inter Graecos inuictissimo succurrere aliqua. Inhumani non sunt, quos hic vides principes. Sciunt humanitate virtutem et stabilem gloriam contineri. Magnorum virorum 4) laudibus nouam affundit lucem calamitas. Deest aliquid eorum magnitudini, si numquam fuerunt infelices; exempla scilicet patientiae et constantiae. Tangit calamitosa virtus animos, in quibus sensus honestatis nondum elanguit. Nostrum itaque erit, 5) aerumnae tuae fomenta prospicere. Miserunt te huc dii. E caelo tu nobis donum, quod ex miseriis suis posse recreare pars felicitatis nostrae reputabitur.

Ita loquentem Diomedes diligenter intuitus, 6) sensit se totis visceribus efferri. Inter mutuos deinde amplexus, quibus se 7) velut pro veteri consuetudine exceperunt: Fili, inquit, et vere Vlyssis fili! Video eamdem oris atque orationis gratiam et suadam, idem ingenium, sapientiamque eamdem tibi cum genitore esse.

Sed et Philoctetes magnum et insignem 8) Tydiden salutauit cum amplexu. Posteaquam mutuo sibi significauerunt, quibus quisque casibus esset perfunctus: vtique periucundum, inquit, tibi erit sapientissimum Nestorem denuo intueri. 9) Adhuc vitae, imo elata nuper sobole vltima, Pisistrato, lacrimis

didici, dann ob ich wol bey so elenden und kläglichen Zeiten meines Vaterlandes aufgewachsen, so ist mir doch dein Ruhm, den du dir im Krieg erworben, nicht unbekannt geblieben. 4) laudibus - - calamitas, das Unglück giebt dem Ruhm groser Männer einen neuen, und erst den rechten Glanz. 5) aerumnae alicuius fomenta prospicere, darauf bedacht seyn, wie man einem in seinem Elend Linderung, Trost schaffen möge. 6) sensit - - efferri, er hat aus Mitleiden gefühlt, wie sein innerstes Eingeweide in ihme rege worden. 7) velut pro veteri consuetudine, gleich als wären sie schon lang einander bekannt. 8) Tydides, des Tydei Sohn, der Diomedes. 9) adhuc - - super-

crimis superest. Veni, solare. Facilius ab infelice, quam ab alio, infelix admittet solatium.

CAPVT X.

Mox ad Nestoris tabernaculum itum. Atque is aegre Diomedem agnouit 1) tristitia debilitante praeteritorum memoriam. Ceterum Diomedes nec momento tenuit lacrimas; neque potius salutationem, quam maerorem videbantur sociare. Tum quidem praesentia istius amici paullatim erexit oppressum senis animum. Nec iam obscurum erat, 2) dolorem eius interpellari oblata copia narrandi, quae ipse; et audiendi, quae Diomedes pertulisset.

Dum 3) vacant ambo mutuis sermonibus: 4) reuocato ad rem praesentem consilio, regibus suadet Telemachus, vt 5) Arpis Diomedi attributis, Dauniis Polydamantem ex eadem gente regem darent. Erat Polydamas 6) belli gloria et muneribus clarus, 7) a conspicuis gradibus militiae prohibitus Adrasti inuidia, veriti scilicet, ne meliores successus, quorum auctor vnus volebat haberi, operae tam periti viri adscriberentur. Et certe is regem clam frequenter admonuit, in hoc bello, quod aduersus tot gentes suscepisset, praeter suam imperii etiam 8) salutem

est, er ist noch bey Leben / um nur seinen lezten erst neulich verlornen Sohn / den Pisistratus genug zu beweinen. (Cap. X.) 1) tristitia debilitat praeteritorum memoriam. die Traurigkeit schwächet das Gedächtniß / daß man sich des vorigen nicht mehr so entsinnen kan. 2) dolor interpellatur, der Schmerz wird um etwas unterbrochen: man vergißt ihn. 3) vacant - - sermonibus, sie sprachen mit einander. 4) reuocato - - consilio, nachdem sie sich über den gegenwärtigen Umständen mit einander berathschlaget. 5) Arpi, eine der ältesten Städte in Italien. 6) belli - - clarus, wegen seiner Kriegs-Diensten berühmt. 7) a conspicuis - - inuidia, konnte aus Neid des Adrastus zu keiner ansehnlichen Charge gelangen: nicht steigen. 8) salus aperte periclitatur, die Sicherheit steht augenscheinlich in

tem aperte periclitari. Neque omisit eum inducere, vt cum vicinis simplicius et moderatius ageret. At quibus grauis est veritas, iis graues quoque esse necesse est, qui verum dicere non verentur. 9) Istorum hominum nec fides mouet, nec studium, nec, quem cupiditate rerum suarum exonerant, animus. Obfirmabat Adrastum species indulgentis fortunae ad saluberrima consilia, quae, etsi contemta, sequebatur 10) aliud atque aliud in dies ex hoste decus. Insolentia, doli, impetus semper inclinabant in partes eius victoriam. 11) Clade, cuius metum tam diu ingessit Polydamas, nulla sequente, illudebat Adrastus illam, opinione sua meticulosam, prudentiam, quae cognitione futurorum malorum se fatigaret. Polydamantem ergo, vt sibi permolestum, excludebat muneribus, 12) patiebaturque solitudine et inopia conflictari.

CAPVT XI.

Polydamas quidem initio statim in hac regis offensa fuit. Ceterum ex ea legit fructum, quo adhuc maxime caruit. Didicit inde, vanam esse fortunam, quoties indulgentior. Sapiebat damno suo, vt infelicitate, quam expertus est, delectaretur: Paullatim assueuit opportune tacere, victitare paucis; vero placide insistere, virtutes interiores et reconditas, quae honestati ceterarum, 1) venientium

Gefahr. 9) istorum - - animus, sie lassen sich weder durch die Treue, noch durch den Eifer, noch durch das gänzlich uninteressirte Gemüth, (gänzliche Entäusserung alles eigenen Nutzens) dieser Leute bewegen. 10) aliud - - decus, ein Sieg über den Feind nach dem andern. 11) clade - - sequente, da nichts von allem dem Unglück, mit welchem Polydamas ihn so lange schreckte, erfolgete. 12) patiebatur - - conflictari, liesse ihn in seinem verlassenen und armseligen Zustand stecken.

(Cap. XI.) 1) venire sub aspectum, in die Augen fallen.

um ſub aſpectum, longe antecellunt, colere; 2) exuere denique ſe conſuetudine hominum. 3) Mandarat vitam ſolitudini, in quam mons Garganus procumbit. 4) Rupes medio flexa ſinu praeſtabat tectum, lapſae e rupe aquae potum, poma nonnullae arbores. Agellum colebant duo mancipia eius, quibuscum laborem ipſe iungere ſolitus. Reddebat terra tam largum ſtipendium, vt inopi nihil eſſet inopiae. Poma et legumina abundabant. 5) Florum, quos ab odore commendamus, nullum deerat genus. Hic ergo ille deplorare ſortem mortalium, quos ſtolida regis vnius cupiditas immittit exitio: hic expectare in dies Adraſti a diis, quam iuſtis, tam patientibus, caſum. Quanto 6) ad maiora incrementa graſſabatur regis felicitas, tanto credebat paulo poſt certae ruinae eius adfuturos nuncios. Quippe florens inter errores ſuos imprudentia, potentiaque elata ſine modo, et extremis ſummi abſolutique imperii apicibus inſidens; regum atque regnorum praecurrunt interitus. Adraſti ſtrage et morte nunciatis 7) nihil prae ſe ferebat laetitiae, quod ſeu id genus mali praeſenſerit, ſeu tyranni iſtius iugo exierit. Gemitus duntaxat edebat metu imminentis Dauniae genti ſeruitutis.

Hunc ergo virum Dauniis Telemachus ſuaſit praeficiendum; cuius quidem virtutem et fortitudinem haud tum primum coepit habere perſpectam. Telemachus enim (quae erat Mentoris inſtitutio) non negligebat pernoſcere tam vtiles, quam peruerſos mores hominum, quibus ampliora munera tum apud foederatas gentes, quibuscum militabat, tum apud hoſtes

2) exuere ſe conſuetudine hominum, ſich der Gemeinſchaft mit andern Leuten entſchlagen. 3) mandare vitam ſolitudini, ſich in einer Wüſte aufhalten. 4) rupes - - ſinu, ein Fels, der in der Mitte gewölbt. 5) flores - - commendamus, wolriechende Blumen. 6) ad maiora incrementa graſſari, mehr zunehmen. 7) nihil prae ſe ferre laetitiae,

hostes erant demandata. Praecipua eius cura fuit, vbique indagare homines, quos aut dotes praeclarae animi, aut 8) supra vulgum virtus reddebat conspicuos.

CAPVT XII.

1) Non omnibus regibus initio prorsus e re visum, Polydamanti committere regia insignia. Didicisse se experientia, quantum Dauniorum regem, qui arma et amet et perite tractet, timeri oporteat. Polydamantem autem re praestare militari. 2) Ab eo itaque periclitari summam regnorum suorum posse. Neque Telemachus negabat Polydamantem egregie eruditum ad bellum. Addidit tamen eum praeterea esse pacificum. Atqui haec duo sunt, inquit, quae requirimus in rege. Qui aerumnas, discriminaque et labores belli non ignorat, hercle lubentius subterfugiet bellum, quam qui numquam in armis fuit. Polydamas commoda tranquillae vitae gustare et collocare didicit. Adrasti 3) consiliis manus pedesque opposuit: securura ex iis mala prospexit. A principe ignauo, rudi et imperito quod timeatis, longe maius est, quam ab illo, qui 4) suae ipsius cogitationi res omnes pensandas subiiciet. Rex ignauus atque indoctus, 5) nec instructus vsu, videbit oculis non suis, sed vnius vel cari hominis, quem rerum suarum partiumque deprauat studium, vel inquieti et ambitiosi seruuli. Hac

sich keine Freude anmerken lassen. 8) supra vulgum virtus, eine ausnehmende/ sonderbare Tugend.

(Cap. XII.) 1) non omnibus e re visum, sie haben es nicht alle vor gut angesehen. 2) ab eo summa regnorum nostrorum periclitari potest, unsere Oberherrschaft kan von ihm Gefahr haben. 3) consiliis alicuius manus pedesque opponere, sich mit Hand und Füssen wider eines Anschläge wehren: äusserst widersetzen. 4) suae - - subiicere, alles selbst bey sich erwägen. 5) non instructus vsu, der keine

Hac ergo caecitate 6) in belli retia non ſentiens, quia imperitus rei, quam agit, ſe induet: numquam ab eo eritis ſecuri, quia ipſe numquam eſt a ſe ipſo ſecurus. Violabit pacta: feſtinabit vos in eas anguſtias, vt aut ipſum per vos, aut libertatem veſtram per ipſum perire neceſſe ſit. An ergo non erit vtilius, non tutius, non tempori, non honeſtati congruentius, ſuſtentare, quam in aequitate veſtra Daunii ponunt, fiduciam, iisque regem dare, qui hac amplitudine dignitatis non videatur indignus?

Probabat hanc Telemachi orationem vniuerſa concio. Itur ergo ad Daunios, 7) expectatione reſponſi permoleſte ſuſpenſos, vt indicaretur iis, placere, ſi Polydamantem regem ſtatuerent. Proclamato igitur illius nomine: nunc demum, inquiunt, nobis certum perſpectumque eſt, foederatos reges agere ſimpliciter, et aeternam pacem habere in animo, quoniam virum decreuerunt tam praeſtanti virtute, tam idoneum ſceptro. Si ignauum, effeminatum, male inſtitutum ſuaſiſſent: ſatis licuerat credere, ruinam gentis noſtrae quaeri, et qua aſſueuimus regi, diſciplinae. Neque 8) conceptus ex voluntate tam acerba fraudulentaque dolor in animis vmquam noſtris reſediſſet. Nunc autem frequens in Polydamantem conſenſus argumentum eſt, ſincere nobiſcum agi. Nimirum confidunt ſociati principes, dum nobis praeficiunt dominum, a detrimentis libertatis et gloriae noſtrae tota mente abhorrentem, nos facturos tantum iuſte et ingenue. Ceterum dii teſtes, 9) ad fontes ſuos retro prius lapſura flumina, quam ex animis noſtris debitum amorem

Erfahrung hat. 6) in belli retia ſe induere, ſich in Krieg einlaſſen. 7) expectatione reſponſi permoleſte ſuſpenſum eſſe, mit Schmerzen auf eine Antwort warten. 8) conceptus ex iſta re dolor in animis nunquam noſtris reſidebit, der Schmerz hierüber wird uns niemalen aus dem Gemüthe kommen, oder gelindert werden. 9) ad fontes - -

rem tam beneficis populis. Iidem dii 10) memoriam iubeant beneficii, quo lux hodierna nos cumulat, accipere vltimos e nobis posteros, ac per Hesperiam vniuersam de progenie in progeniem 11) reuocata aureae aetatis otia transmittere.

CAPVT XIII.

Institit deinde Telemachus, vt Diomedi pro condenda colonia permitteretur Arpinus ager. Gens noua, inquit, vobis incrementa sua debebit in 1) regione, cultus vestri alias exsorte. Meminisse iuuat, amorem merito hominem ab homine requirere. 2) Ampliorem terram esse, quam necesse sit vicinis premi; et si vicinos velimus, optimos vtique esse, quibus auctores extitimus salutis. Moueat vos regis calamitas, 3) interclusi reditu ad suos. Coniunget illum Polydamanti vinculum iustitiae et virtutis, quod vinculum vnum iuxta ac firmissimum. Ergo et vindices pacis erunt, caussaque, vt terror nominis vestri in omnes circum gentes, si quos concitarit amplificandae cupido potestatis, propagetur. Ecce regem vobis, Daunii, tribuimus, quo ducente se decus vestrum ad ipsa sidera extulerit. Ergo et vos, quod rogamus, regi omni ope et miseratione dignissimo, terrae portionem, vobis inutilem, tribuite.

Respon-

populis, wir werden unserer Liebe/ die wir denen uns so günstigen Völkern schuldig sind/ nimmermehr vergessen. 10) memoriam huius rei accipient vltimi e nobis posteri, das Angedenken hievon wird auf unsere späteste Nachkommen fortgepflanzet werden. 11) reuocata - - transmittere, die alte guldene ruhige Zeiten wieder erneuren.

(Cap. XIII.) 1) regio cultus vestri alias exsors, ein Land das ihr ohnehin nicht bauet. 2) amplior terra est, quam necesse est vicinis premi, das Land ist zu gros / die Nachbar müssen scheel darzu sehen. 3) interclusus est mihi reditus ad meos, der Weg wieder zu den Meinigen zu kom-

Responsum a Dauniis 4) nihil sibi fas esse negare Telemacho, quo auctore meminissent se regem Polydamantem habere.

Hunc ergo in solitudine ad accipienda imperii insignia illico surrexerunt conquisitum; posteaquam ad condendum nouum regnum fertiles Arpini planities Diomedi tradiderunt. Fuit haec res sociis incredibili laetitiae, quippe partes suas hisce ex coloniis plurimum aucturis, si pessimo Adrasti exemplo Daunios finitimarum regionum nefaria libido inuaderet. Interea principibus 5) tota cogitatione adornantibus reditum, et ipse Telemachus, postquam Diomedi seni, afflicto Nestori, et Herculearum sagittarum digno heredi Philoctetae 6) amplexus vltimos iniecisset, inter vberes fletus cum milite suo profectus est.

Finis Libri Vigesimi Primi.

Rr FA-

men/ ist mir abgeschnitten. 4) nihil mihi fas est negare tibi, ich kan dir nichts abschlagen. 5) tota cogitatione adornare reditum, auf nichts mehr als auf den Abzug bedacht seyn: sich mit allem Ernst rüsten. 6) amplexus vltimos iniicere alicui, einen zu guter Letze umarmen: von einem Abschied nehmen.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.

CAPVT I.



Ardebat Telemachus intolerabili desiderio reuisendi in vrbe Salento Mentoris, et dehinc cum eodem ineundae in Ithacam nauigationis, quo genitorem non dubitabat rediisse. Ingressus salentinos agros satis mirari non potuit, videns regionem, quam incultam fere desertamque reliquisset, totam 1) horti diligenter instituti speciem, et opera-

(Cap. I.) 1) horti - - ostentare. einem wol angelegten

operarum ingentem multitudinem ostentare. Adorabat ergo in his vestigia Mentoreae sapientiae. Sub ipsum autem in vrbem ingressum aduertit numerum eorum artificum, quorum operibus voluptas humanae vitae alitur, 2) luxumque oppido defluxisse. 3) Offendebat hoc iuuenem, quippe ingenio cupido studiosoque 4) rerum, imperatoriam speciem ac dignitatem praeferentium. At continuo salubriora subiecit animus. Ibat in redeuntis occursum Idomeneus cum Mentore, quibus ipse procul visis simul tenerrimo gaudio coepit perfundi. Quamquam autem res prospere contra Adrastum gesserat, verebatur tamen, vt Mentoris arbitrio satisfecerit. Vnde quo ille fiebat propinquior, eo iuuenis erat 5) in obseruandis oculis venientis curiosior, 6) vtrum nihil praeferrent obiurgationis.

Continuo Idomeneus haud alio quam patris amplexu stringebat Telemachum. Inde se iuuenis Mentoris 7) ceruici lacrimasque affudit. Inter quae: satisfecisti mihi, Mentor inquit. Errasti non semel, non leuiter. Sed inde didicisti te ipsum noscere, et diffidere eidem tibi. Plus interdum prodest homini vituperio, quam laude gessisse digna. Haec quippe 8) tentant superbia animum, et 9) admiratione sui inficiunt; illa hominem sibi ipsi, simulque elapsam inter res secundas sapientiam restituunt. Quod superest: deos lauda; tu vero noli ab hominibus laudari.

Garten gleich sehen / und viele Arbeiter haben / die dasselbe bauen. 2) luxus defluxit, der Pracht / die Schwelgerey hat abgenommen. 3) hoc me offendit, das choquirt mich: gefällt mir nicht. 4) res, imperatoriam - - praeferentes, prächtige Dinge / die in die Augen fallen. 5) in obseruandis oculis alicuius curiosum esse, einem sorgfältig auf die Augen sehen. 6) vtrum - - obiurgationis, ob er nicht an denselben absehen könnte / daß er ihne bestrafen würde. 7) ceruici alicuius se lacrimasque affundere, einem mit Thränen um den Hals fallen. 8) superbia tentare animum, das Gemüth zum Hochmuth reitzen. 9) admiratione sui affi-

laudari. Praeſtitiſti grandia; at numquid viribus tuis? minime. 10) Nonne acciderunt illa tibi quaſi aduentitia, et non enata intra te, atque ita, vt potuerint temere feſtinatis conſiliis tuis diſſipari? Senſiſtin', te in alium quaſi hominem mutatum, leuatumque ſupra te Mineruae numine, vt, quae agebas tu, illa manu tua perageret? Illa, illa curſum imbecillitatum tuarum non ſecus atque 11) Nereus cohibitis procellis iratos fluctus ſtitit.

CAPVT II.

Interea dum Idomeneus 1) ad varia e Cretenſibus, qui cum Telemacho redierant, quaerenda cupiditate nouitatis prolabitur: Telemachus docentem Mentorem non ſegnius audiuit. 2) In omnes deinde partes oculos circumferens attoniti habitu, ad Mentorem: Viciſſitudinum, inquit, quae vbique ſe offerunt, cauſſam non capio. Salentum ergo mali quid abſente me paſſum? Quid illos ante meam profectionem luxus et ornamenta diſiecit? Non aurum, non argentum, non gemmas intueor. Veſtes nihil diuerſae a vulgaribus: aedificia minus ſpatioſa cultaque: 3) multatae artes et frequentia opificum. Salentum ſolitudo eſt.

Mentor ſubridens ſciſcitabatur, num conditionem obſeruaſſet vrbani ruris? Annuente Telemacho, ſe agriculturam florentem, et glebam, antea ſterilem, nunc probe ſubactam inſpexiſſe: Quid ergo tu praefers, ille ſubiicit, auro argentoque inſtructum oppidum cum inopi et neglecto ſolo? an cultum fertileque

cere aliquem, machen / daß ſich einer viel einbildet. 10) nonne - - aduentitia, war es nicht etwas zufälliges / das dir nur von auſſen zugekommen. 11) Nereus, ſ. Neptunus.

(Cap. II.) 1) ad varia quaerenda prolabi, allerhand anfangen zu fragen. 2) in omnes partes oculos circumferre attoniti habitu, gleich als erſtaunet überall herum ſehen. 3)

ſeque ſolum cum mediocri et bene morato oppido? Abundans ciuitas artificibus, quorum diſciplina opitulatur morum voluptati, monſtrum mihi eſt, cuius caput eximium et ſplendidum, corpus vero aridum eſt, 4) excluſum alimentis, et minime congruens. Veriſſimae regni diuitiae ſunt copia ciuium et alimentorum. Habet nunc Idomeneus populum innumerabilem, induſtrium, amplitudini limitum ſuorum ſufficientem abunde. Regnum eius totum vna nunc ciuitas; Salentum vero centrum duntaxat iſtius eſt. Homines, quorum in vrbe non erat vſus, hinc in 5) agros tranſtulimus, quibus deerant colentium manus. Augetur vbertas ſoli, quantum numerus eorum, qui colunt. Haec iucunda, haec pacata incrementa 6) plus me hercle regnis adiiciunt, quam alienigenarum occupati dominatus. Summa eius, quod iſta in vrbe egimus, eſt, quod artes ſuperfluas interdiximus, quibus tum pauperes abſtrahuntur ab agreſti opera, ex qua vera humanae vitae ſubleuanda neceſſitas; tum diuites deprauati ſuperbia et mollitie 7) vergunt in deterius. Ceterum nec artes ingenuas et vtiles, nec ad percolendas eas a natura idoneos impediuimus. Ergo Idomeneus nunc longe potentior eſt, quam cum 8) magnificentiae illius ſplendor te perculit. 9) Celabat is ſplendor putidam miſeriam, vniuerſum imperium paulo poſt ſubruituram. Nunc vero non plures modo ciues alit, ſed etiam commodius alit, et melius; qui quidem omnes

 10) rura

artes multatae ſunt, die Künſte ſind in Abgang gekommen. 4) excluſum alimentis corpus, ein Körper der an Nahrung Mangel leidet. 5) agri quibus deſunt colentium manus, Felder / die nicht Leute genug haben / welche ſie bauen. 6) plus regnis adiicere, die Reiche weit mehr vergrößern. 7) vergere in deterius, ſchlimmer werden. 8) magnificentiae ſplendor me percellit, der groſe Pracht ſezt mich in eine Verwunderung. 9) celabat - - ſubruituram, unter dieſem Glanz war lauter Elend verborgen / welches das ganze Reich in kurzem würde zu Grunde gerichtet haben.

10) rura ſua operaque manuum ſuarum putabunt ſibi defendenda. Itaque hoc imperium, quod tu prolapſum exiſtimas, exſurgens haud multo poſt 11) in admiratione totius Heſperiae verſabitur.

CAPVT III.

Cogita, Telemache, duas plerumque reperiri in ſummo imperio peſtes, quibus rariſſime 1) opponitur medicina. Prima eſt iniuſta et nimis violenta potentia, quam reges ſibi conſueuerunt aſſerere; altera vero luxus, quo quidem 2) ad bonos mores nihil importunius. Reges, qui ſe permittentes cupiditatibus, aſſueſcunt leges praeter ſupremae voluntatis ſuae libidinem nullas reuereri, agere poſſunt, quae libent. Sed ea ipſa res, quod agere poſſunt, quae libent, tentat violatque fundamenta, quam habent, potentiae. Agendi imperandique modum et rationem certam non amplius tenent. 3) Sudant ad palpandos eos omnium ſtudia. Non iam habent ſibi ſubditos, ſed mancipia, 4) quorum numerum dies decerpunt ſinguli. Quis verum docere? quis huic 5) torrenti imperare limites audeat? recedunt omnia. Mandant ſe latebris et triſti ſolitudini, qui pollent conſilio. Soli impetus improuiſae viciſſitudinis 6) bacchantem extra iuſtos fines potentiam ad aequitatis curſum poſſunt compellere.

10) rura ſua operaque manuum ſuarum defendere, auf ſeinen Feldbau / und Handarbeit mit Fleis ſetzen. 11) in admiratione omnium verſari, von jedermann bewundert werden.

(Cap. III.) 1) opponere medicinam peſti, einem Uebel abhelfen. 2) ad bonos mores nihil importunius eſt, es iſt denen guten Sitten nichts ſchädlicher / nichts mehr entgegen. 3) ſudant - - ſtudia, jedermann bemühet ſich nur ihnen zu ſchmeichlen. 4) quorum - - ſinguli, deren Anzahl von Tag zu Tag geringer wird. 5) torrenti imperare limites, dem Strom Einhalt thun. 6) bacchantem - - cur-

lere. At 7) quoties impetus, ad eamdem moderandum idonei, omnino percellunt etiam vna cum spe se reparandi! 8) Praesagitio ruinae oraculo certior est aequo altius prouecta potentia. Arcus est plus, quam patiatur, intensus, quem si resolutum non laxas, praeter opinionem diffringitur. At quis eum resoluet? quis laxabit? Atqui 9) tam lenis illecebra immoderatae potentiae Idomenei pectus omnino pessumdederat. 10) Exutus solio errorem tamen suum non exuit. Huc necesse fuit a diis nos mitti, vt eum dimoueremus de peruersa aestimatione huius et caecae, et 11) a modo, humanaque conditione abhorrentis potentiae. Quid? quod 12) mira quaedam censuerunt adiungenda, vt radios disciplinae nostrae oculi sponte caecutientis admitterent.

Alterum malum, idque perinde fere insanabile est luxus. Vt reges immoderata potentia; ita luxus corrumpit vniuersum populum. Et luxum quidem excusant, quod 13) egenorum obsequia victum possint ex sumtibus opulentorum hominum consequi. 14) Quasi vero pauperibus non liceret vtilius ali, si non doceant ingenia sua corruptelae diuitum, sed industriam suam agrorum fertilitati deseruire. Hac

 demum

sum propellere, die über die Gränzen ausschweifende Gewalt wieder in die rechte Ordnung bringen. 7) quoties - - se reparandi, wie oft geschiehet es, daß eben die Zufälle, wordurch eine Macht könnte gemäßiget werden, dieselbe vollends gar niederschlagen. 8) praesagitio - - potentia, von einer übermäßig hoch gestiegenen Macht kan man ganz gewiß vermuthen, daß sie ihrem Sturz nahe seye. 9) tam lenis - - pessum dederat, diese so reitzende Lust nach einer unmäßigen Macht hatte des Idomenei Herz gänzlich verderbet. 10) exui solio, von seinem Thron gestürzet werden. 11) a modo, humanaque conditione abhorrens potentia, eine unmäßige Gewalt, die keinem Menschen zukommt. 12) mira quaedam adiungere, gleichsam noch Wunder darzu thun. 13) egenorum - - consequi, Arme können dardurch, daß sie den Reichen dienen, sich von dem Aufwand derselben nähren. 14) quasi vero - -

demum ratione nationes integrae assuefiunt 15) inter fulcra humanae vitae reputare putidissima titiuillitia.

CAPVT IV.

Dies singuli nouas necessitudines parturiunt, rebusque plurimis aetatem praesentem adstringunt, quarum ne quidem nomen tempora paullo superiora nouerunt. 1) Audit hic luxus rerum adulterato nomine 2) limatum pulcritudinis iudicium, artium perfectio, nationis vrbanitas. Hoc vitium, quocum connectuntur cetera sine numero, 3) commendat se laude virtutis. Haec pestis manans a regibus serpit ad plebem infimam. Propinqui regis aemulantur eius magnificentiam: 4) premunt splendorem istorum proceres: proceribus se aequant, 5) quorum non vltra mediocritatem conditio: 6) mediocribus se inferunt minimi: 7) intra vires suas nemo quisquam se continet. Eas vltra prouehit alios fastus et diuitiarum iactantia, alios insanus pudor et cura celandae inopiae. Iam neque ipsi, qui mala satis intelligunt tam abominandae peruersitatis, tantum sapiunt, 8) vt occurrentes suo exemplo audeant

deseruire. gleich als wann sich die Arme nicht weit nüzlicher nähren könnten/ wann sie ihren Verstand nicht eben sowol auf das/ was die Reiche verderbt/ als vielmehr ihren Fleis auf den Feldbau richteten. 15) inter fulcra - - titiuilitia. die schändlichste und nichtigste Dinge als höchst nothwendig zum menschlichen Leben ansehen.

(Cap. IV.) 1) audire adulterato nomine, fälschlich den Namen haben/ führen. 2) limatum iudicium, ein geschärftes urtheil. 3) commendare se laude virtutis, sich mit dem Lob der Tugend schmücken: vor eine Tugend wollen gehalten werden. 4) premere splendorem alicuius, es einem an Pracht gleich thun wollen. 5) quorum - - conditio, die von mittlerem Stand sind. 6) mediocribus se inferunt minimi, denen von mittlerem Stand wollen die Geringste gleich gehalten werden. 7) intra - - continet, niemand will sich nach der Decke strecken. 8) vt - - primi, daß sie

ant hanc peſtem contrauenire primi. 9) Euertit ſe tota natio: collidunt ſe ſe permixti ordines. Cupiditas diteſcendi, ne deſit facultas ſplendidorum ſumtuum, tentat integerrimos animos. 10) Languent rerum omnium, ſi diuitias excipis, ſtudia. 11) Paupertati honeſtas detrahitur. 12) Eſto artium optimarum diſciplina eruditus, 13) ad res gerendas natus factusque, virtute ſingulari et prorſus eximia: 14) eſto magiſter praeceptorum, laureis et tropaeis conſpicuus vindex patriae, 15) ex aſſe deuotus ciuium ſaluti: 16) niſi ornamentis iſtis dignitatem opum affundat luxuria, 17) e plebis vltimae reiectaneis numquam emerges. Sed et illi, 18) quibus fere manus porrigenda ad ſtipem, 19) diuitiarum aucupantes nomen, more diuitum victitant. 20) Inde petuntur mutua: ſuſcipiuntur doli, nullaeque machinae, nullae praeſtigiae omittuntur ad exſculpendam pecuniam. Quis malis iſtis medebitur? Toti nationi 21) induendum nouum ingenium, noua conſuetu-

die erſte ſeyn wollen / die mit ihrem Exempel dieſem Verderben abhelfen / ſteuren. 9) euertit ſe - - ordines, die ganze Nation wird ruinirt / es iſt kein Unterſchied mehr unter den Ständen. 10) languent - - ſtudia, man bemühet ſich nach nichts / ohne nur nach Reichthum 11) paupertati honeſtas detrahitur, Armut wird vor eine Schande gehalten. 12) eſto - - eruditus, geſezt du ſeyeſt in den ſchönſten Wiſſenſchaften unterrichtet. 13) ad res gerendas natus factusque, aufgelegt / vollkommen tüchtig etwas rechtes auszurichten. 14) eſto magiſter praeceptorum, geſezt du ſeyeſt im Stand / andere aufs beſte zu unterrichten. 15) ex aſſe - - ſaluti, du habeſt dich ganz zu dem Heil deiner Bürger aufgeopfert. 16) niſi - - luxuria, wo du nicht bey allem dieſem auch ein Vermögen haſt / gros damit zu thun. 17) e plebis - - emergere, immer unter den geringſten Pöbel gerechnet werden; niemal empor kommen. 18) quibus - - ad ſtipem, denen es bald noth wäre / das Bettelbrod zu geben. 19) diuitiarum aucupari nomen, vor reich paſſiren / gehalten werden wollen. 20) inde petuntur mutua, daher machet man Schulden. 21) induere alicui nouum ingenium, einem einen ganz andern Kopf aufſetzen: eines Sinn / Nei-

ſuetudo; aliae leges conſtituendae. Ad iſta autem cui facultas ſuppetit, niſi regi, intelligenti rerum plane omnium, qui nouerit amatoribus luxuriae frugalitatis exemplo afferre verecundiam, meliora ſapientibus animum, plurimum vtique gauiſuris, 22) ſi moderationi ſuae honeſtas regiae auctoritatis acceſſerit?

Philoſophantem in hanc ſententiam Telemachus fere audiebat, 23) vt qui ſibi e graui ſopore reſtituitur. Quae a Mentore diſputabantur vera, 24) comprehenſa mandabat animo, vt ductus ſuos peritus artifex marmori, cum delicate ſpirantis habitum eidem affingit. Finienti ſermonem nihil reſpondit. Sed repetitis apud animum ſuum, quae a Mentore fuerunt prolata, quidquid in vrbe aliam formam acceperat, oculis percurrit.

CAPVT V.

Spectatis omnibus: Inter reges, inquit, Idomeneum ſapientiſſimum effeciſti. Alius rex, alius populus eſt. 1) Antecedit ſane immenſis ſpatiis tuum hoc facinus noſtras nuper victorias. Multum iuuant bellorum ſucceſſus fortuna et armorum potentia. 2) Admittendi ſunt in ſocietatem victoriae etjam gregarii. At vero huius gloriae, quam es adeptus, ſocium tu habes neminem. Tu vnus regem, tu populum vniuerſum, tu 3) phalanges peruerſitatum

gung ganz ändern. 22) ſi moderationi - - acceſſerit, wann ſie an dem König ſelbſt ein anſehnliches Muſter der mäſſigen Lebens-Art vor ſich haben. 23) vt qui - - reſtituitur, wie einer der aus einem tiefen Schlaf zu ſich ſelber kommt. 24) comprehenſa - - affingit, er prägte ſich das geſagte ſo tief ein/ als wie ein geſchickter Künſtler ſeine Züge in den Marmor/ wann er ſolche recht lebhaft vorſtellen will.
(Cap. V.) 1) antecedere immenſis ſpatiis, unendlich weit übertreffen. 2) admittendi - - gregarii, man muß auch den gemeinen Soldaten ihren Theil von dem Sieg zukommen laſſen. 3) phalanges peruerſitatum debellare, die gan-

tum debellasti vnus. Cursum item ac euentum armorum grauat calamitas atque inuidia. Hic vero 4) omnia spirant opus caelestis sapientiae. Omnia placida, pura, idonea ad alliciendas voluntates, et 5) loquentia auctoritatem, quam in homine non reperimus. Mortales, qui laudis incitantur desiderio, cur eam ex beneficentia et bonitate non petunt? Quam peruerse metiuntur verum decus, si gloriam stabilem e terrarum populationibus et stragibus hominum sibi putent nascituram.

Mentor 6) sensum mirae voluptatis praeferebat vultu, cum videret Telemachum hac aetate, 7) cui tam alioqui familiare, obrui comparandae laudis illecebra, vanam de gloria armorum opinionem deposuisse. Vnde postea addidit: bona quidem esse et probanda, quaecumque aspiceret. Ceterum meliora adhuc posse constitui: Nam Idomeneus, inquit, tametsi cupiditatibus suis egregie resistens, atque de legibus imperandi sollicitus, multis adhuc erroribus conflictatur, qui ex prioribus, ceu tristi scatebra, manant. 8) Credas homines, cum auertuntur a vitiis, iisdem tamquam insequentibus premi. Perseuerant, et diu satis, prauae consuetudines, ingenium lubricum, errores inueterati, praeiudicia seu 9) opiniones ante imbibitae, vix mouendae ex animis. Beati, qui errore numquam sunt lapsi. Etenim his longe planior se sternit ad bonum

ze Hauffen der unarten bestreiten. 4) omnia - - sapientiae, man spühret in allem handgreiflich eine himmlische Weißheit. 5) loqui auctoritatem - - reperimus, von einem mehr als menschlichen Ansehen überlaut zeugen. 6) sensum mirae voluptatis praeferre vultu, sich das Vergnügen in dem Gesicht anmerken lassen. 7) cui tam - - illecebra, der sich sonst so gern von Begierde nach Ruhm allzuviel einnehmen liesse. 8) credas - - premi, es scheint, die Laster setzen den Leuten doch immer noch zu, wann sie sich gleich von denselben losmachen wollen. 9) opiniones ante imbibitae, die Meynungen, die man vorher eingesogen.

num via. A te quidem, Telemache, quam ab Idomeneo, plus exigent dii. Nam et inter amplexus veritatis adoleuisti, et numquam permissus es lenocinio nimium indulgentis fortunae.

CAPVT VI.

Ceterum Idomeneo non deest sapientia, non illustre ingenium. Verum 1) intentior ad singulas minutias et singularia, 2) minus recte contemplatur summam et caput rerum ad se pertinentium, vt speciem quamdam formamque earum perfectam effingat in animo. 3) Principis disciplina non versatur in eo, vt singula ipse conficiat. 4) Pinguis et incondita vanitas est aut sperare, se assecuturum, quae intendit animo; aut credi velle, se ad assequenda illa idoneum. Imperare rex debet eligendo et instituendo eos, qui praesunt cum ipso, vnaque imperant. Perperam rebus singulis admouet manum: sic enim 5) officia occupat exequenda a suis. Itaque rationem duntaxat rerum, quae actae sunt, debet exigere, satisque instructus esse a prudentia, vt, quam reddunt negotiorum procuratores rationem, introspiciat penitus. Praeclarum imperium est, 6) deligere et adhibere, quantum a natura sunt comparati factique, sui administros imperii; summum vero illud, bene regere, qui regunt vna. Obseruandi sunt, continendi sunt: corrigendi, incitandi, extollendi, amouendi sunt; transferendi deni-

(Cap. VI.) 1) intentior - - singularia, weil er mehr auf Kleinigkeiten/ und jede besondere Umstände gerichtet ist. 2) contemplatur minus recte summam - - pertinentium, er überlege nicht genug das Hauptwesen / das ihn angehet. 3) Principis - - eo, das ist eben nicht eines Regenten Sache. 4) pinguis - - vanitas, eine grose und unvernünftige Eitelkeit. 5) officia occupare exequenda ab aliis, andern in ihr Amt greifen. 6) deligere - - imperii, einen jeden der mitregieren helfen solle/ auszulesen/ und sich nach sei-

denique, et semper habendi in potestate. Omnia et singula subiicere velle suae ipsius industriae, diffidentiam redolet, et putidam sollertiam, 7) inuidiamque gignit ostentationis ingenii, ingredientis in singula: quibus deperditur 8) bonum otium et libertas animi, geminum ad maiora negotia non modo subsidium, sed et fulcrum. Quippe res magni momenti pensaturis opus est 9) animus liber et compositus. 10) Vacandum est meditationibus rerum tempore vacuo, et cum mentem non distrahit cura ambigui negotii. Exhaustus sollicitudine ad rerum singularum minutias animus instar faecis se habet de vino, 11) quae nec acris ad gustum, nec exquisita est. Qui regnum administrant cura singularium, 12) mentem circumscribunt praesentibus: 13) excurrere ad futura non sinunt. 14) Semper impliciti rebus diei, in quam incidunt, istis duntaxat se commodant: istis insudant: istis cogitationem totam affigunt, etsi nec plenam, nec integram. Neque enim iudicium integrum ferre de rebus licet, nisi omnes simul comparatae certum redigantur in ordinem, 15) vt iusta quadam serie connexae inter se congruant.

CA-

ner Fähigkeit dessen zu bedienen. 7) inuidiam - - singula, erwecket einen Neid darüber / weil es scheinet / als ob man mit seinem alles durchdringenden Verstand gros thun wollte. 8) bonum otium, Zeit / Ruhe. 9) animus compositus, ein ruhiges / gesetztes Gemüth. 10) vacandum - - negotii, man muß sich müssige Zeit nehmen die Dinge zu überlegen / und wann das Gemüth nicht in andere zweifelhafte Sorgen zerstreuet ist. 11) quae nec - - est, welche weder Geist und Stärke / noch Annehmlichkeit mehr hat. 12) mentem circumscribere praesentibus, das Gemüth nur auf das Gegenwärtige einschränken / richten. 13) excurrere ad futura, auf das Zukünftige denken. 14) semper - - se commodant, sie verwicklen sich nur immer auf die Dinge eines jeden Tages / darinnen sie leben: nach diesen richten sie sich. 15) vt iusta - - congruant, daß sie in einer richtigen Reihe an einander hangen.

CAPVT VII.

Hoc imperandi praeceptum qui negligit, par eſt fidicini, qui ſonos optimos ſymphoniae ſigillatim tentat et inuenit, ſed 1) iuſto eos concentu committere non ſtudet. Par eſt architecto, qui 2) partes ſuas putat adminiſtratas quam optime, ſi prodigioſas columnas, ſaxaque affabre exciſa congeſſit magno numero, nondum 3) in mente deſignata ſpecie et proportione concinnandi aedificii. Dum 4) laxat neceſſaria ad aulam ſpatia; non meminit, ſcalae amplitudinem congruere debere aulae amplitudini. Dum 5) partes domus molitur praecipuas; 6) nihil ſubit de area, nihil de porta principe. Totum opus nihil niſi congeries eſt ſplendidarum, quarum nulla propter alteram eſt fabricata, partium. Itaque tantum abeſt, vt artifici ſuo ſit honorificum, vt potius monumentum exiſtat ignominiae, ex quo intelligent poſteri, fabrum non ſatis prudentem fuiſſe ad 7) deſtinati operis imaginem recte concipiendam. Eſt hoc ſignum anguſtis finibus incluſae et alienis viribus ſubleuandae intelligentiae. 8) Qui ingenium eſt nactus, intra cancellos recularum ſingularium duntaxat induſtrium, nihil poterit, 9) niſi brachiis alienis, efficere. Certum habe, Telemache! adminiſtrationi regnorum tam neceſſaria eſt harmonia quaedam et iuſta proportio, quam illa muſicae, haec architecturae. Quod-

(Cap. VII.) 1) ſonos iuſto concentu committere, die Töne in einen richtigen Accord bringen. 2) partes - - optime, er meynet, er habe ſeine Sach recht gut gemacht. 3) in mente deſignare, einen Ueberſchlag machen in ſeinem Sinn. 4) laxare - - ſpatia, den nöthigen Platz zu einem Saal erweitern. 5) partes domus moliri praecipuas, die vornehmſte Theile des Hauſes zu erbauen bedacht ſeyn. 6) nihil ſubit de etc. er denkt nicht an ꝛc. 7) deſtinati - - concipere, ſich einen rechten Begrif von dem vorgehabten Werk machen. 8) qui ingenium - - induſtrium, wer nicht weitere natürliche Tüchtigkeit hat, als nur auf einzele Dinge Stückweis zu denken. 9) niſi brachiis alienis, ohne fremde

Quodsi velis, me porro comparationi, quam ex his artibus petebam, insistere: docebo, quam 10) non superent vulgi ingenium, 11) qui praesunt, singularibus affixa cura. Qui in 12) iusto vocum concentu nonnullas tantum partes modulatur, simpliciter cantor est, quamuis canat perite. Qui autem totum concentum dirigit, eiusque partes omnes concinnauit, ille magister artis habetur musicae. Sed et qui excidit columnas, vel educit parietem, 13) nondum eximitur aut numero aut nomini illorum, qui vacant et manus admouent murali structurae. Ille scilicet vnus architectus est, qui totum opus inuenit, eiusque partes omnes combinauit animo. Ergo nec illi regnant, seu reges sunt, qui laborant; qui imperata exequuntur, et pleraque negotia conficiunt. 14) Operarii duntaxat sunt, vocati in partem operae, non potestatis. Vnus ille rex et praeses reipublicae ac velut quidam deus est, qui, dum agit nihil, facit, vt agantur omnia; qui meditatur, qui excogitat; qui prospicit futura, reuoluit praeterita; qui ordinat, et 15) normae proportionis cauet; qui 16) se longe post venturis accommodat; qui assidue contendit obluctari fortunae, vt natans aduerso torrenti; qui denique noctes diesque vigilat, ne quid cogatur 17) arbitratui sortis permittere.

CA-

Hülfe. 10) non superare vulgi ingenium, nicht weiter als der Pöbel denken. 11) qui praesunt, Regenten. 12) iustus vocum concentus, ein musicalisches Concert. 13) nondum - - structurae, verdienet zwar unter die Maurer gezehlet, und genennet zu werden. 14) operarii - - potestatis, sie sind nur Handlanger, die helfen arbeiten, nichts aber zu befehlen haben. 15) normae proportionis cauere, machen, daß alles in eine gleiche Ordnung kommet. 16) se longe post futuris accommodare, weit auf das Künftige hinaus bedacht seyn. 17) arbitratui sortis aliquid committere, etwas auf das blosse Glück ankommen lassen.

CAPVT VIII.

Putasne, Telemache, 1) peritissimum quemque pingendi labori toto 2) insudare die, quo citius opus, quod prae manibus habet, perficiat? Profecto id genus tormenti, haec 3) crassa obnixaque laboris contentio 4) facultatem fingentis animi eius ita offenderet, vt nihil dehinc suppeditaret illius industriae. Quae ab eo fiunt, fieri debent 5) praeter propositum, cursim, 6) vt animus fert et calens impetus. Aut certe terendis coloribus, accommodandis penicillis dat otium? Tironum haec pensa sunt; ipsius vero meditari, inuenire. 7) Quod ab illo tota cogitatione suscipitur, sunt 8) ductus audentiore penicillo describendi, 9) qui addunt imagini generosum ingenuumque habitum, vitam, et, qui congruat, sensum. Ille cogitata, ille mentem induit heroum, 10) quos it expressum coloribus. Toto animo in eorum regreditur tempora; et velut ereptus sibi, 11) in eodem, quo ipsi fuere, articulo se rerum constituit. 12) Ad hunc quasi diuinum animi afflatum adhibenda ex disciplinae institutis prudentia, qua cohibeatur intra iustos limites, ne quid falsum seu erraticum, vel mendosum, aut male

le

(Cap. VIII.) 1) peritissimus quisque pingendi, ein geschickter Mahler. 2) insudare labori, sich Mühe geben über seiner Arbeit. 3) crassa - - contentio, eine harte beständige Bemühung. 4) facultatem - - offendere, die Einbildungs-Kraft schwächen. 5) praeter propositum, ohne mühsame Zubereitung. 6) vt animus - - impetus, je nachdem ihn die Lust ankommt/ und treibet. 7) quod - - suscipitur, das worauf er sein einiges Denken richtet. 8) ductus - - describendi, daß er die Züge frey hin mache. 9) ductus - - sensum, Züge/die einem Bild eine edle und eigentliche Art geben/ und dasselbe recht lebhaft / und nach seinen Leydenschaften geschickt vorstellen. 10) quos - - coloribus, welche er durch die Farben vorstellen will. 11) in eodem - - constituit er sezt sich vollkommen in eben die Umstände/ in welchen jene gewesen sind. 12) ad hunc - - prudentia,

le congruens cogitanti ſubiiciat. Jam ad efficiendum bonum principem, quam pictorem, minore putas opus eſſe aut incitatione afflatuque ingenii aut facultate animi? Ex his ergo ſtatues, regis eſſe meditari, exempla concipere maiorum operum ac negotiorum, viros denique idoneos eligere, quibus ea curanda recte committat.

Haec diſſerenti Telemachus: equidem videor mihi, inquit, aſſequi ſatis, quae doces. At 13) ſi haec in gerendis rebus tenetur ratio, regem frequenter hallucinari neceſſe eſt, quippe qui 14) ſe cuiuis rei curandae ſigillatim non tribuit. Quin tu, Mentor inquit, hallucinaris ipſe. Ipſa vniuerſalis intelligentia regnum adminiſtrandi vetat hallucinari. Qui tam arte carent gerendi negotia, quam facultate internoſcendi ingenia, continenter incedunt, vt qui in tenebris. Fortuitum eſt, eos errore non labi. Quid quaerant, quid intendant animo, ne ipſi quidem intelligunt. Diffidere tota eorum eſt diſciplina. Honeſtiſſimum quemque, contradicere qui audet, 15) habent ancipitis fidei, et magis, quam, qui blanditur, praeſtigiatorem.

CAPVT IX.

Contra qui ad imperium probe ſunt inſtituti, 1) nec rudes ingeniorum, ſciunt, quid ab his contendere, et quomodo debeant, quod contendunt, obtinere. Satis intelligunt, ſummatim certe, num ad deſtinata idonei, quorum 2) operam conduxere? Vtrum recte, quod poſtulantur, introſpiciant,

Sſ

zu dieſem innern gleichſam Göttlichen Trieb muß er nach den Regeln ſeiner Kunſt Klugheit anwenden. 13) ſi haec - - ratio, wann man ſeine Regierungs-Art alſo einrichtet. 14) ſe cuiuis - - tribuere, eine jede Sach einzel nach allen Stücken beſorgen. 15) ancipitis fidei aliquem habere, einen im Verdacht der Untreue haben:

(Cap. IX.) 1) non rudem eſſe ingeniorum, die Gemüther kennen. 2) operam alicuius conducere, einen in ſeine Dien-

ciant, vt ne 3) fallat successus instituti consilii. Adde, quod seorsum non implicant se cuilibet grauiori negotio. Ergo tanto minus obstat, quin caput et summam rei, quae agitur, 4) vno quasi emetiantur obtutu, videantque, vtrum successus eius ad consilium primarium conducant. Si quandoque contingat illos hallucinari: 5) parum inde deterius habet, quod ea in re est praecipuum. Porro 6) inuidiolas defendunt suo ab animo, argumentum angusti et ignobilis ingenii. Manifestum ipsis est, sine errore res grandiores geri non posse, quoniam gerendae per homines, 7) quorum tam solemnis industria errorem obiicere. Perniciosius est, ob errandi suspicionem nihil statuere, quam 8) modicum errorem aliena malitia admittere. Sat magna felicitas, tantum in mediocribus falli. 9) Neque enim haec obstant rei, quae agendorum est caput; quod quidem vnice curandum est principi. Detectae quidem fraudi haud sane danda impunitas. At expectanda subinde fraus etiam vere illam conanti defugere. 10) Nihil officina subducit vel oculis artificis vel operae. At ipsa amplitudo imperii regem vetat videre et agere singula. Agere tantum debet, 11) quae curam vicariam respuunt; et videre, 12) quae ad diiudicanda grauiora pertinent.

Postre-

ste nehmen. 3) fallit successus instituti consilii, das Vorhaben schlägt fehl / oder mißlich aus. 4) vno obtutu aliquid emetiri, etwas auf einmal übersehen. 5) parum - - praecipuum, das Hauptwesen leidet wenig Schaden darbey. 6) inuidiolas - - animo, sie lassen keinen niederträchtigen Neid bey sich aufkommen. 7) quorum - - obiicere, welche so gerne pflegen andere in Irrthum zu stürzen. 8) modicum - - admittere, einen geringen Fehler aus Verleitung eines andern Bosheit begehen. 9) neque - - caput, das hindert an der Hauptsache nichts. 10) nihil - - operae, in einer Werkstatt kan nichts vorgehen / das der Meister nicht sehe / oder unter seine Hände bekomme. 11) quae - - respuunt, was kein anderer an seiner Statt besorgen kan. 12) quae ad - - pertinent, was eine wichtigere Entschei-

Postremo Mentor significauit Telemacho: deos illi fauere, et destinasse imperium, quod totum videatur ab ipsa sapientia constitutum. Hic loci quaecunque intueretur, magis ad eum erudiendum, quam Idomeneum illustrandum in hunc adducta ordinem fuisse. Leges optimas, quibus admiraretur Salentum nunc regi, praemonstrare duntaxat speciem rerum, quas, si 13) virtutem suam aequaret illustri fato, quondam esset suscepturus in Ithaca. Et iam tempus est, inquit, cogitandi de nostro hinc abitu. Excipiet profecturos paratum a rege nauigium.

CAPVT X.

Nec morabatur Telemachus, quo esset ad ista animo, ostendere. Ceterum 1) minus liber erat sensum explicantis suum habitus, ob voluntatem scilicet procliuem ad aliquid, quo Salentum carum ipsi esse occeperat. Dabis, inquit, forsan crimini, quod, cum peregrinum me esse meminerim, hic 2) in amores aequo facilius defluam. At 3) numquam deesset, quod mihi obiiceret animus, si celare te vellem, me amare Antiopen, Idomenei filiam. Non est, amice, haec caeca cupiditas, quali me in insula Calypsus exsolueras. Scio, quod amanti inflixit Eucharis, quam fuerit 4) non negligendum vulnus. 5) Ipsum adhuc nomen illius non prodit his labris innoxium. Nondum eam deleuit temporis diuturnitas, non absentia. Moneor ergo hoc tristi vsu memet habere suspectum. At enim alia

 sunt,

dung erfordert. 13) virtutem suam aequare illustri fato, sich dem Ruhm seines Schicksals der Tugend nach gemäs bezeugen:

(Cap. X.) 1) minus - - habitus, er war nicht recht so keck seines Herzens Meynung heraus zu sagen. 2) in amores aequo facilius defluere, sich allzu leicht zur Liebe verleiten lassen. 3) nunquam - - animus, ich hätte einen beständigen Vorwurf. 4) non negligendum vulnus, keine geringe Wunde. 5) ipsum - - innoxium, ich kan ihren Namen

ſunt, quae ab Antiope ſentio. Non is ſtolidus amor, ſed voluntas, admiratio, et inuicta perſuaſio quaedam animi eſt. Felicem me, ſi vitam meam contingeret cum illa tranſigere. Si genitorem mihi reddent immortales dii; ſi nolent ſolitarium Telemachum eſſe: ſponſam mihi legam Antiopen. Amandi cauſſae mihi ſunt taciturnitas, modeſtia, continentia, labor aſſiduus, induſtria, qua 6) lanae et acui admouet manus; diligentia inde ab elata genitrice curandi rem domeſticam, 7) neglectus apparatuum muliebrium, aeſtimatio pulcritudinis ſuae luculenter nulla. Iuſſam a genitore 8) ad tibiae numeros praeſultare Cretenſibus puellis, 9) germanam credas laetae Veneris, Gratiarum ſtipante comitatu. Ab eodem ducta venatum, auguſto habitu et iaculandi dexteritate 10) Dianam aſſequitur, inter numeroſum 11) Dryadum famulatum exſultantem. Atqui ipſa ſola, quod ceteri admirantur, ignorat. Templum deorum ſubiens cum libationibus, 12) exceptis caniſtro haerente in capite, credi me hercle poſſit ipſa numen eſſe, ad quod adorandum ſe agit. Et qua 13) pietate operantem videmus diuinae rei, propitiare deos, quando aut expiandum crimen, aut amoliendum triſte omen? Conſidentem in grege feminarum cum aureo radio, 14) pro Minerua ſalutauerim, quae induta humanam ſpeciem, terrigenas libe-

noch nicht nennen / ohne Gemüths-Unruhe. 6) lanae et acui admouere manus, in der Wolle und mit Sticken arbeiten. 7) neglectus - - nulla, keine ſonderliche Achtung vor den weiblichen Schmuck / noch groſe Einbildung auf ihre Schönheit. 8) ad tibiae numeros praeſultare puellis, unter dem übrigen Frauenzimmer im Tanzen den Reyhen führen. 9) germanam credas laetae Veneris, man meynte ſie wäre eine Schweſter der Venus. 10) Dianam aſſequi, der Diana gleich kommen. 11) Dryades, der Diana Nymphen. 12) exceptis - - capite, welche ſie ſelbſt in einem Korb auf dem Haupte trägt. 13) magna pietate operari rei diuinae, mit groſer Andacht den Gottesdienſt verrichten. 14) pro Minerua ſalutauerim, ich glaubte faſt / ſie wäre die

liberalibus disciplinis instituit. Illa ceteras hortationibus animat: molestiam mitigat, nauseamque laboris abolet eximia vocis dulcedine, qua 15) mira deorum recenset. 16) Non exquisitius, non delicatius penicillus descripserit, quae ipsa acu. Felix, 17) cuius vitae hanc consortem amabili vinculo Diphthera adiunget. Non habebit, quod metuat, nisi aut illam amittere, aut 18) viuendo superare.

CAPVT XI.

Deos, amice, testor, me profectionem nihil abnuere. 1) Eumdem quidem amori Antiopes et vitae meae decreui finem. Ceterum itineri nostro nec momenti ponet moram. Quodsi alium illi sponsum 2) dii, ego in aeterno luctu ero. Abibo tamen, et nunc quidem; etsi non ignarus, illa me priuari per absentiam posse. Amorem hunc meum et ipsam, et parentem ipsius celabo. Huius te solum fas est mihi conscium esse, 3) donec recuperato solio Vlyssis consensus aliud nato permiserit. Atque ex his, dilecte Mentor, facile perspicies, quantum intersit inter hanc meam voluntatem et illum impetum animi, quo me 4) caecutientis more in Eucharin dolebas abreptum.

Perspicio, Mentor interiicit, quantum intersit inter vtrumque. Antiope lenis, sine dolo, et prudens est: non auersatur laborem: nouit tacere et

 agere

Minerva. 15) mira deorum recensere, die Wunder der Götter besingen. 16) non exquisitius - - acu, man könnte nicht schöner mahlen / was sie stickt. 17) cuius - - adiunget, wer diese zur Ehegattin bekommt. 18) viuendo superare aliquem, einen überleben.

(Cap. XI.) 1) eundem - - finem, ich werde die Antiope nicht ehe aufhören zu lieben / als in meinem Sterben. 2) dii, sc. dederint, concesserint, 3) donec - - permiserit, bis Ulysses wieder zum Thron wird gekommen seyn / und mir seinen Consens hierzu geben. 4) caecutientis more in ali-

agere omnia ex continenti ordine, ac cum moderatione. Semper occupata, ſemper tamen libera eſt, quia reddit ſingula ſuis temporibus. Domeſticus ordo ac nitor eam adornat, et magis, quam oris, qua praeſtat, elegantia. Curat familiam; quodque muneris eius eſt, 5) plerisque feminis inuidiae, corrigit, obiurgat, dat repulſas petentibus, moderatur ſumtus: amatur tamen a tota familia. 6) Cuius quidem haec ratio eſt, quod nec immoderata affectio animi, nec contumacia, nec leuitas, 7) cognata femineo generi mala, dominentur in virgine. Iactu oculi docet, quid velit. Timetur eius offenſa. Mandata ſua diligenter definit, eaque agentium accommodat viribus. 8) Appellat de perperam commiſſis ſine bile, appellatos benignis hortatibus confirmat. Collocat in ea cor Idomeneus, vt fere viator in molli gramine ſubter vmbras reficiendos artus. Recte amas, mi iuuenis. Theſaurus eſt Antiope, inueſtigandus, etiamſi remotiſſima regna eum occulerent. 9) Non ingenio, non pulcritudini ſuae indulget luxuriem; 10) reſtringit vim animi, quamuis expeditam promptamque, modeſtia. Loquitur, quando, et quantum petit neceſſitas: 11) dulcis ſuada ex ore loquentis fluit, et lepos non arte quaeſitus, ſed in labiis ſponte enaſcens. Ad dicendum vt primum os aperit, conſequitur eorum, qui adſunt, ſilentium; ex eo autem ipſius verecundia, vt parum

quam abripi, blinder Weiſe in eine verliebt werden. 5) plerisque feminis inuidiae, zum Verdruß dem meiſten Frauenzimmer; ſo daß ſie darüber von ihnen beneidet wird. 6) cuius - - eſt, welches daher kommt. 7) cognata - - mala, die bey dem Frauenzimmer gar gemeine Uebel. 8) appellare de - - bile, einen wegen einem Fehler ohne Erbitterung anreden/ beſtrafen. 9) non ingenio - - luxuriem, ſie liebt bey ihrem Verſtand und Schönheit keine Ueppigkeit. 10) reſtringere - - modeſtia, bey ſeinem ſonſt muntern und lebhaften Geiſt doch wiſſen an ſich zu halten. 11) dulcis - - enaſcens, es iſt alles überaus zierlich/ was ſie

parum absit, ne, animaduersa diligentiore audientia, a coepto sermone desistat. 12) Vocem dicentis plane audire potuisse multi operis fuit.

CAPVT XII.

Meministin', Telemache, cum a genitore intromittebatur? Adfuit humi defixis oculis, et velata plurimum. Sermonem duntaxat orsa est, vt Idomenei 1) indignationi intercederet, 2) mancipium destinantis graui supplicio. Laudabat primo, quae decreuerat pater. Deinde 3) admouebat idonea mitigandae iracundiae. Postremo exhibens, quae videbantur ad excusandum reum esse, quamquam non ostendebat, iram concepisse maiorem delicto, adduxit ad aequitatem et misericordiam. 4) Non Thetis spumas placidius detrahit iratis fluctibus, cum Nerei canos obit muliebri illecebra, quam Antiope genitori aestum concitati animi. Quamquam autem aliquando nec ius vllum potestatis sibi vindicabit, nec animis imperante gratia sua abutetur: mentem tamen sui quondam coniugis reget aeque leui opera, atque nunc, cum 5) lenissimos concinnat sonos, lyram. Recte amas, inquam, mi iuuenis. Hanc te dii volunt. Prudenter amas. At expectandum, dum Vlysses iunget tibi. Recte

Ss 4 item

redet/ und darbey nichts affectirtes/ sondern alles natürlich. 12) vocem - fuit, wir sind mit harter Mühe darzu gekommen/ daß wir sie einmal recht reden hörten.

(Cap. XII.) 1) indignationi alicuius intercedere, einen in seinem unwillen begütigen. 2) mancipium - - supplicio, da er einen seiner Sclaven hart strafen wollte. 3) admouere idonea mitigandae iracundiae, solche Beweggründe vorbringen/ die den Zorn besänftigen möchten. 4) non Thetis - - animi, nicht die Thetis kan die Wellen des wilden Meers freundlicher stillen/ wann sie den alten Nereus liebreich streichelt/ als die Antiope das Gemüth ihres erzürnten Vaters begütigte. 5) lenissimos concinnare sonos,

item amorem illam celabas tuum. 6) Etsi autem per ambages, a te inuestigatas, cogitatio tua peruenisset ad eius animum, hac reiecta certe 7) in admiratione tui refrixisset. Numquam illa sponsum suo, sed patris arbitratu accipiet. Sed neque accipiet, nisi qui et deos et quaecunque decent, obseruet. Attendistin', post reditus tuos, quam antea, 8) comparere minus; 9) minus etiam indulgere oculis? Nouit, quae in bello gessisti prospere. Nouit genus tuum, euentus vitae, beneficiaque a diis tibi praestita. Atqui propterea tecum modeste et caute agit. Eia Telemache! in Ithacam! Meum adhuc est, efficere, vt rursus genitorem aspicias, teque comparare satis, vt hanc lectissimam obtineas; quae etiamsi non inter regii genitoris adoleuisset brachia, sed in rigidis 10) Algidi pascuis, felicem tamen beatumque te sponsum efficeret.

Finis Libri Vigesimi Secundi.

FA-

sehr lieblich auf den Saiten spielen. 6) etsi - - animum, wann du ihr diesen Gedanken auch nur von weitem hättest suchen in etwas zu eröffnen. 7) in admiratione alicuius refrigescere, einen nicht mehr so hoch achten. 8) comparere minus, sich nicht mehr so viel sehen lassen. 9) minus indulgere oculis, seine Augen weit mehr an sich halten. 10) Algidus, ein kaltes Gebürg.





FATA TELEMACHI, FILII VLYSSIS.

LIBER VIGESIMVS TERTIVS.

CAPVT I.



Idomeneus ſuſpicabatur, profectionem hoſpitibus ſuis in animo eſſe. Quare omni eam conſilio producere conſtituit. Iam controuerſiam enarrabat Mentori, quam ſine eo non poſſet dirimere, inter Deophanem, Iouis conſeruatoris et Heliodorum, Apollinis ſacerdotem, ortam ſuper ominibus, quae ex auium volatu et extis hoſtiarum collegerant. At Mentor: 1) quid, inquit, te ſacris inſinuas? Quin

S ſ 5 2) iudi-

(Cap. I. 1) quid te ſacris inſinuas? was miſchſt du dich in

2) iudicium transfers eorum in Hetruscos, quos et vetustissimorum oraculorum 3) traditio et 4) afflatus animi interior interpretandis diuinis accommodat? Puto ego, auctoritatem tuam ponendam in eo, vt ipsa 5) initia huius modi obruas dissidiorum. Quod dum agis, ostende, te 6) nec studio partium, nec praeuia opinione duci. Satis sit tibi curare, 7) vt re iudicata stetur. Memento regem obnoxium esse religioni, atque 8) alienum ab eo, sacris vmquam moderari. A diis religio est et 9) altior sceptris. Cuius si rectores, non custodes reges sunt, fit e religione mancipatus. Quippe reges hac sua potentia et hac imbecillitate ceterorum mortalium 10) si ad caussas religionis admittantur iudicandas: periculum est, ne omnia cogantur 11) regum obsecundare sentiendi libidini. Id genus controuersias ergo amicis deorum cede; auctoritatem vero, quanta polles, contrahe ad reprimendos eos, qui 12) iugulatum ibunt pronunciatam sententiam.

Postea Idomeneus multis caussis priuatorum aiebat se 13) vrgeri, turbarique. Iterum Mentor: Tu qui-

Dinge/ die den Gottesdienst betreffen? 2) iudicium transferre in aliquem, einem das Urtheil überlassen. 3) traditio, die mündliche ungeschriebene Lehre von göttlichen Dingen/ die man von den Alten her empfangen zu haben vorgiebt: tradition. 4) afflatus animi interior, die innerliche Einsprache: inspiration. 5) initia dissidiorum obruere, die Mishelligkeiten gleich in ihrer ersten Brut dämpfen. 6) nec studio - - duci, weder mit Partheylichkeit/ noch Vorurtheilen eingenommen seyn. 7) vt re iudicata stetur, daß es bey der Entscheidung der Sache bleibe: daß man darob halte. 8) hoc alienum a te est, das kommt dir nicht zu. 9) altior sceptris, über die Gewalt irrdischer Regenten. 10) si ad - - iudicandas, wann ihnen die Gewalt gelassen werden sollte/ von Religions-Sachen zu urtheilen. 11) regum - - libidini, sich nach der Könige freyen Denkens-Art zu richten. 12) iugulatum ire pronunciatam sententiam, dem gefällten Urtheil sich widersetzen/ solches zu hintertreiben suchen. 13) vrgeri turbarique aliqua re, wegen etwas

quidem nullam quaestionem, inquit, recusabis, quae seu ad confirmandam iurisprudentiae disciplinam, seu explicandas leges videbitur pertinere. Ceterum noli te 14) caussis priuatorum dare. Cingent te litigatorum cumuli. 15) Iudex caussarum totius imperii tui deposceris vnus: ceteri a te dati iudices frustra occupabunt tribunalia. Hae res minores te obruent: auocabunt a grauioribus; 16) neque tamen singulis quibusque componendis sufficies. Caue te his turbis et remoris iniicias. Priuata ordinariis magistratibus remitte disceptanda: nec age, nisi 17) cuius agendi onus suscipere alieni humeri non valent.

CAPVT II.

Rogatus praeterea fui, Idomeneus addit, vt conciliator sim quorumdam coniugiorum. Sunt nimirum, iique 1) haud parum supra vulgus, qui arma mea secuti, 2) re domestica magnam partem exciderunt. Hi ergo 3) damnorum suorum subsidio sponsas ampla dote appetunt. Quas vt habeant, verbulo duntaxat regis opus.

Idque ego, Mentor occurrit, haud dubito. At 4) verbuli istius, vide, quam iniquum impendium. 5) Tune copiam parentibus negare, et solatium sibi legen-

im Gedräng und Unruhe seyn. 14) causis priuatorum se dare, sich in die Rechts-Händel der Privat-Personen einlassen. 15) iudex - - vnus, man wird von dir allein verlangen, daß du alle Rechts-Händel im ganzen Land schlichten sollest. 16) neque - - sufficies, du wirst doch nicht im Stand seyn, alle einzele Händel beyzulegen. 17) cuius - - valent, was andere nicht im Stande sind auszurichten.
(Cap. II.) 1) haud parum supra vulgus, Leute von Distinction: von vornehmerem Herkommen. 2) re domestica magnam partem excidere, grosen Theils um sein Vermögen kommen. 3) damnorum suorum subsidio, um ihres Schadens wieder herein zu kommen. 4) verbuli - - impendium, siehe wie unbillig es seye, auch nur ein Wort dich hierinn kosten zu lassen. 5) tune - - negare, willst du denen Eltern

legendi generos, adeoque et heredes? Seruitutis hoc genus erit grauissimum, ferendumque omnibus, 6) quorum natales vel maxime sunt ingenui. Reus eris malorum, quaecunque ciues tuos intra domesticos parietes prement. 7) Sunt mehercle alias satis spinosa coniugia; neque opus ea hac re tristi 8) exasperare. 9) Fidem operis compensare si tuis voles, incultum solum tribue: honores decerne, pares illorum conditioni et nauatae industriae. Adde, si opus est, 10) census, quos ex sumtibus tuis fecerit aerarium reliquos. 11) Debita caue retribuas filiabus nummatorum ciuium, locatis nuptum cum amicorum inuidia.

Ab hac quaestione mox diuertit ad aliam. Conqueruntur Sybaritae, inquit, nos quasdam e regionibus suis occupasse vi, easque, 12) nullo adhuc instructas cultu, aliunde euocatis colonis tradidisse subigendas. Cedamne his querelis? sin ita, 13) credemur passim nudis aliorum postulatis acquiescere.

Nec Sybaritis, Mentor inquit, nec tibi fas est in caussa propria credi. Cui ergo? scitatur Idomeneus. Neutri: respondet ille. Sed capiendus est vobis ex vicino populo arbiter, qui in neutram partem videatur propensior. Cuiusmodi sunt Sipontini, quippe

die volle Macht nicht lassen. 6) quorum - - ingenui, die doch von feinem Herkommen sind. 7) sunt - - coniugia, die Heurathen sind ohnehin mit vieler Sorge verknüpft. 8) exasperare, noch beschwerlicher/ verdrüßlicher machen. 9) fidem operis compensare, denen die in seinen Diensten gestanden/ ihre Treue belohnen. 10) census - - reliquos, Einkünfte/ Sold/ so viel du von deinen Ausgaben erspahren kanst. 11) debita - - ciuium, lasse es aber ferne von dir seyn/ daß du die Schulden mit den Töchtern der wolbemittelten unterthanen bezahlen wollest/ dardurch daß du sie zum Verdruß der Ihrigen verheurathest. 12) nullo adhuc instructa cultu regio, ein noch ungebautes Land. 13) credemur - - acquiescere, so wird man uns vor solche ansehen/ die in eines jeden blose Anforderung sogleich einwilligen.

pe quorum ſalus veſtrae inimica non eſt. Ego vero, rex oggerit, arbitro cur habeam fidem? Numquid rex ſum? Regiane auctoritas patiatur imperii ſui limites alieno iudicio definiri? Continuo Mentor coeptum ſermonem hunc in modum pertexuit:

CAPVT III.

Quoniam fixum eſt tibi, nec transuerſum digitum cedere: certum habere debes, ius tuum eſſe legitimum. Sed neque Sybaritae quid cedunt, aſſeruntque certo deberi, quae peterent. Ergo 1) diuerſa opinantibus vobis neceſſe eſt aut arbitrum vtrinque delectum, aut armorum diſcrimen interuenire. Neque enim relinquitur tertium. Iam ſi rem quamdam ingredereris publicam, vbi nullis magiſtratibus, nullis iudicibus familia quaeque arbitretur licere ſibi, 2) quodcunque ius ſuum contra affines vi proſequi: defleres profecto mala gentis tam miſerae, tantamque inter ſe dimicandi licentiam vagantem per omnes familias, cum horrore aſpiceres. Et immortales deos credis orbem, vaſtiſſimam illam rempublicam, laetius intueri, ſi quaelibet natio, quae nihil amplius eſt, quam ingens quaedam illius reipublicae familia, ſibi fas putet armis extorquere poſtulata a finitimis? Si quis agrum ciuis a maioribus accepit, in eius poſſeſſione conſiſtet haud aliter, niſi legibus et iudicio magiſtratuum. 3) Lueret profecto cum ſeditionum auctoribus, ſi, quod ipſi ius aſſerit, vellet auctoritate ſua defendere. Et tu reges putas iuris vindicandi cauſſa, 4) ad arma

(Cap. III.) 1) diuerſa - - interuenire, eure ungleiche Meynungen muß alſo nothwendig ein von beyden Theilen erwehlter Schiedsmann entſcheiden / oder die Waffen müſſen den Ausſchlag geben. 2) quodcunque ius ſuum vi proſequi, alles ſein Recht mit Gewalt durchtreiben. 3) lueret - - - auctoribus, er würde in der That als ein Aufrührer geſtraft werden. 4) ad arma - - adiumentis, ohne Ver-

arma profilire fine piaculo, praetermiſſis quibusque lenioribus adiumentis? Cum de integris prouinciis agitur, nonne ſanctius a regibus habenda iuſtitia, quam cum de modicis portionibus culti ſoli diſceptant priuatorum familiae? Tyrannus et praedo eſt, qui 5) in pauca iugera inuolat; et qui in regiones integras, iuſtus quin et heros audiet? Si in cauſſis leuioribus priuatorum tibi imponis, indulges, caecutis: in re ſumma et publica non ſuſpiceris facilius, ne indulgentior ſis, minusque ab errore alienus? Quis ipſe in 6) cauſſa ſibi credat tam inſidioſa fidei? in cauſſa, quae per ſe timorem facit committendi erroris, ex quo peruerſam hominis vnius ſententiam tanta mala conſequuntur? quippe error regis, 7) dum in aſſertione iurium blanditur proniori animo, ſaepe populationes, famem, caedes generat, 8) peſtem etiam corporum et morum, manaturam in vltima tempora. Rex ergo, cuius nec momentum, nec latus vllum ab adulatoribus vacuum eſt, tum quidem non timeat aſſentantium inſidias? Quodſi autem ad finiendam litem conſentit in arbitrum: palam facit, qua ſit aequitate, fide, temperantia. Docet digniora argumenta, quibus cauſſa ſua innititur. Delectus in arbitrum, pacificator eſt, non iudex cum poteſtate. 9) Acquieſcitur in eius ſententia non temere, non ſine conſilio, etſi 10) plurimum illi tribuitur. Citra ſummam auctoritatem pronunciat

ſchuldung zu den Waffen ſchreiten / mit Beyſeitſetzung aller gelinderen Mitteln. 5) in pauca iugera inuolare, nur etliche wenige Jauchert Feldes anfallen / ſich anmaſſen. 6) cauſa tam inſidioſa fidei, eine Sach / wobey man ſo leicht etwas wider die Treue verſehen kan. 7) dum in - - animo, indem er in Behauptung ſeines Rechts ſeinem hefftigern Trieb folget / ſich übereilt. 8) peſtem - - tempora, äuſſerſtes Verderben nicht nur der Leiber ſondern auch der Sitten / welches auch noch auf die ſpäteſte Zeiten ſich erſtrecken wird. 9) acquieſcere in alicuius ſententia, ſich eines Ausſpruch unterwerfen. 10) plurimum alicui tribue-

nunciat iudicium, imo confilium: 11) eoque aŭctore, pacis cauffa non nihil controuerfi iuris dimittitur. Poft omnem regis nauatam paci induftriam fi tamen excitabitur bellum: habebit tum faltem cauffa eius teftimonium rectae confcientiae, auctoritatem apud finitimos, tutelam denique deorum immortalium. Victus hac oratione Idomeneus patiebatur Sipontinos inter ipfum et Sybaritas conciliatores effe.

CAPVT IV.

Ceterum rex vt vidit, nihil porro fupereffe, quo ambos hofpites poffet a proficifcendi confilio auertere: coepit ad remorandos eos de firmiore vinculo cogitare. Telemachi animum in Antiopen propendere deprehenderat. Inde ergo fpe concepta, iuuenem vinculo amoris poffe irretiri, plerumque iubebat illam canere inter epulas dierum folemnium. Obfequebatur virgo, non aufa genitori refractaria effe, at ea modeftia, 1) vultuque adeo non facili, vt nemo non videret intuentium, obedire eam inuitam. Sed tandem eo Idomeneum amor hofpitis adduxit, vt reportatam a Dauniis et Adrafto victoriam imperaret illi canere. Cum illa decentiffime, quod petebatur, deprecata eft, 2) animo pertinaciter recufante, res Telemachi geftas delinire modulis. Nec pater fuftinuit moleftiam afferre nolenti. Ceterum vox eius lenis et delicata fe penetrabat in iuuenis animum, 3) liquefcentem largiffimo fenfu. Quo animaduerfo Idomeneus haud mediocriter laetabatur; tum vtique, cum Telemachus,

re, vieles Vertrauen in einen fetzen/ einen viel gelten laffen. 11) eo auctore - - dimittitur, nach feinem Gutbefinden läffet man etwas von dem ftreitigen Recht nach.

(Cap. IV.) 1) vultu adeo non facili, mit einem fo abgeneigten Geficht. 2) animo pertinaciter recufante, als die da durchaus nicht daran wollte. 3) liquefcentem largiffi-

chus, etſi ſponte, videbatur regis conſilium neſcire. 4) Eiusmodi rebus autem quamquam mentem continere non poterat iuuenis, violentior tamen ratio erat amoris affectu. Alius tum ſcilicet iam fuerat, quam cum intemperantiori cupiditati obſequebatur in Calypſus inſula. Inter cantum 5) omnino imperabat linguae, eoque finito ſermonem diligenter ad alia feſtinabat deflectere.

Hac ergo ratione cum 6) operam deſtinatis fruſtra nauaſſet rex: tandem 7) ad oblectandam filiam conſtituit ſolemnem venatum dare. Illa, vt erat ab ea re alieno tunc animo, lacrimas dare coepit. Sed iam recuſare non licuit, quae omnino volebat pater. Equo igitur virgo imponitur, qui et ſpumante ore, et totis artubus notas praeferens innatae ferociae, videbatur prodiiſſe e Caſtoris Hippodromo. Moderabatur illi leuiſſima manu. Turba virginum ſequebatur, 8) ex ardore dominae feruentium; inter quas ipſa, velut Diana in ſiluis conſpicua, parentis et Telemachi oculos abripiebat in ſe. Ille nec ſatiari viſu, nec tum recordari malorum potuit, quae fuiſſet perpeſſus; hunc dexteritas, et ingens venuſtatum illius apparatus, atque his longe validius modeſtia virginis 9) perculerat.

CAPUT V.

Perſequebantur canes aprum ingentis magnitudinis, 1) parem Calydonio immanitate furendi. 2) Exerebat ſetas non mitiores ferro, neque iaculis

mo ſenſu, welches ſehr empfindlich gerührt ward. 4) eiusmodi rebus, bey ſolcher Geſtalt der Sachen. 5) omnino imperare linguae, gar nichts reden. 6) operam deſtinatis fruſtra nauare, ſeinen Endzweck nicht erreichen können. 7) ad oblectandam filiam, zur Plaiſir ſeiner Königlichen Tochter. 8) ex ardore dominae feruentium, mit gleichem Eifer. 9) percellere aliquem, einen innigſt rühren. (Cap. V.) 1) parem -- furendi, das jenem Calydoniſchen/ (bey der Stadt Calydon/ welches Meleager erleget) an Grauſamkeit gleich war: ein ſehr wildes Schwein. 2) exe-

culis minus innoxias. 3) Oculi sanguinei, crebroque et praecipiti fulgore internitente terribiles. 4) Vis proturbati halitus indicium sui longe praemittebat currenti velut ambiguum e procellis murmur, cum iubente Aeolo se ad antra sua recipiunt. 5) Procumbebant arborum stirpes decussae, quibus dentes suos, formam et aciem falcium largiter imitantes, illiserat. 6) Canum imminentium temeritas ruptis iliis plexa. Antiope feram, quam nemo audebat 7) premere insectantium, 8) etiam quorum inter venatoriam pubem celebrior erat animus, non dubitauit e propinquo adoriri 9) pernicissimi cursus fiducia. Vibrato telo sauciauit, 10) humero vulnere imminente. Inde manans cruor iram ferae accendit. Protinusque in auctorem conuersa vulneris, 11) equum pauore praeter morem concussum, et excedentem vestigio, occupat arietis, qui aheneas compages laxat, impetu, impotemque corporis deturbat humi. Labitur effusa Antiope: videt non lo-

rebat - - innoxias, es reckte seine Borsten gleich als eiserne Pfeile in die Höhe. 3) oculi - - terribiles, seine Augen waren blutroth, und blitzeten von Feuer. 4) vis proturbati - - murmur, man hörte sein heftiges Schnauben (Grunzen) schon von ferne, ehe es nahe herbey kam, gleich als ein Brausen der Sturmwinde. 5) procumbebant - - illiserat, es rieß mit seinen Hauzähnen, die so scharf als eine Sichel waren, auch selbst die Stämme der Bäume um. 6) canum - - plexa, denen Hunden, die frech auf dasselbe anlieffen, rieß es den Bauch auf, daß ihnen die Eingeweide heraus hiengen. 7) premere, nahe kommen. 8) etiam quorum - - animus, auch die sonst unter den Jägerpurschen die muthigsten waren. 9) pernicissimi cursus fiducia, weil sie sich auf ihren schnellen Lauf verliesse. 10) humero vulnere imminente, da ihm die Wunde durch den vordern Bug hinein gieng. 11) equum - - humi, das wilde Schwein hat dem Pferd, das ausserordentlich erschrocken, und einen Mißtritt that, einen so heftigen Stoß, als wie von einem Mauerbrecher, der die stärkste Mauren einstoßt, gegeben, daß es sich nicht mehr halten konnte,

cum, non vires superesse 12) euadendi dentes, nunc incutiendos a rabiosa bestia: cum Telemachus, qui periclitanti virgini magnopere metuens equum suum iam reliquerat, se inter 13) deiectum animal, et 14) vindictae rursus instauratam feram incredibili celeritate interiicit, et 15) venabulo, quod longius torquebat manu, secundum latus, quantum fere amentum permittebat, immisso, 16) eam inter vltimos furores corruentem euertit. Simul monstri caput desecuit, adhuc intuentibus terribile, et 17) idoneum inferendo stupori vniuersis, qui venationem curabant. Ad Antiopen detulit. At illa subeunte verecundia, 18) conuersis oculis paternum obtutum consuluit. Rex vt erat periclitante filia plenus acutissimi terroris, nunc, ea salua, gestientis laetitiae, nutu monuit, quod offerretur, acciperet. Eo itaque admisso in manus: ego vero, inquit, a te maius donum vitam capio, et volens debeo.

Vix istud sermonis, vel potius verbi protulerat: iam rursus 19) verita aequo verbosior fuisse, oculos demisit. Itaque Telemachus videns 20) perturbatam ancipiti cogitatione, 21) cautus offensae, responsum his paucis definiit: Fortunae gratias agit Vlyssis filius, 22) quod annuit custodem esse vitae tanti pretii.

und zu Boden fiel. 12) euadendi - - bestia, den Zähnen des wilden Thiers zu entgehen. 13) deiectum animal, das zu Boden gestürzte Pferd. 14) vindictae rursus instaurata fera, das wilde Schwein/ welches aufs neue auf war/ sich zu rächen. 15) venabulo - - immisso, nachdem er demselben seinen langen Spieß/ den er in der Hand hatte/ bis an den Riemen in die Seite gestosen. 16) eam - - euertit, er hat es/ da es zulezt noch heftig rasete/ erleget. 17) idoneum - - vniuersis, welches noch alle in ein Erstaunen setzen konnte. 18) conuersis - - consuluit, hat ihren Vater vorher hierüber angesehen. 19) verita - - fuisse, aus Furcht sie möchte zuviel geredet haben. 20) perturbari ancipiti cogitatione, bestürzt werden. 21) cautus - - definiit, er hat aus Sorge sie noch mehr zu beunruhigen/ nur diese kurze Antwort gegeben. 22) quod annuit, daß es

pretii. 23) Annuat vtinam eius etiam socium esse! Gratias maiores aget. Antiope, nullo responso, strenue regressa ad comites, equo se reddidit.

Idomeneus Telemachum in ipso vestigio recentis beneficii pronunciasset generum, nisi persuasum ipsi fuisset, amorem iuuenis incerta spe nuptiarum augeri posse, ipsumque desiderio eas efficiendi induci, vt 24) moram ampliorem Salenti faceret. Et hoc quidem regi erat in animo. At 25) ludus deorum est humana sapientia. Quae rex meditabatur ad nectendam moram, ipsa iuuenem incitarunt ad maturandum iter. 26) Molliores sensus, qui paullatim in mentem eius serpebant, eamdem monuerunt restringere sui ipsius fiduciam. Sed et Mentor amplius institit intolerabile patriae desiderium admouere iuueni. Ac propterea vrgebat Idomeneum, ne proficiscendi voluntati porro reluctaretur.

CAPVT VI.

Nauis instructa erat. Mentor enim, qui tempora singula Telemachi accommodabat ad supremum apicem gloriae, numquam patiebatur eum diutius morari vno loco, quam ad exercendam tironis sui virtutem videbatur necessarium. Quocirca 1) inde a Telemachi reditu omnia subsidia curauerat profectionis. At horum aspectu Idomeneus grauissime affectus, cum nihil deinceps dubitaret, hospites, tantum huc vsque rerum suarum auxilium, discessuros: non iam in tristitiam incidit,

 sed

ihme günstig gewesen. 23) annuat - - esse, wollte GOtt es gönnete ihm auch dieses Vergnügen / mit einer so theuren Person näher verbunden zu seyn. 24) moram ampliorem facere. sich länger aufhalten. 25) ludus - - sapientia, die Götter haben nur ihr Spiel mit aller menschlichen Weisheit. 26) molliores sensus, die zärtlichere Empfindungen.

(Cap. VI.) 1) inde a - - profectionis, er hatte seit der

sed verissimum luctum et dolorem, 2) eliciendae alienae pietati sane idoneum. Immittebat se vltimis palatii latebris. 3) Hic gemitus, hic lacrimae vocatae ad laxandum afflictum animum: 4) neglecta cura alendi corporis! 5) frustra somnus postulatus leniendis doloribus. Incessebat eum macies, exedente eum aegritudine, vt plerumque arbor insignis speciei et largiore vmbra, 6) cuius medullas vermiculus in venulis, prouehendo succo ascendentibus, lacessere incipit. 7) Quae et ventorum multabat temeritatem obnixo vertice, et 8) alumna felix, beatae telluris fruebatur sinu, quamque non audebant 9) profanare dolabra agrestes manus, tandem occulto malo pati debet suum profligari decus. Obsolescit. Frondes exuit cum apparatu totius pulcritudinis. Solus truncus relinquitur 10) fatiscente cortice, effoetis foliis, et propediem ituris in casum. Haec facies lugentis Idomenei.

Ea res Telemachum vehementer commouit. Non sermonem sociare cum rege, non libere cogitare de discessu audebat. Conabatur inuenire, quod eidem afferret moram. Et diu fortassis non se liberasset ambiguo animo, nisi interpellatus a Mentore fuisset, dicente, mutationem eius sibi non esse ingratam. 11) In-

Wiederkunft des Telemachs alles zur Abreise gerüstet. 2) eliciendae - - idoneum, ein Schmerz welcher andere billig zum Mitleiden bewegen mochte. 3) hic gemitus - - animum, hier suchte er mit bitteren Klagen seinem bekümmerten Herzen Luft zu machen. 4) neglecta - - corporis, er nahm keine Speise zu sich. 5) frustra - - doloribus, er hatte keinen Schlaf, daß dardurch sein Schmerz hätte können gelindert werden. 6) cuius - - incipit, dessen Mark ein Wurm in denen Röhrlein, durch welche der Nahrungs-Saft auffsteigt, zu benagen anfängt. 7) quae et - - vertice, ein Baum dem kein heftiger Wind jemalen was schaden konnte. 8) alumna - - sinu, den die Erde lang in ihrem Schoos trug. 9) profanare dolabra arborem, einen Baum umhauen. 10) fatiscit cortex, die Rinde

11) Ingenium ipsi naturam inseruisse difficile et elatum, suis duntaxat temporibus et commodis cedens. At vero hominem, inquit, tandem induisti, et 12) magistra forte tua incipis misericordiam sentire calamitatis. Qua sine quidem numquam vel humanus vel bonus extiteris, vel aptus imperio. At habet suos quoque misericordia limites; nec fas est amicitiam in muliebrem mollitudinem degenerare. 13) Liberet mihi quidem cum Idomeneo loqui, agereque, vt in profectionem nostram consentiret. 14) Ita molestiam illam prohiberem, quam adeo ingrata ea de re oratio tibi iniiciet. 15) Sed et noxiam verecundiam, et ignauiae angustias ab animis tuis prohibuerim. Fortitudinis constantiam discas oportet amicitiae teneritudini sociare. Cauendum est, si potes, amico ne crees molestiam; si non potes, illa subeunda simul, vt, quoad licet, mitiges, quod ab eo arcere non plane potes, vulnus. Atqui hoc ipsum, Telemachus excipit, vt 16) fomentum sui rex capiat vulneris, pergratum mihi sit, cum per te de itinere nostro edoceri.

CAPVT VII.

Haud ita, mi Telemache, Mentor ait. Ex illis scilicet vnus es, qui et nati et educati 1) in purpura, volunt omnia, ipsamque adeo naturam

springet auf. 11) ingenium - - cedens, er habe von Natur ein hartes und hochmüthiges Naturell gehabt, das durch nichts, als durch Vorstellung seiner Zeit umstände und anderer eigener Vortheile habe können gerühret werden. 12) magistra forte tua, nachdem es dich deine Schicksale gelehret. 13) liberet mihi quidem, ich möchte wol gerne. 14) ita - - prohiberem, so würde ich dich einer Unruh überheben. 15) sed et - - prohibuerim, aber ich würde dich auch zugleich von einer schädlichen Schamhaftigkeit, und ängstlichen Blödigkeit befreyen. 16) fomentum sui vulneris accipere, eine Linderung seiner Wunde bekommen.

(Cap. VII.) 1) in purpura, in Königlicher Würde.

ram voluntati suae obnoxiam, ita tamen, vt ipsi palam cuiquam aduersari non ausint: neque id propterea, 2) quod vel aliquo numero mortales ponant, vel bonitate ab eorum retrahantur offensa; sed quod iniucundum ipsis sit, tristes et offensos vultus intueri in suo comitatu. Aerumnas et calamitates hominum flocci habent, modo non videant. 3) Coram meminisse earum, illos offendisse est. Probant amantque vnos, qui vbique nunciant, bene et beate habere se omnia. Inter delectationes nihil libet 4) in oculos, nihil in aures admittere, quod easdem inhibeat. Si quis castigandus, si corrigendus, 5) si docendus saniora, si depellendus ab intemperantia, ab cupiditate importuna: id quidem 6) aliena potius opera, quam lingua sua moderate constanterque studebunt perficere. 7) Foedissimam labem iustitiae, summis negotiis vitium potius inferent, quam 8) contrauenire velint iudicio hominis, quocum necesse habent agere in dies. Haec 9) egestas animi eorum vbi semel comperta est, cogitur 10) omnium ingeniis famulari. 11) Interpellantur, stringuntur, obruuntur precibus, atque ita fatigata demum eorum gratia, quidquid postulatur, admittit. Praemittuntur blanditiae et 12) laudes, quas,

2) quod vel - - ponant, als wann sie viel nach den Menschen fragten. 3) coram - - est, durch deren persönliche Gegenwart daran erinnert zu werden / ist ihnen beschwerlich / verdrüßlich. 4) in oculos, in aures admittere, sehen / hören. 5) si docendus saniora, wann man ihn eines bessern belehren solle. 6) aliena opera aliquid perficere, durch jemand andern etwas ausrichten. 7) foedissimam - - inferent, sie werden ehe die Gerechtigkeit auf die schändlichste Weise mißhandlen / und in den wichtigsten Geschäften sich fahrlässig bezeugen. 8) contrauenire iudicio alicuius, einem in seiner Meynung Widerpart halten. 9) egestas animi, Schwachheit. 10) omnium ingeniis famulari, sich eines jeden Genie unterwerfen. 11) interpellantur - - admittit, man setzet ihnen so lang mit einreden / anhalten / und bitten zu / bis sie endlich müde werden / und alles zugeben / was man von ihnen verlangt. 12) laudes - -

quas, nisi a Deo, prope nefas est accipi, ad 13) aperiendum illorum sibi animum. Quem si cui vna 14) cum potestate officii dederunt, 15) multo circuitu latentis et obscurae sollertiae ducuntur sub iugum. Tum vero suspirant: onus excutere iterum iterumque statuunt, quamquam illud 16) non nisi cum anima posituri. Omni studio cauent ii videri, qui nutu alieno reguntur; et reguntur tamen. Imo sic eos regi necesse est, quippe consimiles vitibus, delapsuris in humum, 17) nisi identidem serpentes in amplexum ab immissis stipitibus debilitati suae emendicent subsidium.

CAPVT VIII.

toleranda vitia, quae, quia naturae adhaerent, 2) facile consequuntur a nobis veniam. Nihilominus 3) reuocanda sensim melior auctoritas, criminaque illa reprimenda, quae, si res in eorum perseueraret arbitrio, aperte committerent. Illud insuper malum ingens est, res bonas administrari a malis. Quod etsi subinde euitari non queat: sensim tamen et pedetentim est abolendum. Princeps sapiens, a quo omnis ad morum legumque incolumitatem refertur cogitatio, consequetur aliquando, 4) vt omnio valeat fraudulentae malitiae carere obsequiis; bonosque inueniet, quorum et facultas ingenii et numerus sufficiat.

Ceterum satis haud est, bonos tantummodo ciues reperiri in populo. Adnitendum praeterea, vt alii quoque similes eorum incipiant esse. At enim hoc opus arduum, hic labor intolerabilis: ita Telemachus. Contra negabat id Mentor; et: labor, inquit, quem collocas in viris idoneis bonisque ad dignitates et munera conquirendis, idoneum quemque impellit et allicit, vt 5) virium suarum facultatem totam expromat. Quam non pauci 6) insordescunt ignobili otio, 7) inserendi heroibus, si industriam eorum honesta aemulatio et spes optati successus 8) accenderet! Et 9) quos egestas, atque imbecillitas

 vir-

Bösen nicht Böses vergelten. 2) facile - - veniam, wir können sie ihnen leicht verzeihen. 3) reuocanda - - auctoritas, man muß sich nach und nach wieder in besseres Ansehen setzen. 4) vt omnino - - obsequiis, daß er des Dienstes der Bösen und Betrüglichen ganz überhoben seyn kan. 5) virium suarum totam facultatem expromere, alle seine Kräften darau wenden. 6) insordescere ignobili otio, in schändlichem Müssiggang verliegen. 7) inserendi heroibus, die grose Männer werden könnten. 8) accendere industriam alicuius, einen zum Fleis ermuntern. 9) quos egestas - - per scelus, wie viel sind deren / welche / weil sie aus Armut und unvermögen durch Tugend nicht haben können zu was rechtes gelangen / auf die Gedanken sind verleitet worden / solches durch Bosheit zu erlangen.

virtutis ad obtinendum decus, cogitatione non lacessiuit eius consequendi per scelus? Si ingenio, si virtuti decernas praemia et dignitates, quotusquisque ciuium se iis acquirendis non reddet idoneum? Imo tu ipse quot reddes, si ad summa aulae munera ab infimis iubebis adscendere per gradus? Hoc nimirum agendo efficies, vt quas a natura accepere dotes, omni diligentia excolant; et ipse, quantum ingenio possint, virtute velint, percipies. Illi enim procedent ad suprema munera, qui inter tuos oculos adoleuerunt in infimis, quosque a gradu ad gradum euntes recte obseruaueras, et quos denique non verbis, sed tota operum, quae praestiterunt, serie diiudicabis.

CAPVT V.

Dum his sermonibus Mentor Telemachum instituit: vident 1) Phaeacum nauigium depulsum ad insulam, non spatiosam, desertamque, 2) nullo etiam cultu, saxisque ambientibus ad horrorem intuentium septam. Et tum, 3) ventis compositis, ipsi etiam Zephyri animam videbantur de industria cohibere. 4) Stagnabat mare ceu laeuigatum in glaciem: 5) fluebant remissa vela, paulo ante anima, nunc pondus nauigii: 6) frustrabantur quantumlibet incitati remi fractam nautarum operam. Iaciendae ergo erant anchorae ad hanc rupem verius, quam humano cultui idoneam insulam, et alias,

(Cap. V.) 1) Phaeacum nauigium, ein Schiff aus Phaeacien, so nachgehends Corcyra genennt worden. 2) nullo -- septam, die auch ganz ungebaut und mit erschrecklichen Felsen umgeben war. 3) ventis -- cohibere, es war eine völlige Windstille: es gieng nicht das geringste Lüftlein. 4) stagnabat -- glaciem, das Meer stund still / als wann es eingefroren wäre. 5) fluebant -- nauigii, die Segel waren eingezogen / die sonst des Schiffes Lauf befördern / nun aber demselben vielmehr eine Last sind. 6) frustrabantur -- operam, die Schiffleute konnten mit allem ihrem

alias, nisi tum aeque venti resedissent, 7) vix permissuram innoxiam exscensionem. Phaeaces venti expectatione suspensi, 8) non segnius videbantur se, quam Salentini, nauigationi offerre. Telemachus iisdem appropinquabat per pronum littus; et forte obuium, num Vlyssem, Ithacae regem, vidisset in Alcinoi regia, percontatur.

Alienigena erat, quem temere occurrentem iuuenis interrogauerat, augusta, etsi tristi et aerumnosa specie. Videbatur 9) multa cogitatione distentus, vt vix audiret, quae primo interrogabatur a iuuene. Tandem: Non falleris, inquit. Vlyssem accepit Alcinous his locis, 10) vbi par Iouis et hospitii religio. At iam tetendit alio. Ibi nequicquam quaeres. Profectus illinc est animo, si reditum annuant placati dii, videndi Ithacam.

Vix vbi ista graui cum moerore protulerat, se agebat in siluulam, crebris arboribus praealto incubantem scopulo. Inde 11) tristi obtutu obibat mare. Ipseque horror et fuga a congressu hominum, quos viderat, ostendebat, anxium eum esse de suspenso itinere. Telemachus in hoc homine defixerat oculum. At quo intuebatur diligentius, eo magis 12) perstringi coepit, et turbari animo. Vnde conuersus ad Mentorem: Peregrinus iste mihi respondit, 13) vt qui fere aurium vsu et meliori sorte omnino est multatus. Tangit me aliena miseria, ex quo ipse miser sum. Vix audire, vix respondere dignabatur.

Rudern nichts ausrichten. 7) vix - - exscensionem, wo man sonst nicht wol ohne Gefahr würde haben anländen können. 8) non segnius - - offerre, schienen eben so wenig Lust zu haben, die Schiffahrt fortzusetzen, als die Salentiner. 9) multa cogitatione distentus, in viele Gedanken zerstreuet, sehr tiefsinnig. 10) vbi - - religio, wo man den Jupiter und Gast-Freundschaft gleich heilig ehret. 11) tristi obtutu obire mare, betrübte Blicke auf das Meer werfen. 12) perstringi animo, stutzen. 13) vt qui - -

batur. Sentio mutari 14) hoc pectus propter istum hominem: in caussam mutationis frustra inquiro. Et is me quidem accepit indigne; nequeo tamen malis eius non optare finem.

CAPVT VI.

Mentor modesto risu: Ecce tibi fructum aduersae fortis! Sapientiam regibus tribuit, et sensum alienae miseriae. Deos se credunt, si nihil praeter venena gustarunt felicitatis. Montes ipsos volunt in planities defluere, vt planum sit voluptatibus suis iter, homines flocci, naturam vniuersam ludibrio habent: omnis de miseriis et calamitatibus sermo ipsis videtur monstrosus, et 1) referentis visa per noctem. Viderunt numquam, quid distent tempora luctus et gaudii. Sola ipsos calamitas potest humanitate imbuere, saxeumque cor humano permutare. Tum quippe persentiscunt, se homines esse, et ceteris hominibus humanitatem se debere. Certe si vicem tantopere doles ignoti hominis, 2) quod haec littora tui instar oberret extorris: quanto maiori opere indolebis olim, si quae sint futurae, Ithacii populi miseriis? illius, inquam, populi, quem curae tuae, velut nos pastori oues, mandabunt dii, quemque forsan perdet aut tua ambitio, aut luxus, aut imprudentia. Populorum enim ruina vel calamitas fontem vnum habet, vitia regum; 3) quos tamen necessitudines omnes iubent curare, 4) ne quid ceruicibus ciuium aduersi insultet.

Differente in hanc sententiam Mentore, iuuenis demis-

multatus, als wann er gar nicht hörte/ oder der allerunglückseligste Mensch wäre. 14) hoc; pro, meum.

(Cap. VI.) 1) referentis visa per noctem, Träume des Erzehlenden. 2) quod haec - - extorris, weil er eben so wie du als ein Frembling an diesem Ufer herum irret. 3) quos - - curare, welche doch äusserst verbunden wären zu sorgen. 4) ne quid - - insultet, daß ja ihren Unterthanen

demisso in grauem tristitiam annimo, tandem quasi perculsus: Si plane, inquit, ita res istae se habent, profecto haud alia quam regis infelicior est conditio. Seruus illorum et mancipium est, in quos videtur dominari. Propter eos a diis est conditus: illis debet se totum, et 5) ex asse: ipse fulcrum est ad onera omnium: omnium item et singulorum, quibus imperat, vera et propria possessio: 6) leuamen, cuiusque accommodandum infirmitati: pater denique omnium, qui corrigat, instruat, fortunet. Potestas et auctoritas, qua videtur pollere, ipsius non est. 7) Nihil gloriae nihil libidini suae, habet, quod gerat. Potestas quippe ipsius non ipsius, sed res legum est propria. His idem ipse subditus, et subiectus est. Re enim vera custos tantum est legum, et adminiſter, leges vt imperent. Ipse est, qui omnem curam debet ad conseruandas leges referre, et totius imperii vnus minima quiete frui. Mancipium est, quod otia suae libertatis libertati publicae consecrauit.

CAPVT VII.

Recte philosopharis, Mentor inquit, regem ea propter duntaxat regem esse, vt populi sui curam habeat seu vt pastor gregum, seu vt paterfamilias suorum. An autem infelix tibi videtur, quod bene mereri debet de toto numero mortalium? Scelus coercet suppliciis: virtutem accendit praemiis: velut Deus quidam humanum genus ad probitatem instituit. 1) Parumne laudis habet ex legum, quam impe-

nichts widriges zustoft. 5) ex asse, vollkommen. 6) leuamen - - infirmitati, ein Helfer der sich nach eines jeden Schwachheit richten muß. 7) nihil - - gerat, er darf nichts um seines eigenen Ruhms und Nutzens willen thun.

(Cap. VII.) 1) parumne - - reuerentia, hat er nicht Lob genug davon / wann er verschaft / daß man ob den Ge-

imperat, reuerentia? Mehercle non laus illa, 2) quae in leges sibi adsciscit arbitrium, laus vera, sed impietas et vilitas est. Rex si peruersitati se tradit, nequit nisi infelix esse. 3) Tumultuosa enim est, cui obsequitur, cupiditas, et turbulenta ambitio. Contra si probus sit et tenax recti; in virtute excolenda ponere operam et operae istius aeternam a diis mercedem expectare, habebit liquidissimae ac certissimae voluptati.

At Telemachus quamquam his praeceptis optime erat imbutus, et alios ipse imbuerat, 4) perstrictus tamen occulta acutaque aegritudine, videbatur earum rerum disciplinam numquam accepisse. 5) Difficilis quaedam morositas verissimis placitis, quae proferebantur a Mentore, obuertebat eius, quanquam inuiti ingenium, praefracteque ad ea exacuebat refellenda. Opponebat autem sapientissimae doctrinae ingratum humani generis animum. Quid? nos, inquit, tanto opere sudare, vt amorem conciliemus istorum scilicet hominum, quibus fortasse amabimur numquam? Nos bene mereri de malis, qui auertent bene merita ad male nobis faciendum?

At placide a Mentore occursum: Ab hominibus quidem non est, quod speremus, praeter ingratum animum. Atqui propterea fas non est, frigere bene merendi industriam. Bona ipsis praestanda sunt non tam ipsorum caussa, quam deorum, qui id iubent, gratia. Numquam inutile est beneficium. Obliuiscantur illius homines; at non obliuiscuntur, qui referent,

setzen hält. 2) quae in - - arbitrium, wann man nur seine eigene Lust sich zum Gesetz machet. 3) tumultuosa - - ambitio, seine Begierde / deren er nachhänget / und sein Ehrgeitz setzen ihn in eine beständige unruh. 4) perstrictus - - aegritudine, empfand doch eine heimliche und nicht geringe unruh in seinem Hertzen. 5) difficilis - - refellenda, ein verdrüßlicher Eigensinn erweckte bey ihm / wider seine Meynung / einen Widerwillen gegen denen so gründlichen Lehren des Mentors / und einen Trieb / denenselben hart-

ferent, dii. Sint plerique ingrati; at praeter plerosque numquam non sunt, virtus tua quos mouet. Sint plerique instabili voluntate, 6) suique tenaces arbitrii; at nec ipsa inconstantia peruicaciaque omittit 7) verae virtuti, quod par est, tribuere. Quodsi tamen libet ingratam ab hominibus arcere voluntatem: caue, iisdem vnice velis 8) ex diuitiis admouere potentiam, ab armis conciliare auctoritatem, de obsequio voluptatum prospicere. Haec auctoritas, haec rerum copia, hae illecebrae stragem faciunt illorum moribus, animum inducunt deteriorem, adeoque magis ingratum. Donum sunt, sed exitiale, et quale nostri reliquerunt ad Troiam. Venenum sunt quo blandius, eo funestius. Contra in eo existima tibi ponendam operam, vt 9) profligatos mores restituas, vt iustitiam, candorem, religionem, humanitatem, fidem, praeter temperantiam voluptatum, fugamque sordidae cupiditatis in animos inseras. 10) Quantum eos ad colendam virtutem adduces, abduces a mala beneficii gratia. Virtutem enim, quae verum bonum est, ipsis tribues, quae vbi mentes vere insederit, eas perpetuo vinculo auctori tanti boni coniunget. Atque inde tu quoque consequere beneficium, quoniam tibi post veras diuitias tributas timendus non erit ab iis, quibus tribueris, 11) immemor accepti animus. Homines in illos dominos mirum, ingratos esse, a quibus meminerunt, auare, ambitiose, crudeliter, superbe et cum perfidia sibi imperitatum? Expectandum

näckig zu widersprechen. 6) sui tenaces arbitrii, Eigensinnige. 7) verae - - tribuere, der wahren Tugend ihr billiges Lob wiederfahren lassen. 8) ex diuitiis - - prospicere, sie reich und mächtig machen / durch die Waffen in Ansehen setzen / und ihnen nur das verschaffen / was zu den Wollüsten dienlich ist. 9) profligatos mores restituere, wieder gute Sitten einführen. 10) quantum - - gratia, so viel du ihnen Anleitung geben wirst zum Fleis der Tugend / so viel wirst du ihnen den Undank benehmen. 11) imme-

dum est principi a suis, ad quod faciendum suo exemplo instituit. Contra si et virtute et auctoritate sua eos studeret ad cultum erudire probitatis: consequeretur sane fructum laborum suorum subnascente discipulorum virtute, aut certe ex sua probitate et deorum amicitia 12) solatium deceptarum expectationum.

CAPVT VIII.

1) Solutus Mentoris congressu iuuenis ad vectores detentae in portu Phaeacum nauis decurrit. Versusque ad hominem, 2) cuius anni iam pridem a laetiori aetate recesserant, scitatur, vnde domo? quo iter? nihil Vlyssis meminisset vidisse? Responsum a sene: venire ex insula sua Phaeacia ad colligendas ex Epiro merces. Vlyssem, vt paulo ante sibi fuisset indicatum, ingressum Phaeaciam, dehinc rursus inde excessisse. Quis ergo ille, Telemachus vrget, qui expectans, dum nauis vestra hinc soluat, tam tristi specie scrutatur desertissimos locos? Peregrinus est, senex inquit, et nobis incognitus. Cleomenem dicunt appellari, et in Phrygia editum. Matri, antequam eum edidisset, oraculum indicasse, quem gestaret vtero, futurum regem, nisi remaneret in patria; sin extra eamdem non tenderet, 3) terribilem luem Phrygibus incubituram.

Vix editum in lucem nautis quibusdam parentes tradidere exportandum in Lesbon insulam. Ibi clam et patriae sumtibus educabatur; quippe cuius magni intererat, eum adolescere alibi. Exiguo temporis interuallo corpus pueri magnitudine et robore coepit

mor accepti animus, ein undankbares Gemüth. 12) solatium deceptarum expectationum, Trost / wann ihm seine Hoffnung fehl geschlagen.

(Cap. VIII.) 1) solui alicuius congressu, sich von einem weg machen. 2) cuius--recesserant, der schon von hohem Alter war. 3) terribilis lues nobis incumbet, es wird eine

pit esse eximium. Accessit venustas et 4) ad omnia, quibus corpora aptamus, habilitas. Scientias et artes 5) non auidius amplectebatur, quam alacrius. Ceterum omnibus gentibus erat intolerabilis.

Vulgabantur quippe haec de illo oracula. Quocunque deuenerat, noscitabatur. Vbique suspicionem mouebat regibus, 6) potestati eorum imminere. Vnde 7) coeptos a teneris errores itinerum nusquam gentium sistere, nusquam commorari permittitur. Contendit nonnumquam ad gentes, 8) ad quas patriae suae ne nomen credere fas sit perueniffe. At vix vrbem ingreditur, cum ei patria et 9) editae de illo sortes propalantur. 10) Iniiciat se latebris et vbiuis obscuram ingrediatur vitam: numquam, 11) etsi iussae, celare se valent dotes animi eius, tam quae ad bellum, quam quae ad scientias, resque summas administrandas referuntur. Plerumque se obtrudit improuisa occasio, 12) quae protractum e latebris inserit publicae notitiae. 13) Ipsa merita aggrauant illius sortem. Efficiunt quippe, vt 14) rerum deteriorum suspicione, qdocunque habita-

grausame Pest über uns kommen. 4) ad omnia - - habilitas, eine Geschicklichkeit zu allen Leibes-Uebungen. 5) non auidius, quam alacrius, eben so fertig/ als begierig. 6) potestati alicuius imminere, einem nach der Krone trachten. 7) coeptos a teneris errores itinerum sistere, die schon in der Kindheit unternommene mannigfaltige Reisen einstellen: von seinem Exilio ruhen. 8) ad quas - - peruenisse, von welchen man nicht meynen sollte/ daß sie je nur was von dem Namen seines Vaterlandes gehöret. 9) editae de illo sortes, die göttliche Orackel von ihm. 10) iniiciat - - vitam, er mag so heimlich halten/ und im verborgenen leben wollen/ als es immer möglich ist. 11) etsi iussae, wann er sich gleich Gewalt anthut. 12) quae protractum - - notitiae, welche ihn nöthiget/ aus dem verborgenen hervor zu treten/ und sich bekannt zu machen. 13) ipsa merita - - sortem, selbst seine Verdienste machen seinen Zustand beschwerlicher. 14) rerum deteriorum suspicione, aus schlimmen Verdacht.

bitatum contendit, reiiciatur. Fatum eius hoc eſt, vbique aeſtimari, diligi, in admiratione eſſe, et vbique expelli.

CAPVT IX.

Numquam Aſia, numquam Graecia 1) tametſi molliores annos pridem egreſſo permiſit oram, 2) quae illi non extiterit turbulenta. Vt 3) fauores notabiliores fortunae non appetit, ita ſe ab ambitione abeſſe vbique oſtendit; futurus profecto omni ex parte beatus, niſi oraculum regia dignitate ſignificaſſet beandum. De cetero 4) ſpe prorſus exceſſit ſalutandi vmquam Penates patrios Satis enim credit, praeſentiam ſuam vniuerſis Penatibus fatalem et peſtiferam fore. Itaque regium decus, propter quod miſer eſt, ne appetit quidem. Illud tamen de regno in regnum trahit non ſua, ſed fatorum voluntate, ſequens; et videtur eum fugere, 5) vt in grauiorem vsque aetatem miſeri hominis ludibria ſua propaget. Vah deorum ſiniſtrum munus, 6) quo robur aetatis eius concutitur, et calamitatibus opplentur tempora, 7) quae vel maxime ſibi otioſa depoſcit eſſe humana infirmitas.

Addebat praeterea ſenex, eidem in animo eſſe proficiſci in Thraciam, et populum, neſcio quem barbarum et nullas adhuc leges paſſum, perueſtigare; cui collecto, 8) iuſtaque forma compoſito interea

(Cap. IX.) 1) tametſi - - egreſſo, obwol er nicht mehr jung iſt. 2) quae illi - - turbulenta, wo er nicht Gefahr und Unruh gefunden hätte. 3) fauores - - expetit, er verlange nicht, daß ihm das Glück ſonderlich günſtig ſeye. 4) ſpe prorſus excedere, die Hoffnung gänzlich ſchwinden laſſen. 5) vt in - - propaget, daß es mit dem armen Menſchen ſein Spiel bis ins hohe Alter fort treibe. 6) quo - - concutitur, wormit ſein beſtes Alter geplaget wird. 7) quae vel - - infirmitas, wo der Menſch um der Schwachheit ſeines hohen Alters willen ſonderlich Ruhe von nöthen hätte. 8) iuſta forma componere populum, ein Volk in

terea temporis imperaturus esset, 9) dum expleta oracula formidinem ipsius celebrioribus regnis abstulerint. Inde ad ingrediendam integerrimam libertatem statuisse Cariae vicum petere, 10) vacatum agri culturae, cui mirum in modum esset addictus. De reliquo virum esse non sapientia modo valentem, modestiaque eximium, sed 11) pietate praeterea aduersus deos verissime imbutum: peritum denique mortalium animis, gnarumque iis praeter incautam fiduciam vti. Atque 12) hos rumores de aduena ferri, cuius conditionem ex ipso voluisset cognoscere.

Haec referente seniculo Telemachus oculos subinde deflexit in mare, 13) cui tunc eximi quies coeperat. 14) Immisso vento excitae vndae allisaeque ad rupes inhaerente spuma relinquebant sui vestigium. Cum ille ad iuuenem: Abeundum mihi. Morari comites non decet; simul ad littus se proripit. Inscenditur: exoritur per crepidinem littoris ambiguus nautarum fremitus, 15) feruensque ex soluta demum percupitae profectionis mora.

Ceterum ille alienigena, cui Cleomeni erat nomen, media regione aliquamdiu palatus, altissimos quosque apices montium conscendit. Inde 16) in

X x nullos

Ordnung bringen. 9) dum expleta - - abstulerint, bis das Oracfel erfüllt / und also die berühmtere Reiche nicht mehr Ursach hätten / sich vor ihme zu fürchten. 10) vacatum agri culturae, um dem Ackerbau abzuwarten. 11) pietate - - imbutum esse, wahrhaftig fromm gegen die Götter seyn / eine wahre Gottesfurcht besitzen. 12) hi rumores de eo feruntur, dieses ist die Nachricht / die man von ihm hat: das sagt man von ihm. 13) cui tunc - - coeperat, welches jetzo anfieng sich zu bewegen: ungestümm zu werden. 14) immisso - - vestigium, die von dem Wind erregte Wellen / welche an die Felsen schlugen / liessen einen weissen Schaum nach sich zurück. 15) feruensque - - mora, ein sehr hitziges Getöse / weil endlich nach langem Verzug die Zeit der sehnlich verlangten Abreise vorhanden war. 16) in nullos - - aequor, die unermeßliche Weite des

nullos terminos procumbens maris aequor 17) percurrebat tristi obtutu. Numquam eum ex oculis dimiserat, numquam a vestigiis, quae faciebat, intentam cogitationem auerterat Telemachus. Mouebatur vera pietate, quoties virum aspiciebat adeo probum, extorrem, et, quamquam destinatus erat ad summa, infelicem; quamque crudelibus modis iactaretur a sorte, pensabat. Fieri saltem potest, inquit, vt ego Ithacam rursus aspiciam, at non fiet, vt iste Cleomenes Phrygiam. Ita de praesente maiori calamitate tanti viri 18) fomenta calamitati suae legebat Telemachus.

CAPVT X.

Tandem peregrinus ille, posteaquam nauem suam idoneam vidit ineundo itineri, e montium praeruptis descendit. 1) Tantaque fuit inde decurrentis pernicitas, vt aequaret illam Apollinis, 2) cum in Lyciae saltibus per prona ambiguaque grassantem culmina, vinculo imperante modum flaenti capillorum licentiae, ceruis aprisque destinatae stragis desiderium abripit. 3) Iamque recepto aduena vndas diffissi pelagi moliebatur nauigium, cum 4) Telemachum arcanus doloris sensus coepit corripere. Affligebatur, et nesciebat caussam: soluebant etiam se fletus, et nihil prae istis iuueni accidebat iucundius.

Tum

Meers. 17) tristi obtutu aliquid percurrere, etwas betrübt übersehen, anschauen. 18) fomenta suae calamitati legere de aliqua re, sich mit etwas in seinem unglück trösten.
(Cap. X.) 1) tantaque -- Apollinis, und er lief mit gleicher Behendigkeit da herab, als Apollo. 2) cum in Lyciae -- abripit, da er, nachdem er seine sonst fliegende Haare zusammen geknüpft, die steile und gefährliche Höhen in den Wäldern Lyciens, aus Begierde, die Hirsche und wilde Schweine zu fällen, durchjaget. 3) iamque -- nauigium, der Fremdling war schon eingestiegen, und das Schiff gieng schon ab. 4) Telemachum -- corripere, ein heimlich und

Tum Salentinos nautas omnes vidit super herbas ex ipsa fatigatione 5) multo somno resolutos. 6) Quiescendi otium fessos artus leniter inuaserat, 7) omnemque vim coactam ex herbis, quibus nocturnum exciri soporem credunt, aprico die Mineruae numen dormituris immiserat. Et iuuenis quidem vehementer mirabatur, cum videret 8) somniculosam ignauiam nec vni Salentinorum abesse. 9) At potior cura fuit diligenter contemplandi Phaeacam nauem iam extra oculorum futuram prospectum, 10) quam pedem ferendi ad abrumpendam quietem comitum. Occultus quidam pauor et sensus, percurrens animum, 11) oculos Telemachi pertinaciter affigebat rati, quamquam eo vsque iam prouectae, vt 12) nihil ad obtutum eius, praeter vela pertingeret, inter caeruleas aquas quoquo albi coloris discrimine noscenda. Porro ne ipsum quidem Mentorem exaudiebat iuxta loquentem. 13) Abierat fere a sensibus; vt 14) Maenades, cum 15) thyrsum iactantes manu inanis vlulatibus Hebri ripas saxaque Rhodopes Ismarique 16) percellunt.

 CA-

verborgener Schmerz überfiel den Telemachum. 5) multo somno resolutus, in tiefem Schlaf ligend. 6) quiescendi - - inuaserat, die müde Glieder begunnten zu ruhen. 7) omnemque - - immiserat, die Göttin Minerva hatte alle Kraft aus den Schlafkräutern gesammlet/ und bey hellem Tag über sie ausgegossen: d. i. sie waren bey hellem Tag in einen tiefen Schlaf gefallen. 8) somniculosam - - abesse, daß nicht ein einiger von den Salentinern wachsam seye. 9) at potior - - nauem, er war aber viel begieriger dem Phäacischen Schiff nachzusehen/ 10) quam pedem - - comitum, als hin zu geben/ und seine Gefährten aufzuwecken. 11) oculos - - rati, machte/ daß er beständig auf das Schiff sahe. 12) nihil ad obtutum, praeter vela, pertingit, man sieht nichts mehr davon/ als die Seegel. 13) abierat fere a sensibus, er war fast nicht mehr bey Sinnen/ bey sich selbst. 14) Maenades, die unsinnige Priesterinnen des Bacchi. 15) thyrsus, ein mit Laub umwundener Spieß. 16) percellere ripas vlulatibus suis, die Ufer mit seinem Geheul erfüllen.

CAPVT XI.

1) Fascini genus erat, quod ei inciderat. Inde receptis vtcunque sensibus, in lacrimas reuolui coepit. Ergo Mentor: haud miror Telemache, te imperare lacrimis non posse. Tu quidem caussam huius rei ignoras; at non Mentor. Naturae haec vox est, quae prodit se. 2) Natura te afficit hac teneritudine. Ignotus ille, a quo tanti animo tuo fluctus, magnus Vlysses est. Quae tibi ille ex Phaeacia senex denarrauit Cleomenis nomine, commentum sunt, contextum ad obscurandum genitoris tui ad sua reditum. Ithacam recta proficiscitur. Et iam propinquus est littori, et compos illius, quem tam diu optabat, aspectus. Vidisti genitorem, 3) quae sors tibi praenunciauit edita; sed non agnouisti. Ceterum paulo post eum et videbis et agnosces, teque ab illo agnosci intelliges. Vt extra Ithacam illum agnosceres, 4) hoc temporum et rerum istarum ingenio permittere dii non poterant. Ipsius perinde atque tuus animus tangebatur. At pro ea, qua est sapientia, noluit se manifestare vlli mortalium ibi terrarum, vbi in cognitionem publicam insidiasque procorum Penelopes periculum erat incidendi. Genitor tuus 5) ita sapit vnus mortalium, vt secundum non habeat. Cor eius puteus est, cuius intima nudari non possunt. Amat verum; nec verbulo illi 6) iniurius est. At prodit numquam, nisi poscat necessitas. Sapientia 7) ab labiis eius sigilli coercet fide, quae manifestata non prosint. Quam affectus est animo, cum responsum ab eo filius exi-

(Cap. XI.) 1) fascini - - inciderat, er war einiger Masen wie bezaubert. 2) natura - - teneritudine, die Natur setzet dich in diese so zärtliche Bewegung. 3) quae sors - - edita, wie dir durch göttliche Antwort vorher gesagt worden. 4) hoc - - ingenio, nach jetziger Beschaffenheit der Zeit und Umstände. 5) ita sapit, vt secundum non habeat, er hat seines gleichen nicht an Weisheit. 6) iniurium esse vero, die Wahrheit verletzen. 7) ab labiis - - fide, versiegelt

exigeres! quam 8) imperauit paternae cupidini, 9) ne, quis esset, excideret non sentienti confessio! quam tuo percutiebatur aspectu! Haec scilicet erant, quae illum deiiciebant tristitia.

CAPVT XII.

Dum haec proferebantur a Mentore, vultus Telemachi 1) non madere, sed stagnare lacrimis visus, 2) quas potestati eius vehementior motus ardorque animi eripiebant. Diuque sermonem prohibente singultu, tandem voce eiulanti quam loquenti viciniore: sentiebam, inquit, sentiebam eheu! dilecte Mentor, in hoc peregrino nescio quid insolitatum, 3) quod illi adiungebat meum hunc animum, 4) ipsaque haec viscera mouebat loco. At at! ante abitum cur reticebas eum mihi? Sciebas Vlyssen esse? eccur missum hinc fecisti, non compellatum sermone meo, non specie significatum, constare, quis esset, tibi? Ecquod hoc arcani est genus? Egone semper confligere cum tristiori sorte? 5) Egone statuentibus diis, sitire alter Tantalus, 6) qui fallaci labiaque sua auersanti vndae insidiatur incassum? Mene Vlysses, Vlysses, inquam, fugisti perpetuo? Quid si vidi vltimum? Quid si te 7) in paratas mihi

 casses

dasjenige in seinem Mund: lässet ihn nichts reden. 8) imperare cupiditati paternae, seiner väterlichen Begierde/ Trieb/ Gewalt anthun. 9) ne, quis - - confessio, damit er sich nicht verschnappete/ unvermerkt bekennete/ wer er wäre. (Cap. XII.) 1) non madere - - visus, floß ein ganzer Strom von Thränen aus seinen Augen. 2) quas - - eripiebant, deren er sich wegen heftiger Gemüths-Bewegung und Begierde nicht mehr enthalten konnte. 3) quod - - animum, das mein Gemüth zu ihm lenkte/ zoge. 4) ipsa viscera mouere loco, das Eingeweide/ eines innerstes rege machen. 5) egone - - Tantalus, wollen es dann die Götter haben/ daß ich gleich als ein anderer Tantalus immer dürste. 6) qui fallaci - - incassum? der vergebens nach dem Wasser schnappt/ das immer von seinen Lippen fliehet/ d. i. soll ich dann meines so sehnlichen Wunsches nicht einmal gewähret werden. 7) in casses induere aliquem, einen mit

casses induent materni proci? Te si sequerer, tecum certe perirem vna. Ah Vlysses! Vlysses! 8) nisi ad rupem te agat pelago adhuc in te residuus impetus (quid enim a fortis inuidia non metuam miser?) timeo, et o quantum! ne quam Agamemnoni Mycenae, tam funesta tibi sit Ithaca. Tu vero Mentor, cur obscurabas alumno tuo hunc propitium fortunae aspectum? Nunc genitorem amplecterer: nunc cum genitore versarer in Ithacae portu: nunc in hostes vniuersos iuxta procederem.

Mentor consueto seu moderato risu: Ecquid vides, inquit, mortalis hominis ingenium? Quia visum genitorem non agnoscebas, nunc impos solatii es. 9) Quanto heri non fuisses emturus nuncios, vere asserentes, adhuc eum viuere? Atqui hi tui oculi id hodie asserunt tibi. Et adeo non gaudes propterea, vt nihil ex consueto dolore amittas. Ita mens hominum peruersa, quae maxime expetit, vbi eorum potitur, contemnit; et 10) ad argumenta procedit dolendi de iis, quae nondum obtinuit.

CAPVT XIII.

Hac rerum ambiguitate te trahunt dii, vt 1) stadium patientiae tibi aperiant. Tu quidem 2) haec tempora existimas rebus tuis sterilescere; at totius aetatis tuae fructuosissima sunt. Hic quippe dolor, haec aegritudo te erudit vsu virtutis, 3) imperaturo prae alia necessariae. Patientia enim opus, vt et tibi et reliquis moderere. Intole-

dem Netze bestricken. 8) nisi - - impetus, wann dir nicht noch ein Sturm bevorstehet/ und dich an einen Felsen des Meers schmeisset. 9) quanto - - asserentes, was würdest du nicht gestern einem gegeben haben/ der dir die wahre Botschaft gebracht hätte. 10) ad argumenta procedit, sucht nur immer weitere Gründe hervor.

(Cap. XIII.) 1) stadium patientiae alicui aperire, einem Gelegenheit geben/ seine Gedult zu üben. 2) haec tempora - - sterilescere, du meinest/ du habest ganz keinen Nutzen von diesen Zeiten. 3) imperaturus, ein künftiger Regent.

tolerantia, quam vim et poteſtatem iudicant animi, debilitas eſt. Qui nec moram nec mala ferre poteſt, comparandus eſt homini, arcana celare non valenti. Tam huic, quam alteri deeſt ſe retinendi facultas et copia, vt ferme homini regenti currum in hippodromo ad reprimendos, cum opus eſt, inter curſum equos ſat firma manus. 4) Non obſequuntur habenis, ſed infideli mole proniores affliguntur arenae: imbellis auriga, 5) effluentibus loris in caſum praeceps, obteritur. Atque ita homo, cui frenum deficit patientiae, ab indomitis et efferatis cupiditatibus raptatur in abyſſum miſeriae; quoque maior eſt illi potentia, eo pernicioſior eidem exiſtit intolerantia. Moram nullius rei patitur: neſcit deliberationi dare iuſtum otium; vi agit omnia, vt violenta deſideria compleat: ramos frangit, vt fructus nondum maturos legat: cardines vellit potius, quam expectet liberum aditum. Meſſem ab agris veſperi poſtulat, quos mane conſeuit. Quidquid feſtinato et intempeſtiue gerit, perperam geſtum eſt, et perinde manſurum non diu, ac fluxa eius lubricaque deſideria. Hoc maleſanum ingenium hominis, omnia in poteſtate virium ſuarum exiſtimantis eſſe, vtque viribus ſuis abutatur, importunis cupiditatibus obſequentis. Dii ergo, Telemache, qui erudire te volunt ad patientiam, 6) tam dubium patientiae tuae palum figunt, vt te videantur ludum ſuum facere, qui haec ancipitis tuae peregrinationis tempora nolint ambiguitatum moleſtia exſoluere. Bonum, quod ſequeris, 7) ſimul oſtendit ſimul aufert ſe velut ſomnium, quod diſcuſſo ſopori ne mo-

4) non obſequuntur - - arenae, ſie laſſen ſich mit den Zügeln nicht mehr regieren / ſondern ſtürzen mit Gewalt in den Sand. 5) effluentibus - - obteritur, weil ihm die Riemen aus den Händen fallen / ſtürzt er und wird zerſchmettert. 6) tam dubium - - figunt, ſie machen dir die Uebung der Gedult ſo ſauer / ſchwer. 7) ſimul - - aufert ſe, zeiget ſich kaum / und entwiſchet ſo gleich wiederum.

mento quidem ſuperſtes eſt. Ex quo documentum capies, ſubito elabi, quae credis contineri manu. Minus te erudiret vel Vlyſſis diſciplina, tametſi propter ſapientiam prope diuina, quam diuturna illius abſentia, et quae inde ceruices tuas premit, calamitas.

CAPVT XIV.

Secundum haec Mentor vltimo, et, quam vmquam alias, delicatius periclitaturus iuuenis patientiam, cum is forte ſummo ardore nautas ad maturandam profectionem vellet vrgere, deſubito repreſſum iubet Mineruae ſuper littus 1) ſolito operoſius ſacrificium conficere. Paruit iubenti non aliter ac genitori optimus filius. Inde et inde cumulati in aram ceſpites. 2) Diſpertiebantur incenſi odores nubem: 3) ſtillabat ſectis iugulis hoſtiarum copioſus cruor: Telemachus inter piiſſimas preces profitebatur diuae potens auxilium.

4) A re diuina actutum ſecutus eſt Mentorem obſcuro receſſu, quo intrabatur, quae in proximo, ſilulla. Cum repente videt vultum amici ſui mutari. 5) Exterſae fronti rugae, velut vmbra, 6) cum in orientis aditus ſublapſa aurora horizontem modeſte accendit. 7) Oculi, alias recepti ſub frontem et difficiles, 8) nunc caeruleo colore et diuina luce intercurrente caeleſte decus induerant. 9) Videri deſine-

(Cap. XIV.) 1) ſolito - - conficere, ein auſſerordentlich groſſes Opfer bringen. 2) diſpertiebantur - - nubem, die angezündete Rauchwerke machten einen dicken Rauch wie eine Wolke. 3) ſtillabat - - cruor, das Blut floß häufig von den geſchlachteten Opferthieren. 4) a re diuina, nach verrichtetem Gottesdienſt. 5) exterſae fronti rugae, die Runzeln verlohren ſich / vergiengen. 6) cum in - - accendit, wann die Morgenröthe gegen Morgen anbricht. 7) oculi - - difficiles, die Augen / die ſonſt tief lagen / und ernſthaft ausſahen. 8) nunc caeruleo - - induerant, die bekamen jezt eine himmelblaue Farbe / und ein göttliches Licht ſtrahlte aus denſelben heraus. 9) videri - - ſenectutis, man ſa-

ſinebat, quod ſubnatum mento et nutritum ſine cultu, indicium erat iam multae ſenectutis. 10) Oris conformatio generoſa, intrepida, venuſtate elegantiaque mixta perſtringebat aſpicientem Telemachum. 11) Iam vultus oculis eius obuerſabatur femineus, prae flore, cuius ad oculum illecebras modo Phoebus elicuit, pubeſcens delicatius, miſcensque, quod ſeu in liliis, ſeu in roſis commendatur. Ambroſiae odorem ſpirabant fluentes capilli: 12) ſplendor veſtium aut audacior, aut non languidior coloribus, quos in caeli conuexis nubibusque nocturnae caligini praeter auri decus diffuſum ſol oriens ſubſtituit. Pedibus humum, cum ſe mouebat, diua non tetigit, ſed 13) leui tenuique tractu, quali aues meant, labebatur per auras. Manus firma et laetiſſimis viribus, ſuſtinebat haſtam fulgore micantem, vrbesque et bello validiſſimos populos concuſſuram, neque a Marte aſpiciendam ſine metu. Vox iucunda et lenis, 14) firma tamen et facile labens in animos. Verba ſingula 15) non celerius, quam acutius Telemachi pectus effodiebant, relicto dolore mirae dulcedinis. 16) Cono galeae inſidebat noctua. 17) Ae-

 gidem

be nichts mehr von ſeinem ſtarken und ohne Fleiß gepflanzten Bart/ der ſonſt ein ſchon hohes Alter anzeigte. 10) oris - - Telemachum, eine edle/ herzhafte und darbey doch anmuthige Geſtalt blendete den Telemach. 11) iam vultus - - commendatur, nun erblickte er an ihm das Angeſicht einer Frauens-Perſon/ das weit zärtlicher/ als eine Blume/ die ſich erſt friſch bey dem Sonnenſchein aufgethan/ und mit weiſer Lilien- und rother Roſen-Farbe lieblich untermenget war. 12) ſplendor - - ſubſtituit, der Glanz ſeiner Kleider war entweder prächtiger/ oder doch nicht ſchwächer/ als der Glanz der Wolken/ welche nach der dunklen Nacht von der aufgehenden Sonne wie mit Gold durchſtrahlet werden. 13) leui - - per auras, ſie bewegte ſich ganz ſachte wie ein Vogel durch die Luft. 14) firma - - animos, eine ſtarke und eindringliche Stimme. 15) non celerius - - effodiebant, durchdrangen ihm ſchnell und gewaltig das Herz. 16) cono - - noctua, oben auf dem Rohr der Sturmhaube ſaß eine Eule. 17) Aegidem - - obiecce-

gidem praecordiis, illustrem terrorem, obiecerat. Inde constabat Telemacho, Mineruam esse.

Tune diua, exclamat; tu ipsa dignabare, genitoris ergo, comitari, ducere Vlyssis filium? Plura dictorum in eamdem sententiam lingua destituit. 18) Nitebatur os nequicquam verba accommodare sensis, quae ab intimis animis magnitudo ciebat affectus. Opprimebatur vi praesentis numinis, velut qui per quietem ita occupatur mole nocturnae imaginis, 19) vt intercepto spiritu vocem nullo conatu labiorum possit expromere.

CAPVT XV.

Tandem Minerua: postremum, inquit, alloquor Vlyssis filium. Ex omnium mortalium numero te vnum adhuc summa cura instituì. Hac manu per naufragia duxi te, per ignotos populos, per cruentas pugnas, per mala aerumnasque omnes, quas ad tentanda ingenia mortalium inuenimus dii. 1) Vsu certissimo et manifesto te imperandi praecepta recta peruersaque edocui. Errores, quos commiseras, quam calamitates, tibi non profuerunt minus. Quotusquisque enim mortalium sapienter imperat, nisi ex aduersis, in quae culpa sua est impulsus, sapere probe didicit? Terras mariaque casus tui aeque ac parentis impleuere.

Proficiscere igitur, dignus tandem, qui vestigiis eius insistas. In Ithacam, 2) vbi, quem quaerebas, hoc punctum temporis exponit, breuis et expeditus hinc

rat, den ehernen Schild der jedermann schröckte, hatte sie vornen an der Brust. 18) nitebatur - - sensis, er bemühete sich vergebens, seine Gedanken mit Worten auszudrucken, 19) vt intercepto - - exprimere, daß er kaum Athem holen, und unerachtet aller Bemühung der Lefzen, nicht ein Wort heraus bringen kan.

(Cap. XV.) 1) vsu - - manifesto, durch die richtigste und augenscheinliche Erfahrung. 2) vbi - - exponit, wo derje-

hinc curſus eſt. Pugnantem genitorem adiuua: imperanti 3) vt e vulgo ciuis auſculta: 4) praei, quod ceteri ſequantur, obediendi exemplum. Antiopen ſponſam tibi leget, dabitque laetis auſpiciis in manus, quoniam ſapientiam et virtutem pulcritudine ducebas potiorem. Admotus ſceptro, honeſtatem omnem puta, reuocare aureae aetatis ſortem. 5) Aequas aures nulli nega: paucis crede: et nimium ipſe tibi credas, caue. Numquam pone erroris metum; et ſi errasti, id ne erubeſcas profiteri. Ama populum; a quo vt ameris, ſtude. Timore opus, ſi amor deficit; etſi timore, 6) ob violentiam ambiguo poteſtatis adiumento, aegre duntaxat et cum dolore vtendum. Quid ſit conſecuturum ex rebus, quas ages, conſidera. Proſpice, quae maximo exitiura diſpendio. Scito, veram fortitudinem eſſe, penſare omnia diſcrimina, et contemnere, quae vitari non queunt. Qui pericula recuſat proſpicere, aſpectum eorum aequo animo non feret.

CAPVT XVI.

Vere ſapiens et magnanimus eſt, qui omnia ſingulaque conſiderat, vitari quae poſſunt; aequo animo ſuſtinet, quae ſubire neceſſe eſt. Fuge voluptatem, faſtum, luxuriam. Decus tuum ſimplicem vitam exiſtima. 1) Ornamenta tibi regiaeque tuae ex virtutibus et recte factis adſciſce. Hi tui ſatellites, hi cuſtodes ſint; quibus ſtipatus documentum exiſtas orbi, in quo veram gloriam conſti-

ge/ den du ſuchteſt/ dieſen Augenblick anländet. 3) vt e vulgo ciuis, wie ein gemeiner Unterthan. 4) praei - - exemplum, gebe andern mit löblichem Exempel des Gehorſams vor. 5) aequas - - nega, höre jederman günſtig an. 6) ob violentiam - - adiumento, die wegen der Gewalt/ die man dabey brauchen muß/ ein mißliches Hülfs-Mittel iſt.

(Cap. XVI.) 1) ornamenta ſibi ex aliqua re adſciſcere, ſich

constituat. Meminisse ne desine, reges imperare non ob suam ipsorum gloriam, sed communem salutem. Quae agunt bona, 2) in postrema tempora simpliciter transeunt; mala autem, quae perpetrant, 3) in aliud atque aliud genus volutata cum incremento, vltima posteritas accipit. Subinde peruersum vnius hominis imperium origo est calamitatum, per plures aetates grassantium. Ab ingenio tuo tibi inprimis caue. Hostis est, quem 4) ad vrnam vsque tecum trahes. Intrabit omnia tua consilia, deprauabitque, sensum eius si audies. 5) Occasiones profligat temporaque optima. Ingenti rerum dispendio assuefacit alia pueriliter sectari, alia refugere. 6) In statuendis maximis pondus omne vocat in argumenta leuissima. Obscurat dotes animi: virtutem debilitat: hominem reddit varium, ignauum, vilem, intolerabilem. Ab hoc ergo hoste tibi caue. Deos, Telemache, deos time. Timor hic humani cordis thesaurus est. Cum eo veniet tibi sapientia, aequitas, pax, gaudium, 7) sine naeuo delectatio, vera libertas animi, 8) dulcedo abundantiae sincera, inuiolata.

Desero te; at non deseret sapientia, nisi memor esse desieris, te sine illa nil posse. Tempus nunc est, vt te viribus tuis permittam. Libuit mihi in Aegypto et Salenti abesse a te, vt assuesceres societatis

mit etwas schmücken, zieren. 2) in postrema tempora transire, bis auf die lezte Zeiten dauren. 3) in aliud - - accipit, das vermehrt sich von Geschlecht zu Geschlecht, und reichet auch bis auf die späteste Nachkömmlinge. 4) ad vrnam vsque trahere aliquid, sich bis ins Grab mit etwas schleppen müssen. 5) occasiones temporaque optima profligare, einen um die beste Gelegenheit bringen. 6) in statuendis - - leuissima, die wichtigste Dinge entscheidet er oft nach den schlechtesten Gründen, 7) sine naeuo delectatio, eine lautere Freude. 8) dulcedo - - inuiolata, ein angenehmer Ueberfluß eines reinen Vergnügens und Ruhms.

tatis carere solatio, 9) quemadmodum sobolem a primis infantiae alimentis remouet genitrix, vt 10) solidioribus incipiat vesci.

Vix haec vltima protulit, cum dea, leuata sursum, condente eam aurea caeruleaque nube, porro spectabilis non fuit. Telemachus gemere, commoueri, demitti in terram impos sui, porrigere caelo supinas manus. Deinde excitatis e somno comitibus, strenuo itinere appulsus in Ithaca, genitorem apud fidelem 11) Eumaeum inuenit.

Finis Libri Vigesimi Quarti & vltimi.

9) quemadmodum - - genitrix, wie eine Mutter ihr Kind von der Milch entwehnet. 10) solidiora alimenta, stärkere Speisen. 11) Eumaeus, ein Sklav des Ulysses, der ihm nach seiner Rückkunft gute Dienste wider die Freyer der Penelope that.

ESSLINGAE,
Typis Theophili Mæntleri.



